catione qua in gloriam dei cedit. non autē sibi debet homo hanc gloriam ascribere ps. Non nobis domine nō nobis sed nomini tuo da gloriā. ps. Date gloriam deo. Sic igitur quia omnes peccauerūt et ex se iustificari nō possūt restat vt per aliam causaz iustificentur quā consequenter ostēdit subdens iustificati. Ubi primo ostendit q̄ huiusmodi iustificatio est sine lege id est q̄ non est ex operibus legis cū dicit. Justificati gratis id ē absq̄ merito precedētium operū. yia. lij. Gratis venūdati estis ⁊ sine argento redimemini. Et hoc per gratiaz ipsius scilicet dei cui ex hoc debetur glia. 1. cozin. 5. Gratia dei sum id qō sum. scdo ostendit que sit causa iustificatiōis. Et primo ponit ipsā causaz cū dicit Per redēptionē vt em dicit. Jo. 8. Qui facit pcm seruus est peccati. Ex qua q̄dē seruitute homo redimit si p peccato satisfaciat. Sicut si aliquis obculpā cōmissam obnoxius esset regi ad soluēdam pecuniam ille em redimere diceret a noxa q̄ po eo pecuniā solueret. hec autē noxa ad totū humanū genus ptinebat qō erat infectū p peccatū primi pentis. Unde nullus alī p peccato totius humani generis satisfacere poterat nisi solus xps qui ab omni peccato erat immunis. Unde subdit Que ē in xpo iesu. q̄si dicat in alio nō poterat nobis esse redēptio. 1. pe. 1. Non corruptibilibus auro vel argēto. scdo ostendit vnde ista redēptio efficaciā habuit cū dicit. Quē. pposuit de⁹ ppiciatorē. ex hoc em xpi satisfactō et ficaciā ad iustificāduz habuit ⁊ ad redimēdū qz euz deus ad hoc ordinauerat fm suū ppositū qō designat cū dicit. Quem pposuit de⁹ ppiciatorē. Ephe. 1. Qui opat oīa fm cōsiliū volūtatz sue Al' pposuit id ē p oibus posuit. vt quia humanuz genus nō habebat vnde satisfacere posset nisi ipse de⁹ eis redēptorē et satisfactorē daret. ps. Redemptionē misit dns populo suo. Et sic dum satisfaciendo nos redimit a noxa peccati. deum peccatis nr̄is ppiciū facit qō petebat psalmista dicēs Propici⁹ esto pcīs nr̄is. et ideo dicit eum ppiciatorē. 1. Jo. 2. Propiciatio In cuius figura. Exo. 25. mādatur q̄ fiat ppiciatoriuz. id est xps qō ponebatur sup archā id est ecclesiam. tercio oñdit per qō redēptionis effectus ad nos pueniat cum dicit. Per fidem in sanguine eius id est q̄ est de sanguine eius p nobis effuso. Ut enim pro nobis satisfaceret congruebat vt penam mortis pro nobis subiret quā homo p peccatū incurrerat fm illō. gen. 2. Quacūq die ⁊c. Ex dicit. 1. pe. 3. Xpus semel p peccatis nostris moztuꝰ est. Hec autē mors xpi nobis applicat p fidem qua euz credimus p suam mortem mundū redemisse. gal. 2. In fide vno filij dei qui dilexit me ⁊c. Mā ⁊ apud hoīes satisfactio vnius alteri non valeret nisi eā ratam haberet. Et sic patet quomodo fit iusticia p fidē iesu xpi vt supra dictū est. Sed quia etiā supra dixit iusticiā dei esse nūc manifestatā agit consequenter de hac manifestatione et primo tangit modū manifestationis dicēs. Ad ostensionem quasi dicat hoc inquā factum est vt iustificaremur per redemptionez xpi et per fidem sanguinis eius ad ostensionez iusticie sue id est ad hoc q̄ suam iusticiā deus ostenderet. et hoc ppt remissionem precedētiuz delictorū. In hoc enim q̄ precedentia delicta deus remisit que lex remittere non poterat nec hoīes ppria virtute ab eis se precauere poterāt ostēdit q̄ necessaria est hominibus iusticia qua iustificētur a deo solum autem p sanguinē xpi potuerūt remitti peccata non solum pñtia sed preterita quia virtꝰ sanguinis xpi operatur per fidem hoīs quā quidē fidem habuerūt illi qui precesserunt xpi passionem sicut et nos habemus. 2. cozinth. 4. Habentes eūdem spiritū fidei credim⁹. Ex et legit aliter vt dicatur ppter remissionez delictorū que sunt hominū precedentium christi passionem. Unde dicit̄ mich. vltimo Deponet iniquitates nostras ⁊ proiciet ⁊c. scdo ostendit tempus manifestationis cuz subdit Insustentatione dei ad ostensionem iusticie eius in hoc tempore quasi diceret precedentia delicta erant ante xpi passionem in sustentatione dei quasi in quadaz diuina dei sustinētia quia nec p eis credentes et penitentes damnat nec ab eis totaliter reddit absolutos vt scz eis non obstārent posset intelligi q̄ ipi sancti pres erāt in sustētatione dei quis detinebātur in limbo non q̄dem patiētes penam sensibilem sed expectantes introire in gloriam per xpi passionem. ecc. 2. Sustine sustentationes dei. Ad hoc inquā precedentia delicta vel precedētes patres erāt in sustentatiōe dei ad oñsionem scz iusticie eius in hoc tēpore id ē vt in hoc tempore gratie suam iusticiā pfecte ostenderet plenā remissionez peccatoꝝ tribuēdo. ps. Venit tempus ⁊c. Et. 2. cozi. 6. Ecce nūc tēpus acceptabile ⁊c. Et hoc ē qō supra dixerat nūc esse iusticiā dei mānifestatā. Oportuit aūt vt precedētia pcta vsq̄ ad hoc tēp⁹ essent in dei sustentatiōe. vt primo cōuinceret homo de defectu scientie. quia tēpore legis nature in errores ⁊ turpia pcta incidit. et etiam defectu potēcie qz post legē scriptā q̄ fecit cognitiōez pctī adhuc homo p infirmitatē peccauit. tercio oñdit q̄ p remissionē peccatoꝝ dei iusticia ostendat. sue accipiatur dei iusticia qua ipe est iustus siue q̄ alios iustificat. Unde subdit Ut sit ipse iustus id ē vt p remissiōez peccatoꝝ deus appareat esse iustus in seipso. tū qz remittit peccata sicut promiserat. tum qz ad iusticiam dei pertinet q̄ pctā destruat: hoīes ad iusticiā dei reducēdo. ps. Justus dns et iusticias dilexit. Et etiā vt sit iustificās eū q̄ est ex fide iesu xpi. i. q̄ per fidez iesu xpi accedit ad deū. Accedentem enim ad deum oportet credere heb. 11.

Lectio quarta.

Vbi est gloriatō tua? Exclusa ē per quam legem? Factorum? Non. Sed per legē fidei Arbitramur enim iustificari hominem per fidez sine opibus legis An iudeorum deus tm̄. Nōne et gentium? Immo et gentium. Quoniam q̄dem vnus est deus q̄ iustificat circūcisionem ex fide et prepucium per fidem Legē ergo destruim⁹ per fidem? Absit. Sed legem statuimus.

Postq̄ aplūs ostendit q̄ iudei nō p̄cedunt gentiles neq̄ ītū ad statū culpe: neq̄ ītū ad statū iusticie: h cōcludit cōclusionē intētā excludēdo scz eoꝝ glationē q̄ gētib⁹ se pferebāt et circa hoc tria facit. Primo ponit hui⁹ glorie exclusionē. scdo exclusionis causam ibi Per quā legem. tercio ostendit modum quo excludit ibi. Arbitramur em ⁊c. Circa primū duo facit. Primo ponit questionē dicēs ex quo colter es sub peccato tu iudeus sicut et gentilis et exquo gentilis iustificatur per fidē sicut ⁊ tu vbi est gloriatio tua. qua scz in lege gloriaris vt supra scdo dictum est. Et p hoc te gentili vis preferre. 1. cozi. 5. Non ē bona gloriatio vestra. gal. 6. Non efficiamur inanis glie cupidi ⁊c. scdo huic questioni rndet dicens exclusa est. i. sublata ē. 1. reg. 4. Et ablata est gloria de israel. osee. 4 Gloriam eoꝝ in ignominiā cōmutabo Al' exclusa id ē expresse manifestata ē. gloriabant enim iudei in gloria ⁊ cultu vnius dei et hanc eoꝝ gloriā dicit exclusam id ē expressam per xpm sicut artifices qui aliquā imaginē in argēto exprimunt exclusores vocantur fm illud ps. Et excludāt eos qui pbati sunt argēto. Sed primus sensus est magis litteralis. Cum autē dicit per quam legem oñdit causam huius exclusionis. Quia aūt iudeoꝝ gloriatio erat in lege vt supra dictum ē. ideo oportere videbat q̄ per aliq̄d eiusdem generis. i. per aliquam legē eoꝝ gloriatio excluderet. Et ideo querens subdit. per quam scz est eoꝝ gloriatio exclusa. Posset aūt aliquis credere q̄ eoꝝ gloriationē exclusā aplūs diceret p aliq̄ precepta legalia q̄bus q̄dam maioza opa mandarentur. Et ideo interrogādo subdit. Factorum? quasi dicit. Munquid per aliquā legē factorum eorum gloriationem exclusam dico? Et respondet q̄ non. sed per legem fidei. ⁊ sic patet q̄ duplicem legem hic inducit aplūs scz factorum et fidei. Et in prōptu esse videtur q̄ per legem factoruz intelligitur lex vetus. et p legem fidei lex noua per quam gentilis equiparat iudeo. Sed dubitatur de hac distinctione. Maz ⁊ in veteri lege necessaria erat fides sicut et in noua. Ecc. 2. Qui timetis dominū credite illi. Et. ps. Credidi ppter quod loquut⁹ sum. immo etiam in noua lege facta quedaz requiruntur et quozūdam sacramentoꝝ scm illud. Luc. 22. Hoc facite in meā cōmemorationē. Et etiam moraliū obseruationum. Jac. 1. Estote factores verbi et nō auditores tantū Dicendū est igitur q̄ legem factorū dicit legem exterius ppositam et descriptam p quam exteriora facta hominuz ordinantur. dum precipitur quid fieri debeat et p phibitionem ostenditur a quo debeat abstineri. legem autē fidei vocat legem interius descriptam per quā nō soluz exteriora facta sed etiam ipsi motus cordium disponuntur. inter quos primus est motus fidei. Corde enim credit ad iusticiaz vt dicit hic cap. x. Et de hac lege loquitur infra 8. Lex spūs vite que est in xpo iesu. Deinde cū dicit. Arbitramur enim ostendit modū quo per legem fidei gloria iudeorū excludit dicens. Arbitramur em nos apli veritatem a xpo edocti hominē quēcūq sine iudeū sine gentilem iustificari per fidem. act. 15. Fide purificans corda eoꝝ. ⁊ hoc sine operibus legis nō aūt solum sine operib⁹ cerimonialibus que gratiā non conferebant. sed solum significabant: sed etiam sine operibus moraliū preceptorū scm illud ad Titū. 3. Non ex opibus iusticie q̄ fecimus nos ⁊c. Ira tamē q̄ intelligas sine opibus precedentib⁹ iusticiam. Non autem sine operibus cōsequentibus quia vt dicitur. Jac. 2. Fides sine operibus scz subsequentib⁹ mortua est. Et ideo iustificare nō potest. Deinde cū dicit. Ani udeoruz. ostēdit quoddā quod psupposuerat scz q̄ iusticia fidei cōmuniter se haberet ad omnes. Et pri quidem hoc manifestauerat ratiōe accepta ex parte cause materialis cū supra dixerat. omnes peccauerūt et egēt gratia dei id est peccatores sunt quos oportet per gratiā fidei iustificari. sed phatio que est ex sola causa materiali non sufficit quia materia non mouetur per se ad formam sine causa agente. Et ideo hic subiungit rationem acceptam ex parte cause agentis id ē iustificātis q̄ ē deus. infra 8. Deꝰ q̄ iustificat. Manifestū est aūt q̄ deꝰ noster illos iustificando saluat quozū est deus fm illud ps. Deus noster deus saluos faciendi. Non est aūt iudeoꝝ tm̄ deus sed ⁊ gentiū ergo vtrosq̄ iustificat. Circa hoc ergo tria facit. Primo ponit questionē de iudeis cuz dicit. An iudeoꝝ tantū est deus? Quod quidē videri posset alicui p hoc qō dicit exo. 5. Deꝰ hebreoꝝ vocauit nos. Dicendū est ergo q̄ iudeoꝝ deus tantū erat p specialē cultū ab eis deo exhibitum. Unde in ps. Dicitur notus in iudea deus erat tm̄ deus omniū per cōmune regimen vniuersorum secundum illud. ps. Rex omnis terre deus. scdo proponit questionem ex parte gentilium dicens. Nonne et gentiū scilicet est deus et respondet. Immo et gentium quas scz gubernat et regit scm illud. Je. 10. Quis non timebit te o rex gentium. tertio ibi Quoniā quidem. manifestat per signum quod dixerat. quasi dicat ex hoc manifestum est q̄ deus est non solum iudeorum sed et gentiliuz q̄niā quidē vnus est deus q̄ iustificat circūcisionem id ē iudeos ex fide. vt enim dicitur. gal. 5. In xpo iesu neq̄ circūcisio neq̄ prepucium. Q aūt dicit ex fide et per fidem sed glosa est omino idem. potest tamen aliqua differentia attendi. Nam hec prepositio ex designat aliquando causam remotā. hec prepositio p propinquā. Judei ergo iustificari dicunt. ex fide qui a fides fuit pria causa ex qua processit circūcisio et cetera sacramēta legalia ⁊ ita iudeos iustificat fides sicut quedā causa primaria per quasdaz medias causas. sed gentiles per ipsaz fidem immediate iustificāt. Deinde cum dicit. Legē ergo. excludit quandaz obiectionez, posset enim aliquis dicere q̄ predictā legem destrueret et ideo querit dicens. Legē ergo destruimus p fidem. ex hoc scilicet q̄ dicimus hoīes iustificari sine operibus legis. Et respondet. Absit. scm illō. Ma. 5. Nō preteribit iota vnum aut vnus apex ⁊c. Subdit autem. sed legem statuimus id est per fidem legem perficimus ⁊ adimplemus scm illud Ma. 5. Non veni soluere legem sed adimplere. et hoc quantum ad precepta cerimonialia que cum essent figuralia p hoc statuuntur et adimplētur q̄ veritas significata per ea in fide christi exhibetur ⁊ etiam quantum ad moralia quia fides christi auxiliū gre confert ad implenda moralia precepta legis. Addit etiaz quedam consilia per que precepta moralia tutius ⁊ firmius conseruātur.

Incipit capitulum quartum.

Quid ergo dicemus sueniſſe abraam patrem nostrū secundum carnem. Si enim abraam ex operib⁹ legis iustificatus est: habet gloriam sed non apud deum Quid enī dicit scriptura Credidit abraā deo: et reputatum est illi ad iusticiam Ei aūt qui operatur merces non imputatur secunduz gratiā sed secūdum debitum Ei vero qui nō opatur: credēti autez in eum qui iustificat impiū: reputatur fides eius ad iusticiam scm̄ ppositum gratie dei: sicut et dauid dicit beatitudinem hoīs cui deus accepto fert iusticiā sine operibus Beati quorum remisse sunt iniqtates et quorū tecta sunt peccata Beatus vir cui non imputabit dns peccatum Beatitudo ō hec in circūcisione tantuz manet an etiam in preputio? Dicimus enim quia reputata est fides abrae ad iusticiaz Quomodo ergo reputata est? In circūcisione an in preputio? Non in circūcisione: sed in preputio.

Postq̄ aplūs excluſit iudeorū gloriam quā habebāt in lege p eam se gentibus preferētes. hic excludit eoꝝ gloriā q̄ntū ad circūcisionē. Et circa hoc duo facit. primo resumit questionem quaz supra posuerat dicens. Que est vtilitas circūcisionis? Et quia abraham primus mandatum de circūcisione accepit vt dicitur. gen. 17. ideo questionem iterat in persona ipsius abrae dicēs. Si ita ē q̄ deꝰ iustificat prepucium sicut et circumcisionem. quid ergo dicemus inuenisse vtilitatis abraham patrem nostrum secūdū carnē. i. fm circūcisionē carnalem et secūduz alias obseruantias carnales. videtur esse incōueniens si dicatur q̄ nihil vtilitatz inuenerit cum dicatur. ysa. 48. Ego dominus docens te vtilia. scdo ibi. Si enim abrahā ⁊c. Re

spondet proposite questiõi. Et duo facit. primo ostendit q abraã non hoc inuenerit p circũtisionem et cetera legis opera q per eam iustificaret sed magis p fidem. scdo cõmendat fidem ipsius ibi Qui cõtra spẽ tc. Circa primũ duo facit. primo ostẽdit propositũ ratione accepta ex pte diuine acceptationis. scdo ratiõe diuine pmissionis ibi. Non enim p legem tc. Circa primum duo facit. primo p quandã cõditionalez. scdo pbat destructionẽ cõsequẽtis ibi. Quid enim dicit scriptura tc. tertio pbat ipsam conditionalem ibi. Sicut et dauid tc. Circa primum intẽdit aplus sic argumentari. Si abraam iustificatus esset ex operibus legis nõ haberet gloziam apud deum. ergo nõ ex operib9 iustificat9. Proponit ergo cõditionalẽ dicẽs Quesitum est quid abraam inuenit scdm carnalem circũcisionem. Et manifestum est q hoc nõ inuenit vt iustificatus sit ex opibus legis ita scz q eius iusticia in opibus legis cõsistat. Habet quidem gloziam scz apud hoies qui exteriozafacta vident sed nõ apud deũ qui videt in occulto. fm illud. i. reg. 16. Deus aũt intuetur cor. i. corin. 3. Memo vestrũ glozietur in hoibus tc Unde cõtra quosdã dicitur. Joh. 12. Dilexerunt magis gloziam hominũ q dei. Sed cõtra hoc potest obiici qz ex cõsuetudine ogum exteriozũ generatur interioz habitus fm quẽ etiaz cor hominis bene disponitur vt sit pmptum ad bene opandum et in bonis opibus delectet sicut philosoph9 docet i scdo ethi. Sed dicẽdũ est q hoc habet locũ in iusticia bũana p quam scz homo ordinatur ad bonũ humanũ Huius enim iustitie habitus p opera humana potest acq̃ri. sed iusticia que habet gloziam apud deum ordinatur ad bonũ diuini ratis scz future glozie que facultatẽ humanã excedit. scdz illud. i. cor. 2. In cor hois non ascẽdit q̃ preparauit deus diligentibus se. Et ideo opa hois non sunt ꝓportionata ad huius iusticie habitũ causandũ. sed oportet prius iustificari interius cor hominis a deo vt opera faciat ꝓportionata diuine glorie. ¶ Deinde cuz dicit. Quid enim tc. destruit consequẽs qđ fuit negatiũ. pbando affirmationem oppsitam scz q abraam habebat gloriã apud deum. Et hoc ꝓbat p auctoritatẽ scripture quã primo aplus ponit. scdo exponit ibi. Et aũt tc. Dicit ergo primo. Dico abraã sic iustificatũ esse q habet gloziaz apud deũ. Quid enim scriptura dicit. gen. 15. Credidit abraam deo ꝛmittenti sibi seminis multiplicationẽ. Ecc. 2. Crede deo et recuperabit te. Et reputatũ est illi scz a deo ad iusticiam. 1. Mach. 2. Abraam in temptatione inuẽtus est fidelis Et sic patet q apud deuz a quo est ei reputatũ ad iustitiã q credidit gloziam habet. Est aũt cõsiderandũ q iustitiam quam deus reputat scriptam exꝓressit nõ in aliquo exteriozi ope sed in interiozi fide cordis quã solus deus intuetur. Cum aũt dicatur triplex esse act9 fidei scz credere deũ deo t in deũ. posuit hunc actum q̃ est credere deo q̃ est ꝓprius actus fidei eius speciem demõstrans. Haz credere in deũ demõstrat ordinem fidei ad finẽ qui est p caritatez credendo in deum ire: qđ caritas facit Et sic sequit speciẽ fidei. Credere aũt deum demonstrat fid ei materiã scdm q est virtus theologica habens deum pro obiecto. Et ideo hic actus nondum attingit ad speciem fidei quia si aliquis credat deum esse per aliquas rationes humanas et naturalia signa nondũ dicitur fidem habere de qua loquimur sed soluz quãdo ex hac ratione credit qđ est a deo dictum. quod designatur per hoc q dicitur credere deꝑ et ex hoc fides specificatur sicut et quilibet cognoscitiu9 habitus speciem habet ex ratione per quam assentit in aliquid. Alia enim ratione inclinatur ad assentiendum habens habitum scientie scz per demonstrationẽ et alia ratione habẽs habitum oppinionis scz per silogismum dyalecticum. ¶ Deinde cũ dicit. Et autem qui operatur tc, ex ponit predictam auctoritatem ꝯntũ ad hoc q dicit reputatũ est illi ad iusticiam. et tãgitur in glo. duplex horum verborum expositio. Prima est fm q referũtur ad finalẽ mercedem de q̃ primo oñditur qualiter se habeat ad opa scdo qualiter ad fidez ibi. Et vero qui nõ tc. Dicit ergo primo q et q̃ opatur scz opa iusticie merces eterne retributionis (de qua dicit. ysa. 4. Ecce merces eius cuz eo) non reputatur scdm gratiam tantũ sed scdm debitum. secundũ illud matꝫ. 20. Nõne ex denario cõueniſti mecũ? Sed contra est qđ dicitur infra sexto. Hã dei vita eterna Et infra octauo Nõ sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam. Sic igitur illa retributio nõ fit scdm debitũm sed fm gratiam. Sed dicendũ est q opera hũana possunt consideraꝛi dupliciter Uno modo scdm substãtiam operũ. et sic non habent aliqđ cõdignũ vt eis merces eterne glozie reddatur. Alio modo possunt considerari scdm suũ principiũ ꝑut scz ex impulsu dei aguntur fm propositum dei predistinantis et secundũ hoc eis debetur merces predicta secundum debitum qz vt infra octauo dicitur Qui spiritu dei agũtur hi sunt filij dei. si aũt filij et heredes. ¶ Deinde cũ dicit. Et vero tc. ostendit q̃liter se habeat merces eterna ad fidem dicens. ei vero q̃ non operatur scz exterioza opera puta qz non habet tempus operandi sicut patet in baptizato statim mortuo credenti in euz qui iustificat ipium scz in deum de quo dicit infra octauo Deus qui iustificat. reputabitur fides eius scz sola sine exteriozibus operibus ad iusticiam id est vt per eam iustus dicatur et iusticie premium accipiat. sicut si opera iusticie fecisset scdz illd infra decio Corde, creditur ad iusticiam et hoc scdm ꝓpositum gratie dei id est secundũ q deus ꝓponit ex gratia sua hoies saluare. infra octauo. His q̃ fm ꝓpositum vocati sunt sancti. ephe. 1. Qui operat oia fm cõsiliũ volũtat sue. Alia expositio est vt hoc referatur ad hominis iustificatiõez. Dicit ergo Ei autem qui operatur id est si aliquis p opera iustificet ipa iusticia imputaretur quasi merces non secũdum gratz sed fm debitũ infra vndecio Si autem gratia iam non ex operibus alioquin gra iaz non est gratia. Ei vero qui nõ operatur vt scz per sua opera iustificetur. credenti autem in eum qui iustificat ipiũ cõputabit hec eius fides ad iustitiam fm ꝓpositum gre dei. non quidem ita q per fidẽ iustitiam mereatur sed qz ipsum credere est primus actus iusticie quam deus in eo operatur. ex hoc enim q credit in deum iustificantem iustificationi eius subijcit se et sic recipit effectum. Et hec exꝓsitio est litteralis et fm intẽtionẽ apli qui facit vim in hoc q in gen. 15. dictũ e Reputatũ est illi ad iusticiam qđ cõsueuit dici. qñ id qđ minus est ex parte alicuius ꝑputotur ei gratis ac si totum fecisset. Et ideo aplus dicit q hec reputatio locũ non haberet si iusticia esset ex operibus sed solũ habet locum scdm q est ex fide. ¶ Deinde cũ dicit. Sicut et dauid tc prosbat cõditionalem premissam ex auctoritate pſ. Cui9 primo premittit sensum. scdo ponit verba eius ibi. Beati q̃rum tc. tertio excludit falsum intellectũ ibi. Beatitudo tc. Dicit ergo. Sicut et dauid dicit id e asserit beatitudinem hoĩs esse illius scz cui deus fert id e dat iusticiã. Accepto. i. gratis sine opibus precedentibus. titũz. Nõ enim ex opibus iusticie q̃ fecimus nos. Beatitudo aũt hoĩs est a deo fm illud. pſ: Beatus vir cui9 e dñs deus ei9. Sic igitur manifestũ e illũ habere gloriã apud deũ q̃ nõ ex opibus legis iustificat vt dictũ est. ¶ Deinde cũ dicit. Beati quorum tc. ponit verba dauid predictam sententiam continẽtia. dicit eos esse beatos quorũ remittuntur peccata. et sic patet q nõ habuerunt prius bona opa ex q̃bus iusticiam seu beatitudinẽ cõsequerentur. Est aũt triplex peccatorum. scz originale. actuale et mortale, et actuale ex

veniale. Primo ergo quantum ad originale dicit. Beati quorũ remisse sunt iniquitates. Ubi considerandus est q peccatum originale iniquitas dicitur quia est carẽtia originalis iusticie per quaz fm eq̃tatẽ ratio hominis subijcebatur deo inferiores vires rationi 2 corꝫ aſe. sed q peccatuz originale hec equitas tollit quia post q̃ ratio desijt esse subiecta deo inferiores vires rationi rebellãt 7 corꝫ ab obedientia aſe subducitur p corruptionẽ et mortẽ. Ũ in pſ. Ecce enim in iniq̃tatib9 conceptus sum. Utrobiq; aũt peccatuz originale pluraliter significatur. Uel ꝓpter plures homines in q̃bus multiplicatur originale peccatũ Ul potius qz virtute cõtinet in se quodãmodo oĩa pcta. Huiusmodi aũt peccatum originale remitti dicitur qz trãsit reatus subsequẽtẽ gr̃a sed remanet actu remanente fomite siue cõcupiscẽtia q̃ nõ tollit totaliter in hac vita sed remittit; siue mitigat. scdo q̃tũ ad actuale mortale dicit. Et quorũ tecta sunt peccata. Dicitur aũt pcta tegi diuino cõspectui in q̃ntũ nõ inspicit ea ad puniendũ. pſ. Operuisti oĩa peccata eorũ. tertio quantũ ad veniale dicit Beatus vir cui nõ imputauit dñs peccatũ. vt scz p peccatũ intelligant peccata venialia q̃ licet leuia sint tñ p multa homo separat a deo. scdi. palipõ. 3. Dñs bonus ꝓpiciabit cunctis qui in toto corde req̃runt illum et non imputabitur illis q minus sancti sunt. ¶ Possunt aũt et hec tria aliter distingui. Sunt enim in peccato tria. quorũ vnum e offensa dei. Et quantum ad hoc dicit Beati quorum remisse sunt iniq̃tates scdm q homo dicitur remittere offensam sibi factam. ysa. 4. Dimissa est iniq̃tas illius. Aliud est ipse actus inordinatus culpe q̃ non potest nõ fuisse factus ex quo semel ꝓpatus est. sed tegitur manu misericordie diuine vt quasi pro nõ facto habeatur. Tertium e reatus pene. et quãtum ad hoc dicit. Beat9 vir cui nõ imputabit dñs peccatum scz ad penam. ¶ Deinde cũ dicit Beatitudo ergo hominis tc. excludit falsum intellectũ auctoritat predicte. posset enim iudeus sic intelligere q predicta gratia remissionis peccatorum non fieret nisi circũcisis. Ad hoc ergo excludendũ primo aplus questionẽ mouet dicens. Beatitudo hec qua scz deus dat iusticiaz sine operibus manet tñ in circũcisione id e habet locũ solum in circũcisis. an etiã et in ꝓpucio id est in gẽtibus? Manifestum est q in vtrisq; secundum illud quod dicit infra decimo. Idem dominus dines in oẽs tc. secundo ibi. Dominus enim. ad hoc ostendendũ assumit auctoritatem scripture. quasi dicat. hoc ideo quero. Dicim9 esse tc q reputatur abrae fides ad iusticiã Genẽ. 15. Tercio ex hac auctoritate cõcludit solutionem premisse questionis sub interrogatione tamen dicens. Quomodo ergo reputata est. s. fides abrae ad iusticiã in circumcisione id e tempore quo erat circumcisus. an in ꝓpucio id e quãdo erat incircũcisus? Et respondet. Nõ in circumcisione sed in ꝓpucio. Et hoc manifestum est ex serie narrationis scripture. Nam genẽ. 15. legitur q fides reputata est abrae ad iusticiam. circumcisionem autem accepisse legitur Genẽ. 17. Si igitur abraam adhuc incircumcisus existẽs iustificatus est per fidem manifestuz est q iusticia fidei per quam gratis remittuntur peccata non est solum incircumcisione sed etiã in ꝓpucio id est in gentilitate.

Lectio secunda.

T signum accepit circũcisionis signaculuz iusticie fidei q̃ est in ꝓpucio vt sit pater omnium credentiũ per ꝓpucium: ut reputetur et illis ad iusticiã Et sit pater circumcisionis non his tantũ q̃ sũt ex circũcisione: ſ 7 his q̃ sectãtur vestigia fidei que est in ꝓpucio patris nostri abrae Non enim per legem promissio abrae aut semini eius: vt heres esset mũdi. sed per iusticiam fidei Si enim qui ex lege heredes sunt exinanita est fides. abolita est ꝓmissio. Lex enim iram operatur. Ubi enim non est lex nec preuaricatio.

Ostenso q beatitudo remissionis peccatoruz non solum est in circũcisione sed etiam in ꝓputio exꝑlo abrae qui tempore ꝓpucij est iustificatus. hic respondet cuidã obiectioni Posset em aliquis dicere si abraam iustificatus est ante circũcisionẽ ergo sine causa et frustra circũcisus e? Ad hanc ergo obiectionem excludendam primo ꝓponit q circũcisio nõ erat causa iusticie sed signũ. scdo ostendit qđ ex hoc signo cõsequatur ibi. Et sit pater tc. tertio ostẽdit modũ quo hoc cõsequatur ibi. Non his tñ tc. Circa primum duo facit. primo ꝓponit circũcisionem esse signum genẽ. 17. Circũcidetis carnem ꝓpucij vr̃i vt sit in signum federis inter me et vos. scdo ostendit cuius rei sit signũ dicens q sit signaculum iusticie fidei id est q̃ e per fidem que q̃dem fides est in ꝓpucio id est quã abraã habuit adhuc incircũcisus existẽs. ¶ Dicitur aũt signaculũ dupliciter. Uno mõ quasi exꝑessum signũ habens similitudinem rei signate fm illud eze. 28. Tu signaculũ similitudinis tc. Habet autẽ circũcisio exꝑessam similitudinem cũ fide abrae. primo q̃dem quantũ ad rez creditam. Credidit enim multiplicationez sui seminis et cõgruenẽ accepit signũ in mẽbro generationis. scdo q̃ntum ad effectuz huius fidei qui est remotio culpe que signatur per remotionem superflue pellicule Alio modo signaculum dicitur signum aliquid occultans qđ reuelandũ est amicis sicut patet de sigillo et fm hoc dicitur apo. 5. Dignus est agnus q occisus est accipere librũ et aperire signacula eius. claudebat ergo sub signaculo circũcisionis secretum incarnationis xpi ex semine abrahe. Consequenter ostendit quid cõsequatur ex dictis. Cõsequitur enim ex hoc q abraam in ꝓpucio iustificatus, p fidem postea circũcisionẽ accepit vt sit pater non solum circũcisoũ sed etiam credẽtium in ꝓpucio et hoc est q dicit. Ut sit pater id est ex predictis consequitur q abraã sit pater omniũ credentium p ꝓpucium id est q̃ sunt in statu ꝓpucij. Ut abraam sit pater p ꝓpuciũ id est p id quod habuit in ꝓpucio vt reputẽ et illis ad iusticiam hoc scz q credunt sicut reputatum est abrae. Et de hac paternitate dicitur mat. tertio. Potens est deus de lapidibus istis tc. Et sit pater circũcisionis id est circũcisorum q̃ ex eo originẽ ducũt. Unde Joh. 8. Pater noster abraam est. ¶ Deinde ostendit per quẽ modum sit pater etiam incircũcisoruni quia per imitationem. Et hoc est q dicit. Ut sit inq̃ pater non his tantum q̃ sunt in circũcisione id e q̃ sunt circũcisi sed etiam his qui sectant vestigia fidei patris nostri abrae q̃ est in ꝓpucio id est quã abraam habuit adhuc incircũcisus. Jo. 8. Si filij abrae estis opa eius facite. Et quia hic de circũcisione fit mentio oportet circa ipsaz tria considerare scz quare sit instituta. quam vim habuit. et quare sit mutata. Circa primũm considerandum q circũcisio sicut et alie legis cerimonie est ꝓpter duo instituta. Primo quidez ꝓpter cultum diuinũ ad quem hoes scdm huiusmodi cerimonialia disponebantur. Et scdm hoc circũcisio habet triplicẽ tinstitutionis causam: quarum prima est ad significandum fidem et obedientiaz qua abraaz se deo subiecit vt. s. illi qui circumcisionem acciperent abrae: traditam fidem et obedientiam ipsius obseruarent. Dicit enim heb. 11. Fide abraam circũcisus est et ideo facta est circũcisio in

membro generationis ad signandū fidez ipsius circa prolem futuram vt dictum est. Scda est ad exprimēdum in signo corporali id quod spiritualiter erat faciēdum. vt scz sic a mēbro generatiōis qō principlr cōcupiscētie deseruit abscindebāt supflua pellicula. ita etiaz a corde hominis oīs supflua concupia tolleretur scōz illud Je. 4. Circucidimini dño et auferte ppucia cordiū vrōr ꝛc. Tertia est vt per hoc signum populus ille deuz colens ab oībus alijs poplis distingueretur. Et inde est q Josue. 5. mandauit dns circūcidi filios israel q inter alias natiōes erāt habituri q pz9 in deserto solitarij manētes circūcisi nō erant. Alia aūt ratio circūcisionis et oīm cerimonialium accipitur p cōparationem ad xpm ad quē cōparatur sicut figura ad veritatē ꝛ mēbza ad corp9. scōm illud Colo. 2. Que sunt vmbra futurōr corpus aūt xpi. Sic igit p circūcisionem corpalem significaī circūcisio spualis fienda p xpm. Primo quidez in aīaz ꝑntuz p ipm peccatorem restatus et cōcupiscētie ꝓcidunt. Colo. 2. In quo scz xpo circūcisi estis circūcisione nō manufacta in expoliatione corporis carnis. sed in circūcisiōe dñi nr̄i Iesu xpi. Scdo vero quātū ad corpus qñ scz etiam in resurrectiōe ab electorum corpibus omnis passibilitas et mortalitas auferet et ideo circūcisio fiebat octauo die q significat octauā etatem resurgentiū. nā septima est q̄escentiū in xpo. Sex aūt etates sūt qb9 seculū currit. Unde et circūcisio facta legitur cultellis petrinis. Josue. 5. Ad significandum q spiritualis circūcisio fienda erat p petram q̄ est xps vt dicit 1. cozinth. 10. Non tamē hoc generaliter obſuabāt q necesse esset circūcisionē fieri cū petra. Circa scōz vero ē sciē dū q sicut hic glo. dicit ꝛ est bede. Idē salutare curationis auxiliū circūcisio in lege cōtra originalis peccati vulnus prebebat qō baptismus agere tēpore reuelate gratie cōsueuit. Ex quo patet q virt9 circūcisiōis se extendebat ad deletionē originalis pcti. Quidā tamē dicūt q gr̄a in circūcisione nō cōferebat. nō enim potest esse vel gr̄a sine iusticia. Argumēt̄ aūt augl. gal. 2. Si iusticia ē p legem. ergo xpus gratis moztuus est id est fine causa. Et eodem modo argumētari possumus. Si ex circūcisione ē gratia iustificans xps gratis moztuus est. sed hoc nō pōt esse. Nā remissio peccati nūq̄ fit sine gratia. infra. 5. Justificati igitur gratia ipsius ꝛc. Et ideo alij dicūt q in circūcisione dabatur gratia quantuz ad effectus ꝓuatiuos scz remotionis culpe. nō aūt q̄ntum ad effectus positiuos puta operationē iusticie. Sed hoc etiā cōueniēs nō videt. effectus enim positui alicui9 forme ordine nature ꝓcedūt effectus ꝓuatiuos. Nō em̄ lumē pellit tenebras. nisi p hoc q illuminat. Et ita gr̄a p hoc culpā pellit q iustificat. Remoto aūt ꝓiori remouet posterius. Et ideo mel9 dicendū est q circūcisio ex ipso ope operato nō habeat virtutē effectiuā neq̄ q̄ntū ad remotionē culpe neq̄ q̄ntum ad operationē iusticie. sed erat solū iusticie signum vt hic aplus dicit. sed per fidem xpi cuius circūcisio signū erat. auferebāt pctm originale ꝛ cōferebāt auxiliuz gr̄e ad recte agendū. Circa tertiū vero manifestum ē iam ex dictis q̄re oportuit circūcisionē mutari. Nā circūcisio erat signū futuri Nō aūt idē signū cōuenit pnti siue ꝑterito et futuro. et ideo baptism9 ē signum presentis gr̄e q̄ copiosiorē ꝛ vtiliorē effectū habz gr̄e. qz q̄to agēs est ꝓpinqui9 et pntius tanto efficatius opaī. ¶ Deinde cū dicit. Nō enim p legē ꝛc. Ostēdit ꝓpositū scz q circūcisio siue qcūq̄ opus legis non iustificet ex diuīa promissione. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓpōit qō intēdit. secdo probat ꝓpositum ibi. Si em̄ qui ex lege ꝛc. Supponit ergo aplus Primo ex auctoritate q ēn. promissionem factam abrae et semini ei9 vt heres esset mūdi .i. vt oēs gētes mundi in ipso benedicerentur scōm illud geñ. 12. In te benedicētur ꝛc. Dicit autem ac semini eius quia huiusmodi promissio et si in ipso non est cōpleta complenda tamen erat in semine ei9 Dicit enim geñ. 22. Benedicenē in semine tuo oēs gētes terre. hoc aūt semē principlr intelligit xps scōm illō gal. 3. Abrae dicte sunt promissiones et semini eius Non dicit in seminibus q̄si in multis sed in vno ꝛc. Qz scz in vno i quo cōpleē. oñditur vt sit heres mūdi fm illud. ps. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatē tuā. Secūdario autē cōpletur in illis q̄ p̄gr̄az xpi sunt spualr semē abrae infra. 9. Qui filij sunt promissionis estimantur in semine. Qui etiā p xpm sunt heredes mūdi in ꝑntū omnia in gloriam electōr cedunt. 1. cozi. 3. Omnia vr̄a sunt ꝛc. Circa hanc promissionē vnū negat et vnum asserit. Negat huiusmodi promissionē factā p legē. Nō q̄dez nō dicit ꝓpter ipsam promissionē qz tēpore promissionis lex data erat. sed ꝓpter promissionis impletionē vt sit sensus q talis promissio facta erat abrae nō q̄si implēda p legē. qz vt dicitur heb. 7. Nihil ad pfectū adduxit lex. Aliud aūt astruit q scz huiusmodi promissio sit iplenda p iusticiā fidei qz sancti p fidē vicerunt regna. heb. 11. ¶ Deinde cuz dicit. Si enī ꝛc. ostendit ꝓpositum. Et primo quātum ad hoc q promissio non sit implēda p legem. secdo quantū ad hoc q sit implēda per iusticiaz fidei ibi. Jō ex fide ꝛc Circa primū ponit talem rationem. Si promissio facta abrae esset implēda p legez: fides abrae credētis promissioni esset inanis. quia promissio ei facta aboleretur. sed hoc est inconueniens ergo et primum Circa hoc duo facit. primo proponit conditionalē. secdo probat eam ibi. Lex enim ꝛc. Destructio aūt consequētis ē manifesta. Dicit ergo primo q promissio non est facta per legem. si enim q̄ ex lege sunt hij sunt heredes id est si ad hoc q aliqui hereditatē promissam pciant requiritur q ex legis obſuantia hoc cōsequātur. exinanita ē fides id est vacua facta ē fides q abrae credidit deo ꝓmittenti vt dicit geñ. 15. Et hoc est inconueniēs fm q dicit. 1. cor. 15. Si xps nō resurrexit inanis est predicatio nostra ꝛc. Et q̄re sit inanis ondit subdēs. Abolita id ē cassata est promissio qz non cōsequitur suum effectū. cōtra id qd dicitur heb. 11. Fidelem credidit eū esse qui repromiserat. Et hic infra in presenti capitulo dicitur. Quecūq̄ promisit deꝰ potēs est ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Lex enī ꝓbat conditionalem ꝓmissam per effectū siue euentū legis. Et primo proponit legis effectum siue euentū. secdo ꝓbat ibi. Ubi enim non est lex ꝛc. Probat autē conditionalem sic. Si aliqua promissio sit implenda per id qd impletionem promissionis impedit talis promissio aboletur et fides credentis exinanitur. sed lex impedit cōsequutionem hereditatis. lex enim iram operatur. ergo si p legē sit adimplenda promissio exinanita est fides obolita est promissio. Dicitur autem lex iram operari id est vindictam quia per legem facti sunt homines digni dei vindicta. 4 regū. 22. Magna ira domini succensa est cōtra nos quia non audierunt patres nostri verba libri huius scilicet legis ꝛc. Posset autem aliquis intelligere q lex iram operatur quantum ad cerimonialia tempore gratie obseruata secundum illud Hal. 5. Si circumcidimini christus nihil vobis proderit. Sed qō hic dicitur intelligendū est etiam quantum ad mozalia non quidem q legis precepta mozalia precipiant aliquid quod qui obseruat dignos ira dei efficiat. sed occasionaliter quia precipit et gratiaz adimplendi non prebet. secundum illud. 2. cozinth. 3. Littera occidit: spiritus autem viuificat. Qua scilicet interius adiuuat infirmitatem nostram vt dicitur infra. 8. ¶ Deinde cuz dicit. Ubi enim nō est lex ꝛc. ostendit qualiter ira operatur dicēs, vbi nō ē lex nō ē ꝑuaricatō q̄ et si

aliquis lege nō data peccare possit ꝑtra id quod naturaliter iustum est faciēdo. nō tñ preuaricator dicit nisi legem trāsgrediēs. ps. Vidi preuaricātes ꝛ tabescebam ꝛc. Et tamen omnis peccator pōt dici preuaricator in ꝑtuz legē naturalem trāsgreditur. ps. Preuaricātes reputaui oēs peccatores terre. Grauius est tñ transgredi simul legē nature ꝛ legem scriptā q̄ solam legem nature. Et ideo lege data sine gratia adiuuante preuaricatio creuit ꝛ maiores ſram promeruit.

Lectio tertia.

Deo ex fide vt secūdum gratiam firma sit promissio omni semini. Non ei q ex lege est solū sed ꝛ ei q ex fide ē abrahe qui pater est oīm nostrū sicut scriptum est. Quia patrem multaꝝ gentium posui te ante deum cui credidisti. qui viuificat mortuos. ꝛ vocat ea que nō sunt. tanq̄ ea q̄ sunt. Qui contra spem in spem credidit vt fieret pater multarum gentium. secūduz qō dictum est ei. Sic erit semen tuum sicut stelle celi ꝛ arena maris. Et nō infirmatus est i fide nec considerauit corpus suum emortuū cum iaz fere centum esset annoꝝ. ꝛ emortuaz vuluā sare. In repromissione etiam dei non hesitauit diffidentia. sed cōfortatus est fide. dans gloriam deo. plenissime sciens. quia q̄ cunq̄ promisit deꝰ potens est ꝛ facere. Ideo ꝛ reputatum est illi ad iusticiam. Nō est autem scriptum tñ ꝓpter ipsum. quia reputatum est illi ad iusticiaz. sed ꝛ ꝓpter nos quibus reputabitur credentibus i eum qui suscitauit ihesuz xpm dominū nostrū a mortuis. qui traditus est ꝓpter delicta nostra ꝛ resurrexit ꝓpter iustificationē nostram.

¶ Ostenso q promissio facta abrahe ꝛ semini eius nō sit implenda per legem. hic ostendit q sit implenda per fidē Et circa hoc tria facit. Primo ostendit per quid sit huiusmodi promissio adimplēda. secdo ostendit in quibus sit adimplenda ibi. Omni semini ꝛc. tertio a quo sit implenda ibi. Qui viuificat mortuos ꝛc. Primo ergo concludit ꝓpositum quasi ex diuisione. Videtur enim necessarium esse q promissio adimpleatur vel p er fidem vel per legez. nō aūt per legem. qz promissio aboleretur. Unō cōcludit Jō ex fide. s. cōsequimur promissionem. vt heredes simus mūdi. Prima Jo. 5. Hec est victoria que vincit mundū ꝛc. Et hoc cōfirmat per contrarium medii ei quod supza assumpserat. Dictū est enī q si iustitia ex lege esset promissio aboleretur. sed si sit ex fide remanet firma promissio ꝓpter ꝓtestū diuine gr̄e iustificātis hoīem per fidē. Et hoc est qd dicit. Et promissio dei sit firma nō quidem p operationes hoīum q̄ possunt deficere. Ex scōm gratiā dei que ē fallibilis est. secda cor. 12. Sufficit tibi gratia mea ꝛ secda cor. primo. Quotquot sunt promissiones in illo. s. xpo est veritatem habent. ¶ Deinde cū dicit. Omni semini ꝛc. ostendit in quibus impleatur predicta promissio. Et primo ꝓponit quod intendit ꝛ dicit q ꝓdicta promissio sic implēda per fidem est firma per gratiā. omni semini. i. omni homini qui fuerit qualitercunq̄ semen abrahe, Ecc. 44. Cū semine eoꝝ pmanent bona. hereditas sācta nepotes eorū scdo ibi. Nō ei ꝛc. exponit quod dixerat omni semini. est enim quoddā semen carnale. scōm illud Jo. 8. Semen abrahe sumꝰ. Est aliud semen spuale scōm illud. Ma. 3. Potens est deꝰ de lapidib9 hijs. i. de gentibus suscitare filios abrahe. Solum aūt abrahe carnalē legem seruauit sed fidem eius etiā imitatur semen spuale. Et sic si per solam legem esset promissio nō impleretur in omni semine sz solum in carnali. Quia vero impletur per fidem q̄ est omnibus cōmunis. planū est q impletur in omni semie. tertia ibi. Qui est pater ꝛc. pbat quod supposuerat. s. q semen abrahe sit nō solū quod est ex lege sed etiā quod ex fide per auctoritatem scripture: cuius primo ponit sensum dicens, Qui. s. abrahā est pater omniū nostrū. i. omnium credentium. siue iudeoꝝ siue gentilium. Supza eodem. vt sit pater oīum credentium. ysa. 51. Attendite ad abraham patrem vrm. scōo inducit auctoritatez dicens. sicut scriptum est geñ. 17. Qz patrem multaꝝ gentium posui te. Vsa alia habet, Constitui te quod sensum nō variat. Ecc. 44. Abrahā magnus paē multitudinis gentiū. tertio ibi. Ante deum ꝛc. exponit quod dixerat. Sic em̄ dictum est posui te quasi iam esset impletum quod longe postea erat implendum. sed que sunt futura in scipsis in dei ꝓuidentia sunt pñtia. scōm illud ecc. 23. Dño deo nr̄o anteq̄ crearentur omnia sunt agnita sicut ꝛ post perfectū respicit omnia. Et ideo apostolus dicit q hoc quod dictum est. posui te intelligendum est ante deū. i. in eius presentia cui credidisti. Credidit enim abrahā deo futura pnuncianti ac si videret pñtia. qz vt dicitur heb. xj. Fides est spandaꝝ subā rerum argumentum nō apparentiū ¶ Deinde cum dicit. Qui viuificat mortuos ꝛc. Ostendit a quo sit implenda huiusmodi promissio dicēs. qui. s. deus viuificat mortuos, i. iudeos q erāt mortui i pctis cōtra legem agentes viuificat per fidem ꝛ gratiā vt promissionem abrahe cōsequātur. Jo. 5. Sicut pater suscitat mortuos ꝛ viuificat ꝛc Et ea q̄ nō sunt id est gentiles vocat. s. ad gratiam tanq̄ ea que sunt. i. tanq̄ iudeos. infra. 9. Vocabo nō plebez meā ꝛc. Significat aūt gentiles p ea que nō sunt quia erant omnino alienati a deo. sicut. pma. cor. 13. dicitur. Si caritatem nō habuero nihil sum. Et sic per huiusmodi vocationem implebitur promissio abrahe etiaz in gentilib9. Vel q dicit. vocat ea que nō sūt nō intelligitur de vocatione temporali: sed de vocatione predestinationis eterne qua vocantur ꝛ eliguntur etiam qui nō sunt ac si essent. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante mundi ꝓstitutionē. Et de hac vocatione dicitur infra. 9. Nō ex operibus sed ex voluntate dictum qz maior seruiet minori. Vl vocationem hic dicit simplicem dei noticiam vel cognitionem qua cognoscit futura que nō sunt in actu sicut pñtia. Et hoc modo vocatio in. ps. accipitur cum dicitur. Qui numerat multitudinē stellarum ꝛc. Et secūdū hūc sensuz quod hic dicitur inducitur ꝓpter id qō supra dictum est ante deum cui credidisti. duo enim videbant obstare ei quod dictum est. patrem multaꝝ gentiuz posui te. quoꝝ vnuz erat qz ipse idem abrahaz erat quasi emortuus pre senectute vt infra dicetur. Et contra hoc dicit. q̄ viuificat mortuos. Aliud aūt est qz ille multe gentes nondum erant. Et contra hoc subdit. Et vocat ea que nō sūt tanq̄ ea que sunt. ¶ Deinde cum dicit. Qui contra spez cōmendat fidem abrahe. Et ꝓmo ondit magnitudinem fidei eius. secdo efficatiā vel fructum ei9 ibi. Jō ꝛ reputatū est ꝛc. Circa ꝓmum duo facit. ꝓmo ondit magnitudinē fidei abrahe q̄tum ad promissionē seminis multiplicādi. secūdo q̄tuz ad repromissionē seminis exaltandi ibi. In repromissione ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ondit fidē ei9 fuisse magnā. secdo ondit eā fuisse firmā ibi Et nō infir

matus in fide ꝛc. Circa primuz duo facit. Primo propo-
nit magnitudinem fidei abzahe dicens. qui. s. abzaham i
hancspem credidit vt fieret pater multarum gentiuz sed
contra aliam spem. Circa quod considerādum est q spes
importat certam expectationem boni futuri. que quidem
certitudo est qnqꝫ ex cā humana siue naturali scōm illud
p̄ma. coz. 9. Debet in spe qui arat arare. quandoqꝫ vero
certitudo expectātis est ex cā diuina scōz illud. pſ. In te
domine speraui ꝛc. Hoc ergo bonū q abzaham fieret pa-
ter multaꝝ gentium certitudinez habebat ex parte dei p
mittentis. Sed contrarium apparebat ex cā naturali siue
humana. Ideo dicit. Qui contra spem cāe naturalis vel
humane credidit in spem diuine promissionis. Quam q-
dez. scōo ponit dicēs scōm qđ dictuz est ei. s. gen. 22. Sic
erit semen tuuz sicut stelle celi. ⁊ sicut arena maris. Etrū
qꝫ aūt hoc inducitur propter similitudinem innumerabi-
lis multitudinis. Nam t̄tum ad stellas dicitur deut. 1.
Dominus deus vester multiplicauit vos ⁊ estis hodie si-
cut stelle celi. Quātum ad arenam dicitur. x. 4. Juda ⁊
israel innumerabiles sicut arena maris sunt. Potest tñ a
liqua differentia inter vtrumqꝫ attendi vt stellis compen
tur iusti qui fuerūt ex semine abzahe. dañ. 12. Qui ad iu-
stitiam eruditunt plurimos quasi stelle in perpetuas eter-
nitates. Arene aūt comparantur peccatozes qui a fluctu
bus mundi quasi cuiusdaz maris oppzimūtur. Je. 5. Po
sui arenā terminū maris. ¶ Deinde cū dicit, ⁊ nō infirma
tus est. ostendit firmitatem abzahe quā p̄mo proponit di
cens ⁊ nō infirmatus est. sicut enim temperantia ostendi-
tur nō esse unfirma que magnis concupiscibilibus nō vi-
citur. ita fides ostenditur nō esse infirma sed fortis que a
magnis difficultatibꝰ nō supatur. p̄ma. pe. 5. Cui resisti-
te fortes in fide. scōo ibi. Nec consideravit ꝛc. ponit diffi
cultates ex quibus ostendit fides eius nō fuisse infirma.
Et primo quidem ex parte ipsius abzahe cum dicit. Non
consideravit. s. ad discredendū p̄missionem corpus suuz
emortuum. s. qz iam mortificata erat in eo vis generatiua
p̄pter senectutem. Unde dicit. Cum iam fere centuz an-
nozum esset. Abzahe enim centenario existenti natus est
Isaac. vt habetur gen. xxi. Per annum aūt ante fuerat si
bi filius p̄missus scōm illud gen. 18. Reuertens veniam
ad te tēpore illo: ⁊ erit sare filius. Sed videtur q nō fuit
corpus eius emortuum t̄tum ad vim generatiuā qz etiaz
post mortem sare duxit cetburā vxorem que genuit ei fili
os vt dicitur gen. xxv. Dicunt ergo quidā q mortua erat
in eo vis generatiua t̄tum ad hoc q ex muliere antiqua
generaret nō t̄tum ad hoc q generaret filium ex iuuē cu
la. Solent enim senes ex iuuenculis mulieribus prolem
gignere. nō aūt ex antiquis que sunt minus apte ad cōci-
piendum. Sed melius dicendū videtur q abzahe mira-
culose restituta erat vis generādi ⁊ t̄tum ad sarā ⁊ t̄tuz
ad oīs mulieres. scōo ponit difficultatem ex pte vxoris
cū dicit Et emortuā vuluā sare. s. nō p̄sideravit vt discreō
ret. Dicit aūt emortuā t̄tum ad actum generādi. tū p̄-
pter sterilitatem tum p̄pter senectutē. Jā enim desierant
ei fieri mulieb̄ia. vt dicitur gen. 18. Et iō Isa. 51. vbi di-
citur Attendite ad abzahā p̄rez vr̄m ⁊ ad saram que vos
peperit. vt oñderet vtriusqꝫ mortificationē ⁊ frigiditatez
premisit dicens. Attendite ad petram vnde excisi estis ⁊
ad cauernā laci de qua p̄cisi estis. ¶ Deinde cū dicit in re
p̄missione etiā dei ꝛc. cōmendat fidem abzahe t̄tum ad
iteratam p̄missionem de seminis exaltatione. Et primo
ponit fidei firmitatez. scōo firmitatis cām ibi Dās gloriā
deo. Dicit ergo primo in re. p̄missione etiā dei. i. in itera
ta ei⁹ p̄missione vel de seminis multitudine quam p̄mi-
sit. Primo quidē. gen. 15. dicēs Suspice celū ⁊ numera
stellas si potes. ⁊ infra. 17. Eris pater multaꝝ gēium et
iterum infra. 22. Multiplicabo semē tuū sicut stellas celi.
Ul intelligendum est in repromissione dei. i. in iterata p
missione de exaltatione seminis eius qz cuz dixisset multi
plicabo semē tuū stati subdit. Possidebit semē tuuz poz
tas īmicoꝝ tuoꝝ ⁊ bñdicētur i semīe tuo oēs gētes trē.
In hac q̄dē bi re, p̄missione non hesitauit. i. nō dubitauit
diffidētia. s. q diffideret ō vītate diuīe p̄missiois. Jac.
p̄mo. Qui hesitat filis ē fluctui mar' ꝛc. ꝫ pzortaꝝ est fiō
id ē fortiter fidei adhesit p̄ma pe. vltimo. Cui resistite for
tes in fide. ¶ Cōsequenter cum dicit. Dans gloriā deo.
assignat rōnez firmitatis fidei eius dicēs. Confortatus ē
in t̄ fide dans gloriam deo in t̄tum. s. consideravit omni
potentiam eius. pſ. Magna virtus eius ꝛc. Unde ⁊ hic
subditur. Plenissime sciens qz quecunqꝫ promisit deus
potens est facere. sap. 12. Subest enim tibi cum volueris
posse. Ex quo patet q quicūqꝫ nō est firmus in fide dei t̄
tum est in se diuine glorie derogat vel t̄tum ad eius ve-
ritatem vel t̄tum ad eius potentiam. ¶ Deinde cum di-
cit. Et reputatum est ei commendat fidem abzahe t̄tum
ad eius effectum. Et primo ponit effectum quem in ipso
habuit dicens. Jō. s. quia abzaham tam perfecte hoc ip̄z
credidit reputatuz est illi ad iusticiam p̄mi mach. 2. Et re
putatum est ei ad iusticiam. scōo ostendit effectum quem
fides eius habet etiā i alijs. Et circa hoc tria facit. Pri
mo ponit similitudinem effectus dicens. Nō aūt scriptuz
est tm̄ p̄pter ipsum quia reputatum est illi ad iustitiaz vt
scilicet reputemus q̄ Ili abzahe fides ad iustitiam repu
tata sit sed scriptum est propter nos quibus reputabitur.
scilicet fides ad iustitiam. infra. 15. Quecunqꝫ scripta sūt
ad nostram doctrinam scripta sunt. Sic ergo scriptuz est
propter eum vt sit nobis in exemplum. ⁊ propter nos vt
sit nobis in iustificationis spem. secūdo ibi. Credentibus
in eum ostendit similitudinem fidei. Reputata est enim
ad iustitiam fides abzahe credenti q corpus suum emoz
tuum ⁊ emortuam vuluā sare posset viuificari ad filiozum
procreationem. Reputatibur ⁊ nobis credētibus in euz
qui suscitauit dominū nostrū iesum cristum a mortuis. ⁊ t̄
deum patrem cui ipse dicit in. pſ. Tu aūt domine misere
re mei ⁊ resuscita me. Et quia eadem est virtus patris et
filij: ipse etiā in propria virtute surrexit. Q aūt hec fides
iustificet habetur. infra. 10. Si cōfitearis in ore tuo domi
nuz iesum ⁊ in corde tuo credideris q deus illum suscita
uit a mortuis. saluus eris. tertio ibi. Qui traditus est ꝛc.
assignat cām quare fides resurrectiois xp̄i iustificet dicēs
qui scilicet xp̄us traditus est scilicet in mortem a deo pa-
tre. infra. 8. Propzio filio suo nō pepercit deus sed p no
bis omnibus tradidit illū. Et a seipso. ephe. 5. Tradidit
semetipsum pro nobis. Et a iuda. Jo. 19. Qui me tradi
dit tibi maius peccatuz habet. Et a iudeis. Ma. xx. Tra
dent eum gentibus ad illudendum. Et resurrexit propt̄
iustitiam nostram id est vt nos resurgendo iustificaret in-
fra. 6. Quomō xp̄s resurrexit a mortuis per gloriam pa-
tris. ita ⁊ nos in nouitate vite ambulem⁹. Et q, p̄pter de
licta nostra sit traditus in mortem, manifestum vr̄ ex hoc
q sua morte meruit nobis deletionez peccatozum: sed re
surgendo nō meruit qz in statu resurrectionis nō fuit via
toz sed comprehensoz. Et ideo dicendum est q mors xp̄i
fuit nobis salutaris nō solū per modum meriti sed etiam
per modū cuiusdā efficientie. Cum eī humanitas xp̄i es
set quodāmodo instrumentū diuinitatis ei⁹. vt damasce.
dicit oēs passiōes ⁊ actōes hūanitatis xp̄i fuerūt nob sa
lutifere vt pote ex virtute diuinitatis p̄uenientes. Sed quia
effect⁹ hz aliqualr silitudinē cāe. mortē xp̄i qua extincta
est i eo mortal' vita dicit esse cāz exrictiōis pctoꝝ nr̄oꝝ re
surrectionē aūt ei⁹ q̄ rediit ad nouā vītā gle dic esse cām
iustificationis nr̄e p quā redimus ad nouitatē iustitie.

V. ca.

Incipit capitulum quintum.

conformes imaginis filij eius qui est imago. Col. 1. Qui est imago invisibilis dei. Alio modo potest intelligi vt sit constructio transitiua: vt sit sensus: predestinauit nos fieri conformes filio suo: in hoc q̄ portemus eius imaginem. 1. cozin. 15. Sicut portauim⁹ imaginē terreni: sic portemus imaginē celestis. Dicit aūt. Quos predestinauit nō qz oēs prescitos predestinet: sed qz eos predestinare nō poterat nisi prescīret. Jere. 1. Priusq̄ te formarē in vtero noui te. Quid aūt ex hac predestinatione sequat̄ subiungit. Ut sit ipse primogenit⁹ in multis fratrib⁹. Sicut enī deus suam naturalē bonitatē voluit alijs cōunicare: participando eis silitudinē sue bonitatis vt non solū sit bon⁹ sed etiam actoz bonoꝝ. ita filius dei voluit conformitatē sue filiationis alijs cōunicare vt non solū sit ipse filius: sed etiā primogenitus filioꝝ. Et sic q̄ p generationē eternam est vnigenitus. fm illud Jo. 1. Unigenit⁹ q̄ est in sinu patris fm collationez gratie sit p̄mogenitus in multis fratribus. Apoc. 1. Qui est primogenitus mortuoꝝ z p̄nceps regū terre. Habet igit̄ xp̄us nos fratres: tū qz nobis similitudinem sue filiationis cōunicauit: sicut hic dicit. tum qz silitudinē nostre nature assumpsit. fm illud Heb. 2. Debuit p omnia fratribus assimulari. ¶ Deinde cū dicit. Quos aūt predestinauit ꝛc. ponit ea que ex tempore sancti diuinitus consequunt. Et p̄mo ponit vocationē cū dicit. Quos p̄destinauit hos z vocauit. predestinatio aūt eius irrita esse non potest. scōm illud Ysa. 14. Juravit dñs exercituū scōs. Si non vt pusaui ita erit z quo mē te tractaui sic eueniet. Primū aūt in quo incipit p̄destinatio impleri est vocatio hoīs: que quidez est duplex. Una exteriorz que fit ore predicatoris. puer. 9. Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem. Hoc modo deus vocauit Petrum et Andream vt dicit Matth. 4. Alia vero vocatio est interioz q̄ nihil aliud est q̄ quidam mentis instinct⁹ q̄ coz hoīs mouet̄ a deo ad assentiēdū his que sunt fidei vel virtutis. Ysa. 41. Quis suscitauit ab oriente iustū z vocauit eum vt sequerēt̄ se? Et hec vocatio necessaria est. qz coz nostrū non se ad deuz cōuerteret nisi ipse deus nos ad se traheret. Jo. 6. Nemo potest venire ad me nisi pater q̄ misit me traxerit eum. Treñ. 5. Convierte nos dñe ad te z conuertemur. Et etiam hec vocatio est efficax in p̄destinatis. qz huiusmodi vocationi assentiunt. Jo. 6. Omnis q̄ audiuit a patre meo z didicit venit ad me. Unde secundo ponit iustificationē cū dicit. Quos vocauit hos z iustificauit. s. gram infundendo supra. 3. Justificati gratis per gram ipius. Hoc aūt iustificatio z si in aliquib⁹ frustretur qz non ꝓseuerant vsqz in finem in predestinatis tñ nunq̄ frustrat̄. Unde tertio ponit magnificationez cum subdit. Hos z magnificauit. Et hoc duplicit̄. s. Uno quidem mō p effectum virtutis z gratie. Alio aūt modo p exaltatiōs glozie. Sap. vltimo. In omnib⁹ dñe magnificasti populū tuum z honorasti. Ponit aūt ꝑteritū p futuro si intelligatur de magnificatione glozie vel ꝑpter certitudinē futuri vel qz quod in quibusdā est futurū in aliis est completum ¶ Deinde cuz dicit. Quid ergo dicem⁹ ꝛc. manifestat magnorem scz qđ ꝓmoris a deo null⁹ potest nocere. Et primo ostendit q̄ nō possit pati detrimentū p malū pene. secūdo q̄ nec p malū culpe ibi. Quis accusabit ꝛc. Maluz pene est duplex. Unum quidē consistit in illatione maloꝝ. alius in subtractione bonoꝝ. Primo ostendit q̄ illi qui ꝓmouent̄ a deo non patiunt̄ detrimentū p conatū alicuius ꝓsequentis dicens. Quid q̄ dicemus? quasi dicat. Cum tot bona deus suis electis prestet quid potest dici contra hec vt scz predicta del beneficia annullētur quasi diceret. Nihil. puer. 21. Non est sapientia z non est prudentia z nō est consilium contra dominū. Vel quid dicemus? Ad hec s. aspicientes z oportet nos obstupescere. Abacuc. 3. Scōm aliam litterā. Considerauī opera tua z expaui. Vel quid dicemus ad hec. i. quid poterim⁹ deo retribuere tot bene ficijs dignū? ps̄. Quid retribuā dño ꝓ omnibus que retribuit mihi? Et subiungit. Si deus p nobis est scz predestinando vocando iustificando z magnificādo: quis cōtra nos scz esse poterit efficaciter. Ysa. 5. Stem⁹ simul qs est aduersarius meus? Job. 17. Pone me iuxta te z cui⁹ vis manus pugnet contra me. Secundo ostendit q̄ sancti dei non possunt pati detrimentū ex subtractione bonorum dicens. Qui etiam ꝓprio filio non pepercit. Cū aūt supra de multis filijs mentionem fecisset dicens. Accepistis spiritū adoptionis filiozum: ab omnib⁹ illis hunc filium separat dicens. Proꝓo filio suo id est nō adoptato vt heretici mentiunt̄ sed naturali z coeterno. i. Jo. vltimo. Et simus in vero filio eius iesu xp̄o. de quo pater dicit. Matth. 3. Hic est filius meus dilectus. Quautē dicit. nō pepercit. intelligendum est q̄ eum a pena nō exemit. Nā culpa in eo non fuit cui parci potuisset: puer. 13. Qui parcit virge odit filium suū. Non tñ deus pater filio suo non pepercit vt et alīq̄d accresceret qui est q̄ omnia deus ꝑfectus. sed ꝑpter nostrā vtilitatē eum passioni subiecit. Et hoc est quod subdit. Sed p nobis omnibus tradidit illū id est exposuit eum passioni p exptatiōe peccatoꝝ nostrorum. ī. 4. Tradit⁹ est ꝓpter delicta nostra. Ysa. 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omniū nostrū. Tradidit eum deus pater in mortem: eum incarnari z pati statuendo z humane eius voluntati inspirando charitatis affectum qua passionem spontaneus subiret. Unde ipse seipsum tradidisse dicit̄ eph. 5. Tradidit semetipsum p nob. tradidit etiam eum Judas z Judei exterius aliquid operādo. vt supra. 5. habitum est. Est aūt notandum q̄ dicit. q̄ etiam ꝓprio ꝛc. Quasi dicat. Non solum alios sanctos p salute hominum tribulationi exposuit fm illud Osee 6. Propter hoc dolaui in pphetis. 2. cor. 1. Cum tribulamur p vestra exhortatione z salute. Sed etiam ꝓpriz filium suum. In ipso aūt filio dei omnia existunt sicut in primordiali preogatiua causa. Col. 1. Ipse ẽ ante omnia ꝛc. Unde eo tradito nobis: oīa sunt data nobis. Unde subdit. Quō non etiam cum illo scz dato nobis oīa donauit nobis. vt scz oīa cedant in bonū nostrum. superiora quidem s. diuine persone ad fruendū. rationales spirit⁹ ad conuiuendū. omnia inferiora ad vtendum non solū p spera sed etiam aduersa. 1. cozin. 3. Omia vestra sunt: vos autem xp̄i: xp̄us aūt dei. Unde patet q̄ sicut in ps̄. dicit. Nihil deest timentibus eum.

Lectio septima.

Quis accusabit aduersus electos dei
q Deus qui iustificat. Quis est qui cō
demnet? Christus iesus qui mortuus est: immo q̄ z resurrexit: qui est ad dexteram dei qui etiā interpellat p nobis. Quis ergo nos separabit a charitate christi. Tribulatio an angustia: an fames: an nuditas: an periculum: an persecutio: an gladius: Sicut scriptū est. Quia ꝑpter te mortificamur tota die. estimati sum⁹ sicut oues occisionis Sed in his omnibus supamus: ꝑpter eum q̄ dilexit nos. Certus sum enī. qz neq; mors: neq; vita: neq; angeli: neq; principat⁹: neq; virtutes: neq; instantia: neq; futura: neq; fortitudo. neq; altitudo: neq; pfūdū: neq; cre

tura alia poterit nos separare a charitate dei: que est in christo iesu dño nostro.

Postq̃ aplus ostendit q̃ sancti quos deus ꝓmouet nullum detrimentū pati possunt quasi a malo pene. hic ostendit q̃ nullus detrimentū pati ꝑ ossunt quasi a malo culpe. Et primo ostendit ꝓpositū. secundo excludit quandā obiuationem ibi. Christus iesus ꝛc. Circa primū considerandum est q̃ aliquis ꝓpter culpaꝫ leditur a duob⁹. Primo quidē ab accusatiōe. secundo a iudice cōdemnāte. Primo ergo ostendit q̃ nulla accusatio possit esse sanctis dei nociua. ꝛ hoc ratione diuine electionis. Qui em̄ aliquez eligit ex hocipso eum approbare videt. Sancti aūt sunt electi a deo. Eph.1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem: vt essemus sancti. Qui accusat improbat eum quem accusat. Non est aūt alicuius accusatio contra dei approbationē. Et ideo dicit. Quis accusabit. s. efficaciter aduersus electos. i. aduersus eos quos de⁹ elegit vt sint sancti. Unde dicit apoc.12. Proiectus est accusator fratrum nostroū. Secūdo ostendit q̃ nullius accusatio pōt esse sanctis nociua. Et hoc etiam ostendit ex alio dei beneficio quo. s. de⁹ nos iustificat. qō q̃dē beneficiū ꝑmittit dicens. Deus. s. est qui iustificat fm illō qō supra dictū est Quos vocauit hos ꝛ iustificauit. 1. cor. 6. Sz iustificati estis. Cōdemnatio aūt contra iniustos locū habet. Quis est ergo q̃ cōdemnet iustificatos a deo? Job.34. Ipso cōcedente pacem quis est qui condemnet? ¶ Deinde cū dicit. Christus iesus excludit obiuationem. posset aliquis timere ne a christo iesu aliquis accusaretur ꝛ condemnaretur tanq̃ transgressor mādati ipsius xpi. sicut ꝛ de moyse dñs dicit. Jo.5. Est qui accusat vos moyses in quo speratis. Et q̃ etiam ab ipso condemnaret eo q̃ ipse est cōstitutus a deo iudex viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ. vt dicit act.10. Ipse etiam est immunis a peccato. 1. cor. 2. Qui peccatum non fecit. ꝛ ideo ydoneus videt ad accusandū ꝛ condemnādum fm illud Jo.8. Qui sine peccato est vestrum ꝓm⁹ in illā lapidē mittat. Et iō dicit xps iesus. Quasi dicat. Nūquid christ⁹ iesus accusabit aduersus electos dei vel etiam eos condemnabit? Et ostendit q̃ nō: qz etiā ipe fm humanitatē suam magna beneficia satis confert sicut ꝛ fm suam diuinitatē. Et ponit quattuor humanitatis ipsius beneficia. Primo quidē mortez eum dicit. Qui mortuus est sc̃z ꝓ nostra salute. 1. Pe.3. Christ⁹ semel ꝓ peccatis nostris mortuus est. Secūdo resurrectionē ꝑ quā. s. nos viuificat ꝛ nūc vita spūali ꝛ tandē vita corpozali. Un̄ subdit. Qui ꝛ resurrexit vt supra.4. Resurrexit ꝓpt iustificationem nostram. Addit aūt immo. qz potius est nūc cōmemozandus ex virtute resurrectionis q̃ ex infirmitate passionis. 2. cozin. vltimo. Nam si crucifixus est ex infirmitate nostra: viuit ex virtute dei. Tertio ipsam patris confessionem cū dicit. Qui est a dextris dei id ē in equalitate dei patris fm naturam diuinā ꝛ in potioribus bonis eius fm naturam humanā. Et hoc etiam est ad gloriā nr̄ā qz vt dicit Eph.2. Consedere nos fecit in celestibus in christo iesu. Inquantū em̄ nos membra eius sum⁹ nos in ipso deo patri consedemus. Apoc.3. Qui vicerit dabo ei sedere mecū in trono meo sicut ego vici ꝛ sedi cum patre meo in trono eius. Quarto interpellationē eius cū dicit. Qui etiā interpellat ꝓ nobis quasi aduocatus nr̄ existēs 1. Jo.2. Aduocatū habemus apud patrē: iesuꝫ xp̃m. Ad officium aduocati ꝑtinet non q̃ accuset vel condemnet ꝫ magis accusatoꝝ repellat ꝛ codemnationē impediat. Dicitur aūt ꝓ nobis interpellare dupliciter. Uno mō ꝓ nobis ozando fm illud Jo.17. Non ꝓ his ergo tantuꝫ sz̃ aplis sed his qui credituri sunt ꝓ verbuꝫ eoꝝ in me. Huc autē eius interpellatio ꝓ nobis est voluntas ipsius de vestra salute Jo.17. Volo vt vbi sum ego ꝛ illi sint mecum: Alio modo interpellat ꝓ nob humanitatē ꝓ nobis assumptaꝫ ꝛ mysteria in ea celebrata conspectui paterno representando. Heb.9. Introiuit in ipsum celum vt appareat nunc vultui dei ꝓ nobis. ¶ Deinde cum dicit. Quis ergo nos separabit ꝛc. Infert cōclusionē ex dictis. Et quia hec conclusio quasi incredibilis videt inexpertis: ꝓponit eam ꝓ modu⁹ questionis. Unde tria facit. primo ꝓponit questionem. secundo ostendit necessitatē questionis ꝓpositre ibi. Sicut scriptū est ꝛc. tertio ponit solutionē ibi. In bis omnibus ꝛc. Potest aūt hec questio ex premissis duplici ratione concludi. Primo quidez sic. Tot beneficia sunt nobis diuinitus collata ꝛ tam efficatia vt nullus contra ea possit. Sia aūt predicta beneficia ad hoc tēdunt vt nos simus in charitate radicati ꝛ fundati. vt dicit eph.3. Quis ergo nos segabit a charitate christi? qua sc̃z xp̃m diligim⁹ ꝛ primū. fm q̃ ipse precepit. Jo.13. Mandatū nouum do vobis ꝛc. Alio modo sic. Dictum est q̃ magna beneficia deus sanctis suis confert ex quoū consideratio ne adeo charitas christi i cozdibus nostris feruet q̃ nihil eam extinguere potest. Can. vltimo. Aque multe non potuerūt extinguere charitatē. Proponit aūt mala ꝓ quoꝝ passionem aliquis credi posset vt charitatem christi deseret. Et primo ponit ea que ꝑtinent ad vitā. secūdo id q̃ ꝑtinet ad mortem. Circa vero ea que in vita imminent sustinenda. primo ponit mala presentia. secūdo futura. Circa presentia vero primo ponit ea q̃ ꝑtinent ad tolerantiaꝫ malozum. secundo ea que pertinent ad defectū bonoruꝫ. Mala aūt ꝓpessa cōsiderari possunt dupliciter. Uno mō fm q̃ sunt in patiente qui dupliciter ab eis afflig̃it. s. exterius fm corꝑus. Et ad hoc ꝑtinet tribulatio. Dicit em̄ a tribulis que sunt herbe pūgitiue. Heñ.3. Spinas ꝛ tribulos germinabit tibi. Unde aliqs tribulari dicit cū exterius pungit. Nec tñ ꝓpter hoc insti vincunt. ps̃. Multe tribulationes iustoꝝ ꝛ de bis omnibus liberabit eos dom⁹. Affligit etiam homo ab eis ꝓ interiorem anxietatem cozdis dum sc̃z aliquis non videt quo diuertat vel q̃modo euadat. Et quantum ad hoc subdit. An angustia? Dañ.13. Angustie mihi sunt vndiq̃ ꝛ quid eligā ignozo. Alio mō huiusmodi mala considerari possunt fm q̃ sunt in agente. Et quantū ad hoc subdit. An ꝑsecutio? Quāuis em̄ ꝑsecutio ad hoc ꝓprie ꝑtinere videat q̃ aliquis alium ꝑsequit effugando. fm illud Matth.10. Si vos ꝑsecuti fuerint in vna ciuitate: fugite in aliam: tamē cōmuniter ꝑsecutio accipi pōt ꝓ inflictione cuiuslibet nocumēti. ps̃. Multi ꝑsequunt me qui tribulant me. Deinde ponit mala q̃ ꝑtinent ad subtractionē bonoruꝫ que sunt necessaria vite. s. cibus ꝛ vestimenta fm illud .1. Ti.6. Habētes alimenta ꝛ quibus tegamur bis contenti simus. Ad subtractionē aūt cibi ꝑtinet fames. Un̄ subdit. An fames Ad subtractionē autē vestitus ꝑtinet nuditas. Unde subdit. An nuditas. 1. cozin. 4. Usq̃ in hanc hozaꝫ esurim⁹ ꝛ sitimus: ꝛ nudi sumus. Quantū ad mala futura subdit. An periculum. s. iminens in futurū. 2. cor. 12. Periculis fluuium periculis latronū. Quantū aūt ad mortē subdit. An gladi⁹. Heb.11. In occisiōe gladij moztui sunt. ¶ Deinde cum dicit. Sicut scriptū est ꝛc. ostendit huius questionis necessitatē ꝓ hoc q̃ dicit q̃ sanctis oīa ista imminebant patienda ꝓpter christi charitatez. Et inducit verba psalmiste quasi in persona martyrū ꝓpositā. In quib⁹ primo ponit causam passionis. Martyrē em̄ non facit pena sed causa vt dicit aug. Unde dicit. ꝓpter te Matth.10. Qui perdiderit aīam suam. i. vitam ꝓpter me inueniet eam. 1. Pe.4. Nemo vestrū patiat vt fur aut homicida. Si aūt vt christianus nō erubescat. Patiat aūt ꝓpter christum non solum qui patit ꝓpter fidem christi: sed etiam q̃

patit ꝓ quocūq̃ iusticie opere ꝓ amore christi. Matth.5. Beati qui ꝑsecutionē patiunt ꝓpter iusticiam. Secūdo ponit grauitatē passionis cum dicit. Mortificamur id est mozti tradimur. Hester.7. Traditi sumus ego ꝛ populꝰ meus vt cōteramur ꝛ iugulemur ꝛ pereamus. Tertio cōtinuitatem ꝑsecutionis cum dicit. Tota die id est ꝑ totū tempus vite. 2. cozin. 4. Semper nos q̃ viuimus in mortem tradimur ꝓpter iesum. Quarto promptitudinē ꝑsequentiū ad occidendū cum dicit. Estimati sumus vt oues occisionis. i. deputate vt occidant in macello: que cuꝫ studio occidunt. Jta ꝛ sancti ex ꝓposito ꝛ cum studio occidebant. Jo.16. Uenit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequiū se prestare deo. Za.11. Pasce pecora occisionis que q̃ possederant occidebant. ¶ Deinde cum dicit. Sed in bis omnibus. soluit questionē. Et primo ponit solutionez viceus. Sed in bis omnibus. s. malis que supra posui superamus dum sc̃z circa omnia illubatā charitatem seruam⁹, Sap.10. Certamē forte dedit illi vt vinceret. Et hoc non nostra virtute: sed ꝑ auxiliū christi. Un̄ subdit. Propter eum qui dilexit nos. i. ꝓpter eius auxilium vel ꝓpter affectum quem ad eum habemus non quasi nos primo dilexerim⁹ eum: ih̃ qui ipse ꝑ⁹ dilexit nos vt dicitur. 1. Joh. 4. ꝛ 1. cozin. 15. Gratias deo q̃ dedit nobis victoriam ꝑ iesum christū. Secundo ibi. Certus sum. manifestat solutionē ostendens inseparabile esse sanctoꝝ charitatem. Et primo ostendit q̃ non potest separari a creaturis que sunt. secundo q̃ nec etiā a creaturis que non sunt sed esse possent ibi. Neq̃ creatura alia. Circa primū duo facit. primo ponit ea que sunt in bone dicens. Certus sum em̄ qz neq̃ mors que est precipuū inter terribilia. neq̃ vita que est precipuū inter appetibilia sc̃z poterit nos separare a charitate dei. infra.14. Siue viuimus domino viuimus siue mozimur dño mozimur. In bis aūt duob⁹ includuntur oīa q̃ supra posuit. Nam sex precedentia ꝑtinēt ad vitam. vnum aūt sc̃z gladius ꝑtinet ad mortē vt supra dictū est. Deinde ponit ea que sunt exterius inter que primo ponit spūales creaturas dicens: Neq̃ angeli qui sc̃z sunt minozes deputati ad custodiaz hoim singulozum. ps̃. Angelis suis mandauit de te. Neq̃ principat⁹ sc̃z q̃ sunt deputati ad custodiā gentiū. Dañ.10. Hunc reuertar vt prelier aduersus principem persaruꝫ. Cum em̄ egrederer apparuit princeps grecoruꝫ veniēs ꝛ nemo est adiutor meus nisi michael noster princeps. Addit aūt neq̃ virtutes Qui est supremus ordo ministrantiū Luc̃. 21. Virtutes celoruꝫ mouebunt. Potest autez hoc intelligi dupliciter. Uno modo de malis angelis qui contra sanctos decertāt Eph.6. Non est nobis colluctatio aduersus carnē ꝛ sanguinem: sed aduersus principes ꝛ potestates. Alio modo potest intelligi de bonis. Et fm hoc vt Chrysostom⁹ dicit in libro de cōpunctione cordis: Hoc dicebat non q̃ angeli affectare possent aliquando eum a xpo separare sed etiā ea que sunt impossibilia verbigratia fieri posse dixit magis q̃ se ab amore xpi sciungi. vt ꝑ hoc quanta in eo vis esset diuine charitatis ostenderet. atq̃ omnibus ante oculos poneret. hic em̄ amantium mos est vt amorem suum silentio tegere nequeant. sed necessarijs suis et caris efferunt ꝛ produnt: ꝛ flāmas suas intra pectus cohibere non possunt. Enarrant ea frequentius vt ipsa assiduitate narrandi amoris sui solacium capiant: ꝛ refrigeria immēsi ardoris assumant. Sic ergo facit beatus hic eximius amator xpi omnia que sunt ꝛ que erūt queq̃ accidere possunt ꝛ que omino non possunt simul vno sermone complectit. Et simile est qō dicit Sal.1. Licet nos aut angelus de celo euangelizet vobis ꝓter q̃ qō euangelizauit vobis anathema sit. ¶ Deinde ponit etiam creaturas sensibiles q̃ duplicē diuersitatē ponit. ꝓmo q̃dē fm tempus q̃ diuersificātur fm ꝑsens ꝛ futurū. Unde dicit. Neq̃ instantia id est presentia siue dolorē siue delectationē inferant. 2. cor. 4. Non cōtemplantib⁹ nobis ea que vident. Addit aūt. Neq̃ futura quoꝝ nec timoꝛ nec desideriū potest nos separare a christo. Unde ipse dicebat. Act.21. Ego non solum alligari sed ꝛ moꝛi in hierusalē paratus sum ꝓpter nomē dñi iesu. ¶ Deinde ponit diuersitatē sensibiliū creaturaꝝ ex parte magnitudinis. ꝛ primo tāgit magnitudinē virtutis cuꝫ dicit. Neq̃ fortitudo id est neq̃ creatura fortis potest me separare a christo puta fortis ignis aut fortis aqua qz vt can. 8. dicit. Fortis est vt moꝛs dilectio. ¶ Deinde ponit magnitudinē dilectionis describēs eam fm ea q̃ ꝓprie conueniunt cozporibus. s. altum ꝛ ꝓfundū. Unde dicit. Neq̃ altitudo ex qua sc̃z aliqs mihi minaret ꝓcipitiuꝫ sicut dicit Luc. 4. Q duxerūt iesuꝫ vsq̃ ad supciliū montis vt precipitarent eum. Neq̃ profundū in quo aliquis submersionē minaret. ps̃. Infixus sum in limo profundi. Possunt etiam hec tria ad res humanas referri. Tripliciter em̄ aliquis homo posset a deo aliquē auertere. Uno quidē mō cogendo q̃ fortitudinē. Sz sicut dicit. 1. Regꝫ 2. Non est fortis sicut deus noster. Secundo stupefaciendo ꝓ altitudinez auctozitatis. sed de deo dicit in ps̃. Tu solus altissimus sup omnē terram. Tertio seducendo per profunditū sapientie. sed de deo dicit Job.11. Profundior inferno. ꝛ vnde cognosces? Possunt etiā hec duo altitudo ꝛ profundū ad prospera ꝛ aduersa referri fm illud. 2. cozin. 6. Per arma iusticie a dextris ꝛ a sinistris. Uel fm Chrysostomū in libro de compunctione cordis. q̃ ait altitudo ꝛ profundū nō mihi aliud indicare videt q̃ regnū celoruꝫ ꝛ gehennā. Quasi dicat. nec si a regno decidere me necesse sit aut etiam in gehennā trahi ꝓ xpo: nec hoc quidē mihi metuendū est. Quantū aūt ad ea que nō sunt sz possūt eē subdit. Neq̃ creatura alia qō vtiq̃ fm Chrysostomū de bis dicit que non sunt. quasi illi non sufficiāt omnia que sunt sed illa que non sunt ꝓuocat quodā modo ad certamen. Nihil inquit istoruꝫ poterit nos separare a charitate dei. s. cozin. 13. Charitas nunq̃ excidit. Que quidem charitas dei est in christo iesu dño nostro. qz sc̃z ꝑ eum data est nobis inquantū spiritūs sanctum nobis dedit Luc̃. 12. Ignem veni mittere in terrā ꝛ quid volo nisi vt accendat. Sed cum scriptū sit Eccls.9. Nescit homo vtrum amore vel odio dignus sit sed omnia in futurū seruant incerta. quid est hoc qō dicit se esse certū q̃ nihil possit eum a charitate separare. Ad qō vici potest q̃ aplus nō loquitur singulariter de seipso: sed loquit in persona omniū ꝑdestinatoruꝫ de quibus ꝓpter certitudinem ꝑdestinatiōis annunciat q̃ nihil eos a charitate possit separare. pōt etiā ista certitudo causari ex virtute charitat⁹ que quantum in se est ab aliquibus non potest superari cum deum superomnia diligāt. Q aūt aliquis interduma charitate recedat non est ꝓpter defectū charitatis: sed ꝓpter defectum liberi arbitrij. Si aūt aplus hoc dicit de seipso vel de hoc certus esse non poterat nisi forte ꝑ reuelationē qz dictū est el Sufficit tibi gratia mea. 2. cozin. 12. Nam quantū ad possibilitatem liberi arbitrij ipse alibi dicit. 1. cozin. 9. Me forte cum alijs ꝓdicauerim ipse reprobus efficiar.

Incipit capitulū nonum.

Ueritatem dico in christo non mētior. testimoniū ꝓhibente conscientia mea in spūsancto. qm̄ tristicia mihi magna est ꝛ cōtinuus dolor cordi meo. Optabam ego ipe anathema esse a xpo ꝓ fratrib⁹ meis qui sunt cognati mei

ſm carnez qui ſunt iſraelite.quorũ adoptio eſt filiorũ. ⁊ gloria ⁊ teſtamentũ ⁊ legiſlatio ⁊ obſequiũ ⁊ ꝓmiſſa. quoꝝ patres ex quib⁹ eſt chriſtus ſm carnem qui eſt ſup oĩa de⁹ benedictus in ſecula:amen.

Apoſtolus ſupra neceſſitatẽ ⁊ virtutẽ gratie demonſtrauit.hic incipit agere de origine gratie:vtrũ ex ſola dei electione detur:aut deẽ ex meritis precedentiũ operum occaſione accepta ex eo q̃ iudei q̃ videbanẽ diuinis obſequijs mancipati exciderant a gratia.gentiles aũt ad eam erant admiſſi q̃ prius fuerant a deo alieni. Primo igit agit de electione gentium. ſecundo de caſu iudeorũ capi.x. Fratres voluntas quidẽ cordis mei ⁊c. Circa primũ duo facit.primo cõmemorat dignitatẽ iudeorũ.ſecũdo oſtendit quomodo gentiles ad illam dignitatẽ ſunt aſſumpti ibi. Non aũt q̃ exciderit ⁊c. Circa primum duo facit. Primo aplus oſtendit affectum ſuum ad gentem iudeorum ne ea que contra eos dixit vel dicturus eſt ex odio dicere videretur. Scõ̃o eorũ dignitatẽ oſtendit ibi. Qui ſunt iſraelite ⁊c. Circa primũ duo facit. Primo confirmat dicenda p̃ ſimplicem aſſertionẽ dicens. Veritatem dico.q̃ maxie conuenit predicatori qui eſt teſtis veritatis.puer.8. Veritatẽ meditabiṫ guttur meum. Zach.8. Pacẽ ⁊ veritatẽ diligite. Et q̃ q̃nq̃ aliq̃s veritati quã loquit aliq̃ mẽdacium interſerit ad hoc excludendũ ſubdit. Non mentior. Eph.4. Deponentes mendaciũ loquimini veritatẽ. Secundo confirmat q̃ dicenda ſunt p̃ iuramentũ q̃ eſt quedã confirmatio p̃ teſtimoniũ ineffabilis veritatis. Tales aũt ſunt teſtes ſanctorum.primo quidẽ deus ſm Job.16. Ecce in celo teſtis meus. Et ideo dicit ī chriſto ieſu.i.p chriſtum ieſum qui eſt veritas abſq̃ mẽdacio.2.corin.1. Dei eñ filius qui predicat⁹ eſt in vobis nõ fuit in illo eſt ⁊ nõ Secundo teſtis infallibilis ſanctorũ eſt eorũ conſcientia. Vñ ſubdit. Teſtimoniũ phibẽte mihi cõſcia mea.2.cor.1. Gloria noſtra hec eſt teſtimonium cõſcientie noſtre. Et q̃ interdum conſcientia errat niſi p̃ ſpũmſanctũ rectificet ſubdit. In ſpũſancto.s.8. Ipſe ſpũs teſtimonium reddit ſpũi noſtro. ¶ Deinde cũ dicit. Quoniã triſticia ⁊c. oſtẽdit ſuum affectũ ad iudeos p̃ dolorem quẽ de eorum caſu patiebaṫ.quẽ qui dẽ primo exponit.ſecundo eius ſignum ponit cum dicit. Optabam ⁊c. Exaggerat aũt ſuum dolorem tripliciter. Primo quidẽ ex eius magnitudine. Quoniam mihi triſticia eſt magna: quia ſcz eſt de magno malo id eſt de excidio tante gentis. Treñ.2. Magna eſt velut mare contritio tua. Sz contra hoc videẽ eſſe qd̃ dicit. Ecc.3. Triſticiam non des anime tue.qd̃ videtur ſententie ſtoicoꝝ conſonare q̃ triſticiam oĩno ab animo ſapientis ꝓpellabant. Cum eñ triſticia ſit de malo p̃ſenti:non põt ſapienti competere cui nullũ malum eſt preſens. Nõ eñ eſtimabant aliquid eſſe bonũ niſi honeſtũ: ⁊ malũ niſi peccatũ. Sed hec opinio refellit dupliciter. Primo q̃dez q̃ corporales defectus lz nõ ſint ſimpliciter mala quid⁹.ſ. homines fiant mali.ſunt tamen quedã mala q̃ natura abhorret. Vnde ⁊ dñs p̃ his triſtat⁹ legit. Matth.26. Triſtis eſt aĩa mea vſq̃ ad mortẽ. Secũdo cũ ex charitate hõ debet ſuũ diligere.primũ ſicut ſeipſũ iminet ſapienti triſticia laudabilis de petõ primi ſic õ petõ ſuiipſi⁹. Vñ apls dicit.2.corin.12. Et lugeam multos ex eis q̃ peccauerũt. Sic igit reprobaṫ ſeculi triſticia q̃ mortẽ operaṫ: ꝓcedẽs ex amore ſeculi.ſed triſticia que eſt ſm deum vtpote ex diuina charitate ꝓcedens ſalutẽ operaṫ vt dicit.2 corin.7. Et talis fuit iſta triſticia. Secundo exaggerat eam ex'continuitate. Vnde ſubdit. Et continuus dolor. Non q̃ continuo actu doleret ſed ſm habitum. Jere.9. Aṫ ploẽ die ac nocte interfectos populi mei. Tertio exaggerat eaz ex ſui veritate.cũ dicit. Corde meo.non eñ erat ſupficialis: ſed in corde radicata. Treñ.1. Multi gemitus mei ⁊ cor meum tremens. ¶ Deinde cum dicit. Optabam eñ ⁊c. ponit ſignum dolozis dicens. Optabam eñ egoipſe qui tam feruens ſum in charitate x̃pi vt ſupra oſtẽſum eſt anathema eſſe a chriſto ꝓ fratribus meis. Vbi primo ſciẽdũ eſt q̃ anathema eſt grecũ ⁊ cõponiṫ ab ana qd̃ ẽ ſurſum ⁊ theſis qd̃ eſt poſitio.vt dicaṫ anathema quaſi ſurſum poſitum.qz ſcz cum capiebaṫ aliquid in preda qd̃ nolebant eſſe in vſu hominũ ſuſpendebant illud in templo. Et inoleuit vſq̃ adhuc vt ea que ſunt ſeparata ab hominũ communi vſu anathema vocarenṫ. Vnde Joſue.6.dicit. Sit ciuitas hec anathema ⁊ oĩa que in ea ſunt domino. Dicit ḡ. Optabam egoipſe anathema eſſe a chriſto.i.ſeparatus ab eo. Qd̃ quidẽ ſit dupliciter. Vno modo p̃ culpam p̃ quam aliquis a charitate chriſti ſeparaṫ: eius preceptũ non ſeruans. Jo.14. Si diligitis me mãdata mea ſeruate. Sicq̃ aplus nõ poterat optare eſſe anathema a chriſto ꝓ quacũq̃ cauſa vt ex ſupradictis in octauo capitulo patet. Eſt eñ hoc contra ordinẽ charitatis quo quis tenetur deum ſup omnia diligere ⁊ ſalutem ſuam pluſq̃ aliorum. Et ideo nõ dicit opto ſed optabã.ſ. tempore infiditatis. Sed ſm hoc nihil magnum dicit apoſtolus. quia tunc etiam ꝓpter ſe volebat eſſe ſeparatus a chriſto. Vnde ⁊ quedam gloſa exponit quod dicit triſticia magna eſt mihi:de triſticia qua volebat de preterito ſtatu peccati in quo a x̃po voluerat eſſe ſeparatus. Alio mõ põt aliq̃s eſſe ſeparatus a chriſto id eſt a fruitione x̃pi q̃ habeẽ in gloria Sic aũt ſeparari a x̃po volebat aplus ꝓ ſalute gentilium nedũ ꝓ conuerſione iudeorum. ſm illud phil.1. Desiderium habens diſſolui ⁊ cum x̃po eſſe:multo melius ꝓmanere in carne neceſſarium ꝓpter vos. Et hoc modo dicebat. Optabam ſcz ſi fieri poſſet anathema eſſe id eſt ſeparatus a gloria vel ſimpliciter vel ad tempus ꝓpter bonorem x̃pi qui eſt ex conuerſione iudeorum. ſm illud ꝓuer. 14. In multitudine populi dignitas regis. Vnde Chryſoſtomus in libro de compunctione cordis. Ita totam eiꝰ mentẽ deuicit amor:vt etiã eo qd̃ ꝑ ceteris omnib⁹ amabilius erat eſſe cũ x̃po. rurſum idipſum qz ita placeret x̃po contemneret.ſz celozum regna qd̃ videbaṫ labor eſſe remuneratio ꝓ x̃po nihilominus cedere pateret. Et cauſaz tanti affectus oſtendit ſubdens. Pro fratrib⁹ meis. Vnde Ecc.25. dicit q̃ tria ſunt ꝓbata coram deo ⁊ hominibus :cõcordia fratrũ. Et ne hoc intelligeret de his q̃ erãt ſpũaliter in x̃po fres ſm illd Matth.23. Omnes vos fratres eſtis ſubiũgit. Qui ſũt cognati mei ſm carnẽ.2.cor. 11. Semẽ abrae ſunt ⁊ ego. ¶ Deinde cũ dicit. Qui ſunt iſraelite.oſtẽdit dignitatem iudeo x̃vt eius triſticia videreṫ eẽ ratiõabilis ꝓpt̃ pristinã dignitatẽ populi peũtis. ꝓpenſius eñ eſt malũ:dignitatem perdidiſſe q̃ nũq̃ habuiſſe vt dicit gloſa. Et non ſolum ex affectu carnali ꝓcedẽs Oſtendit autem eorum dignitatẽ tripliciter. Primo q̃dem quantũ ad ſuam gentem cum dicit. Qui ſunt iſraelite id eſt a genere Jacob deſcendentes. qui eſt dictus iſrael Geñ.32. et 2.corin.11. Iſraelite ſunt ⁊ ego. Et hoc ad dignitatem ptinet. Dicit eñ deut.4. Non eſt alia natio tam grandis ⁊c. Secundo oſtendit dignitatẽ illius gentis ex dei beneficijs:inter que primo ponit ſpũalia beneficia:quorum vnum reſpicit ꝓſens. Et quantũ ad hoc dicit. Quoꝝ eſt adoptio filiorum dei. Vnde dicit Exo.4. Primogenit⁹ meus iſrael. Et hoc q̃dez dicit ḡ ad ſpirituales viros qui fuerũt in illo populo. Quantũ ad carnales vero ſupra.8. innuit q̃ acceperunt ſpiritum ſeruitutis in timore. Aliud vero beneficium ponit qd̃ reſpicit futurum cum dicit. Et glozia.ſ. filiorũ dei eis repromiſſa.

In cuius ſignum legitur Exo.vltimo. q̃ gloria domini impleuit tabernaculum. Deinde ponit alia beneficia figuralia quoꝝ tria ſunt figura preſentis ſpiritualis beneficij. Et horum primum eſt teſtamentũ id eſt pactum circũciſionis abrae datum. vt dicit Geñ.17. Quãnis hoc poſſit referri ad teſtamentum nouũ quod primo iudeis eſt ꝑdicatum. Vnde ⁊ dominus dicebat Matth.15. Non ſum miſſus niſi ad oues que perierũt domus iſrael. Et Je.31. dicit. Feriam domui iſrael fedus nouum. Secundus eſt lex data moyſi. Vnde ⁊ ſubdit. Legiſlatio. Ecc.24. Legem mandauit nobis moyſes. Tertium eſt cultus diuin⁹ cum dicit. Et obſequiũ. quo ſcz deo ſeruiebant:omnibus aliꝭ gentib⁹ fuiẽtib⁹ ydolis. Ysa.44. Et nũc ſerue me⁹ Jacob rectiſſime quẽ elegi. Deinde ponit id qd̃ ptinet ad futuram gloziam cum dicit. Et promiſſa. Promiſſiones enim implete in veteri teſtamento per x̃pm:iudeis preciꝑue facte videnṫ. Unde dicit infra.15. Dico ieſus chriſtũ miniſtrum fuiſſe circumciſionis ad confirmandas. ⁊c. Fuerunt autem eis multe promiſſiones facte de bonis terrenis vt patet Leui.26.et deut.28. Sed p illa temporalia bona ſpũalia figuranṫ. Tertio aũt deſcribit dignitatez iudeorum ex origine cum dicit. Quorum patres:qz ſcz ſm carnem ſunt ,pgeniti ab illis patribus qui fuerunt maxime deo accepti. deut.4. Dilexi patres tuos ⁊ elegi ſemẽ eorum. Oſee.9. Quaſi prima poma ficulnee eius vidi patres eorum. Quarto oſtendit dignitatẽ eorũ ex prole cũ dicit. Ex quibus ⁊ chriſtus eſt genitus ſm carnem. ſicut ipſe dicit Jo.4. Salus ex iudeis eſt. Et ne hoc parum videaṫ oſtendit chriſti dignitatez dicens: Qui eſt ſuper omnia deus benedictus in ſecula.amen.1.Jo.vltimo. Hic ẽ verus deus ⁊ vita eterna. In quibus verbis quattuor hereſes deſtruunṫ. Primo quidez manichei q̃ dicebat chriſtum habuiſſe corpus fantaſticũ ⁊ non verum ꝓ hoc qd̃ dicit ſm carnem. Habet enim veram carnez ſm illud Luc. vltimo. Spiritus carnez ⁊ oſſa non habet :ſicut me videtis habere. Secundo hereſis Valentini qui dixit x̃pm nõ de maſſa humani generis ſz de celo corpus attuliſſe. Qd̃ quidez excludit in hoc q̃ dicit chriſtum ex iudeis ſm carnem eſſe ſm illud Matth.1. Liber generationis ieſu x̃pi filij dauid. Tertio hereſis Neſtorij qui poſuit alium eſſe filium hominis alium dei. contra quẽ apoſtolus hic dicit. q̃ ille eſt ex patribus ſm carnem qui eſt deus ſup omnia. Quarto excludiṫ hereſis Arrij qui dicebat chriſtum eſſe minozẽ patre ⁊ q̃ eſt creatus ex nihilo. Contra quoꝝ primum dicit q̃ eſt ſup oĩa. Contra ſecm q̃ eſt benedict⁹ per omnia ſecula. Hoc eñ de ſolo deo dicendũ eſt q̃ eius bonitas duret in ſecula.

Lectio ſecunda.

On autem q̃ exciderit verbum dei: Non enim oĩes q̃ ex circumciſione ſunt iſrael:hi ſunt iſraelite:neq̃ qui ſemẽ ſunt abrae omnes filij. Sed in yſaac vocabitur tibi ſemen id eſt non qui filij carnis: hi filij dei.ſed qui filij ſunt promiſſionis eſtimantur in ſemen. Promiſſionis enim verbũ hoc eſt. Scõm hoc tẽp⁹ veniã. ⁊ erit ſare filio Non ſolum autem illa ſed ⁊ rebecca ex vno concubitu habens iſaac patris noſtri. Cum enim nondum nati fuiſſent aut aliquid boni egiſſent aut mali vt ſm electionem ꝓpoſitum dei maneret:non ex operibus ſed ex vocante dictum eſt ei quia maior ſeruiet minori:ſicut ſcriptuz eſt Jacob dilexi: Eſau autẽ odio habui.

Poſtq̃ apoſtolus poſuit dignitatem iudeorũ. nunc oſtendit q̃ iſta dignitas non ptinet ad eos qui carnaliter proceſſerunt ab antiquis patribus.ſed ad ſpirituale ſemẽ qd̃ eſt a deo electum. Et primo oſtendit q̃ huiuſmodi dignitas,pueniat ex electione diuina. Secundo oſtenditq̃ hec electio communiter pertinet ad iudeos ⁊ ad gentiles ibi. Quos etiam vocauit non ſolum ⁊c. Circa primũ duo facit. primo oſtendit quomodo ex electione diuina homies ſpiritualẽ dignitatez conſequunṫ. ſecundo mouet queſtionem de iuſticia diuie electionis ibi. Quid ergo dicem⁹? Circa primũ duo facit. primo ꝓponit quod intendit. ſecũdo oſtendit ꝓpoſitum ibi. Sed in iſaac ⁊c. Circa primum duo facit. primo ponit firmitatem diuine electionis. ſecũdo oſtendit in quibus impleaṫ ibi. Non enim omnes ⁊c. Dicit ergo primo. Ita dictũ eſt q̃ eorum ſunt ꝓmiſſa ⁊ adoptio filiorum ⁊ gloria,p quorum caſu eſt mihi magna triſticia ⁊ cõtinuus dolor. Non aũt ẽ hoc ſic intelligendũ q̃ verbum dei exciderit id eſt fruſtratus ſit quia ⁊ ſi nõ habet locum in quibuſdã qui exciderũt habet locũ in alijs. Ysa.55. Verbum qd̃ egreditur ex ore meo non reuertetur ad me vacuum ⁊c. pẽ. Inueternum domine pmanet verbũ tuum. ¶ Deinde cum dicit. Non eñ ⁊c. oſtendit quomõ ⁊ in quibus verbũ dei exciderit. Circa qd̃ conſiderandum eſt q̃ iudei de duobus precipue gloziabanṫ. videlicet de abraam qui primo accepit pactum circumciſionis a dño vt dicit geñ.17. Et de Jacob ſiue iſrael cui⁹ tota poſteritas in populo dei cõnumerabaṫ. Non aũt ita fuit de Ysaac: Nã poſteritas filij eius eſau ad populũ dei non ptinebat. Unde aplus oſtendit ꝓpoſitũ. Primo quidẽ ꝓ comparationẽ ad iacob dicẽs. Non eñ oĩes q̃ ſunt ex iſraet id ẽ ex iacob ſm carnẽ,pgeniti hi ſunt vere iſraelite:ad q̃s ptinent dei ꝓmiſſa. ſed illi q̃ ſunt recti ⁊ videntes deum ꝓ fidem Ysa.44. Rectiſſime quẽ elegi. Unde ⁊ dñs dicit Marbanseli Jo.1. Ecce verus iſraelita in quo dolus non eſt. Hoc aũt nomẽ iſrael impoſitũ fuit iacob ab angelo vt patet geñ.32. Secũdo oſtendit idem ,ppter cõparationẽ ad abraam dicens. Neq̃ oĩes q̃ ſũt carnale ſemen abrae ſunt ſpũales abrae filij quib⁹ deus benedictionẽ repromiſit :ſz ſolum illi q̃ eius fidẽ ⁊ opera imitanṫ Jo.8. Si filij abrae eſtis opa abrae facite. ¶ Deiñ cũ dicit. Sz in iſaac ⁊c. manifeſtat ꝓpoſitũ ⁊ ꝓmo quantũ ad abraaz.ſcõo q̃tũ ad iacob ibi. Nõ ſolũ aũt illa ⁊c. Circa primũ tria facit. Primo ꝓponit auctoritatẽ ſcẽpture dicẽs. Sz in iſaac vocabiṫ tibi ſemen. Hoc dñs dixit abrae vt habeẽ geñ.21. vbi agebaṫ de expulſione yſmaelis. Quaſi dicat. Non oẽs q̃ nati ſunt carnaliter ab abraã ptinent ad illud ſemẽ cui facta ẽ repmiſſio ſm illd Gal.3. Abrae dicte ſunt repromiſſiones ⁊ ſemini eius. ſed illi q̃ ſunt filꝭ iſaac. ¶ Deinde cũ dicit. Id ẽ nõ q̃ filij ⁊c. Exponit auctoritatẽ inductaz ſm q̃ facit ad ꝓpoſitũ. Ad cuius euidentiã accipiẽdũ eſt qd̃ aplus dicit Gal.4. Abraã duos filios habuit:vnũ de ancilla ⁊ aliũ de libera. ſz q̃ de ancilla ſcz yſmael ſm carnẽ natus eſt qz ſcz ſm legẽ ⁊ cõſuetudinẽ carnis ex iuuẽcula nat⁹ eſt:q̃ aũt ex libera ſcz iſaac p repromiſſionẽ et nõ ſm carnẽ.i.nõ ſm carnis legẽ ⁊ cõſuetudinẽ qz nat⁹ eſt ex ſterili ⁊ vetula vt habeẽ geñ.18. Quãuis ſit nat⁹ ſm carnẽ .i. ſm ſubſtãtiã carnis quã accepit a parentib⁹. Ex q̃ apoſtolus hic accipit q̃ illi nõ adoptanṫ in filios' dei q̃ ſunt filij carnis.i.ex hocipo q̃ ſm carnẽ ,pgeniti ſũt ab abraã ſz illi eſtimãṫ in ſemine q̃bus facta eſt repromiſſio q̃ ſunt filij ꝓmiſſiõis.i. illi q̃ ex gr̃a ,pmiſſionis diuine facti ſunt filij abrae:ſm imitationem fidei:ſm illud Matth.3. Potẽs

est deus de lapidib⁹ bis suscitare filios abrae. Sicut etiã ysmael ſm carnem natus: non est computatus in semine: sed isaac per repromissionem natus. Tertio ibi. Ex repromissionis enim ⁊c. probat conuenientem fuisse suam expositionem qua per isaac significari dixit eos qui sunt filij promissionis quia scilicet isaac per promissionem natus est. Unde dicit. Promissionis enim. hoc verbũ est quod angelus immo dominus in angelo dixit ad abraam Gen. 18. Scom hoc tempus veniam quo significatur tempus gratie. Gal. 4. Cum venit plenitudo temporis misit filiũ suum. Et erit sare filius. s. p gratiã repromissionis. Unde ⁊ Gal. 4. dicit. Ut adoptionez filioꝝ reciperem⁹. ¶ Deinde cũ dicit. Nõ solũ aũt illa ⁊c. manifestat ꝓpositũ ꝗtũ ad iacob. Et ꝑmo ponit qõ intẽdit. scdo manifestat ꝓpositũ ibi. Cũ eñ nondũ nati ⁊c. Dicit ergo primo. Non solum illa. s. sara habuit filiũ de quo facta est ꝓmissio. sed ⁊ rebecca habens in vtero duos filios quoꝝ vnus ꝓtinebat ad ꝓmissionẽ alius ad carnẽ solum: ⁊ hoc ex vno concubitu ysaac patris nostri. Dicit eñ gen. 25. q isaac rogauit ꝑ vxore sua eo q sterilis esset ⁊ dedit ds conceptũ rebecce ⁊ collidebanẽ in ventre eius paruuli. Et est notandum q hoc aplus inducit contra iudeos qui reputabant se dei gratiã adepturos ꝓpter merita pr̃m contra qs dicit de viris iustis Ezech. 14. Si filium ⁊ filiam non liberabunt sed ipsi in iusticia sua liberabunt. Unde ⁊ Johãnes Iudeis dicebat. Matth. 3. Ne ceperitis dicere patrem habemus abraam ⁊c. Contra horum opinionez ergo primo indurerat q de filijs abrae vnus erat electus ⁊ alius reꝓbatus. Possent autẽ hoc ascribere vel diuersitati matruz quia ysmael natus est de ancilla ⁊ isaac de libera: vel diuersitati meritorum patris quia ysmaelem genuit incircumcisus. isaac autem circumcisus. Ut igit omne subterfugium excludat inducit exempla vbi vnus eligit ⁊ alius reꝓbat eorum qui non solum ab vno patre sed etiam ab vna matre sunt geniti ⁊ eodem tempore immo ex vno cõcubitu. ¶ Deinde cum dicit. Cum nondum ⁊c. ostendit propositum ⁊ primo ꝑ auctoritatem Gen. 2. Per auctoritatem proꝓhe. ibi. Sicut scriptuz est ⁊c. Circa primũ tria facit. Primo designat tempus ꝓmissionis ⁊ dicit q ꝑ repmissionem est vnus filiorum rebecce alij ꝓlatus cum nõdum nati fuissent. Et sicut per superiora excluſit opinionem iudeorum de meritis patris confidentium. ita etiam per hoc excludit errorem manicheorum qui diuersitatem eorum que hominibus accidunt natiuitati assꝛibunt. vt scz vniuscuiusq; vita ⁊ mors disponat ſm constellationez sub qua natus est. contra quod dicitur Jere. 10. A signis celi nolite metuere que gentes timent. Subdit aũt. Aut aliquid egissent boni aut mali vbi excludit error pelagianoꝝ qui dicunt ſm merita precedentia gratiam dari: cũ tamen scriptum sit Tit. 3. Non ex operibus iusticie que fecimus nos sed scom suaz misericordiã nos saluos fecit. Utrumq; autem horum ostenditur falsum: per hoc q ante natiuitatẽ ⁊ ante opera vnus filiorum rebecce alteri est ꝓlatus. Excluditur ꝑ hoc etiã error origenis q posuit aĩas hominũ simul cum angelis esse creatas ⁊ ꝑ meritis eorum que ibi egerunt bene vel male diuersitatem vite sortiuntur. ſm quẽ non posset esse verum quod hic dicit cuz nondum aliquid mali vel boni egissent. Contra hoc autẽ est quod dicit Job. 38. Ubi eras cum me laudarent astra matutina ⁊ iubilarent omnes filij dei? Possent enim scom Origenis errorem respondere. Eram inter ipsos dei filios iubilantes. Secũdo ostendit quid accipi posset ex ipsa promissione quia vnus geminozum in vtero existentium alteri est prelatus dicens. Ut propositum dei scz volentis vnum pre alio magnificare: maneret id est firmum esset et hoc non ſm merita sed ſm electionem, id est inquantum ipse deus spontanea voluntate vnum alteri preelegit. nõ quia sanctus erat sed vt sanctus esset. scom illud Eph. 1. Elegit nos in ipso ante mundi constitutionez vt essemus sancti. Hoc autem est propositũ predestinationis de quo ibidem dicitur Predestinati scom propositum voluntatis eius. Tertio ponit promissionẽ dicens. Non ex operibus que nulla precesserunt vt dictum est: sed ex vocante id est ex ipsa gratia vocantis de quo supra dictũ est. Quos predestinauit dos ⁊ vocauit. dictum est et scilicet rebeccẽ quia maior scz esau seruiet minori scz iacob. Quod quidem tripliciter põt intelligi. Uno mõ scom eoruz personas. ⁊ sic intelligitur esau seruisse iacob. non directe sed occasionaliter inquantum perfecutio quam ei intulit in eius bonuz cessit ſm illud prouer. 11. Qui stultus est seruiet sapienti Secundo potest referri ad populos ex vtroq; progenitos quia idumei aliquando fuerũt subiecti israelitis ſm illud ps. In idumeam extendã calciamentũ meum. Et hoc videtur competere bis que premittuntur in gen. Premittuntur enim duo populi ex ventre tuo duum populus populum superabit ⁊ maior minori seruiet. Tertio potest intelligi figuraliter dictum vt per maiozem intelligat populus iudeozum qui primo adoptionem filiationis accepit. scom illud Exo. 4. Primogenitus meus israel. Per minozem autez figuratur populus gentilium qui posterius est ad fidem vocatus. qui etiam figuratur per filium prodigum Luc. 15. Maioz ergo populus seruiet minori inquantum iudei sunt nostri capsarij custodientes libros ex quibus nostre fidei testimonia perhibetur Job. 5. Scrutamini scripturas. ¶ Deinde cum dicit. Sicut scriptum est ⁊c. probat propositum ex auctoritate prophete dicẽs: Sicut scriptum est scz primo Malach. prophete ex persona dei dicentis. Jacob dilexi: esau autem odio habui. Dicit aũt hic quedã glo. q id qđ supra dictũ est maior seruiet minori: dctũ ẽ ſm pscientiã. qđ aũt hic dicit ẽ intelligẽdũ scom iudicium. quia scz deus propter bona opera dilexit iacob sicut ⁊ omnes sanctos diligit. prouer. 8. Ego diligẽtes me diligo. Esau vero odio habui propter peccata sicut scriptum est Eccl. 12. Altissimus odio peccatores habet. Sed qz dilectio hominis preuenitur a dilectiõe dei scom illud infra. 10. Non quasi nos dilexerimus deum: sed quoniam ipse prior dilexit nos: oportet dicere q ante iacob dilectus sit a deo q̃ ipse deuz dilexerit. Nec potest dici. q deus ex tempore eum diligere inceperit: Alioquin eius affectus esset mutabilis. Et ideo oporteat dicere q deus ab eterno iacob dilexit vt dicit Jere. 31. In charitate ꝑpetua dilexi te. Est aũt in his verbis aplı cõsideranduꝫ q tria ponit in deo pertinentia ad sanctos. videlicet electionem per quam intelligitur predestinatio et electio dei que quidem realiter sunt idem in deo sed differunt ratione. Nam ipsa dei dilectio dicitur scom q vult bonum alicui absolute. Electio autez dicitur scom q per bonum qđ alicui vult euz alteri prefert. predestinatio aũt est scom q hominẽ dirigit in id bonum quod ei vult: diligendo et eligendo. ⁊ ideo scom rationem predestinatio sequitur dilectionem sicut et voluntas de fine naturaliter precedit directionem aliquorum in finem. Electio autem ⁊ dilectio aliter ordinantur in deo et in homine. In homine enim electio precedit dilectionem. voluntas enim hominis mouetur ad amandum ex bono quod in re amata considerat ratione cuius ipsam preelegit alteri et preelecte suũ amorem impendit. Sed voluntas dei est causa omnis boni: quod est in creatura. et ideo bonũ per quod vna creatura prefertur alteri per modum electionis consequitur voluntatem dei que est de bono illius que pertinent ad rationẽ dilectionis. Unde non propter aliquod bonum quod in homine eligat deus eum diligit. sed potius eo q ipsum diligit prefert eum alijs eligendo. Sicut autem dilectio de qua hic loquitur ꝓtinet ad eternam dei predestinatinez: ita e tiaz odium de quo hic loq̃tur ꝓtinet ad reꝓbationẽ qua deus reꝓbat peccatores. Nec est dicẽdũ q ista reꝓbatio sit temporalis. quianihil tẽporale est in voluntate diuina ꝛ est ab eterno. que quidem quãtũ ad aliqd coniunit cũ dilectiõe vel p̃destinatiõe. ꝗtũ aũt ad aliqd differt Conuenit quidem ꝗtũ ad hoc q sicut predestinatio est ꝓpatio gloie ita reꝓbatio est ꝓparatio pene. esa. 30. Ꝑparata est ab heri thophet a rege ꝓparata. Differt autem quantũ ad hoc q predestinatio importat ꝓpatio nem meritoruz quibus puenitur ad gloriã. sed reꝓbatio importat ꝓpationẽ peccatorũ ꝗbus puenitur ad penã. Et ideo prescientia meritorũ non potest esse aliqua ratio predestinationis. qz merita prescita cadũt sub predestinatione. sed prescitia peccatorũ potest esse aliqua ratio reꝓbationis ex pte pene que ꝓpatur reꝓbatis inquãtuz scz deus ꝓponit se puniturũ malos ꝓpter peccata que a seipsis habent non a deo. Justos aũt ꝓponit se premiaturum ꝓpter merita que a seipsis nõ habẽt. Osee. 13. Perditio tua israel. tantum ex me auxilium tuum.

Lectio tertia.

Quid ergo dicemus Nunquid iniq̃tas apud deum: Absit. Moysi enim dicit. Misereboꝛ cui misertus suꝫ et miſericordiam preſtabo cui misereboꝛ. Igitur non volentis neq; currentis: ſed miſerẽtis eſt dei. Dicit enim ſcriptura pharaoni: Quia in hocipſum excitaui te vt oſtendam in te virtutem meam. et vt annuncietur nomen meũ in vniuerſa terra. Ergo cuꝫ vult miſeretur: et quem vult indurat.

Postq̃ premisit aplus q scom dei electionem vnus alteri ꝓfertur non ex operibus sed ex gra vocantis: hic inquirit de iusticia huius electionis. Et primo ꝓponit dubitationẽ. scdo soluit ibi. Absit. Moysi ⁊c. tertio obijcit contra solutionem ibi. Dicis itaq; mihi quid ad hec ⁊c. Dicit ergo primo. Dictuz est q deus sine merito precedente vnum eligit et alterũ reꝓbat. Quid ergo dicemus: Nũ quid per hoc ꝓbari potest q sit iniquitas apud deum. videtur q sic. Pertinet enim ad iusticiam in distributionibus vt eq̃liter equalibus distribuatur. hoc autez remota differentia meritorum sunt equales Si ergo absq; consideratione meritorum deus inequaliter distribuit vnum eligens et alium reꝓbans. videt q sit in eo iniquitas qđ est contra illud qđ dicitur deutro. 32° Deus fidelis et absq; vlla iniquitate. pſ. Justus es dñe et rectũ iudicium tuũ. Est autem sciendũ q origenes hanc obiectionem soluere volens incidit in errorẽ. Ponit enim in suo ꝓarchon deum ab initio soluz creaturas spũales fecisse. et omnes equales ne ex eozum inequalitate posset scom rationẽ predictã iniqtas deo ascribi. sz postea creaturarũ diuersitas subsecuta est ex diuersitate meritorũ. Nã illarum creaturarũ spũalium quedã per amorez cõuerse sunt ad deum plus vel minus et scom hoc distincti sunt ordines angelorum. quedam vero auerse sunt a deo plus vel minus et scom hoc alligate sunt corporib⁹ vel nobilibus vel ignobilibus. quedam quidẽ celestibus corporibus. q̃dam autem corporibus demonũ. quedã autẽ corporibus hominum. et scom hoc ratio cõdendi et distinguẽdi creaturas corporeas est peccatum spũalis creature qđ est cõtra id qđ gen. 1° dicitur Vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. per qđ datur intelligi q causa ꝓducẽdi creaturas corporales est bonitas vt dicit aug. 11° de ciuitate dei. Et ideo hac opinione reiecta. videndum est q̃liter apostolus dubitationẽ soluat cum dicit. Absit. Moysi enim dicit ⁊c. Et circa hoc duo facit. primo soluit obiectionem predictam quantum ad dilectionem sanctoruz scdo quantum ad odium seu reꝓbationem malorum ibi. Dicit enim scriptura ⁊c. Circa primum duo facit. primo ꝓponit auctoritatẽ scripture: ex qua ꝓcedit solutio. scdo ex ea conclusionem inducit ibi. Igitur nõ volẽtis ⁊c. Inducit autem auctoritatem que habetur exo. 33° vbi dixit dñs moysi scom litteram nostram. Miserebor cui voluero et clemẽs ero in quẽ mihi placuero. sed aplus inducit eam scom litteram. lxx. vicens. Moysi enim dixit dñs. Misereboꝛ cui misereoꝛ et misericordiam ꝓstabo cui misereboꝛ. vbi scom superficiem littere oĩa bona nostra dei misericordie ascribuntur scom illud Esa. 63° Miserationum dñi recordaboꝛ: laudem dñi sup oĩbus que reddidit nobis. Et Dren. 3° Misericordie domini q non sumus consumpti. multe enim sunt miserationes eius. Exponit autẽ hec auctoritas in glo. dupliciter. et scom hoc ex auctoritate hac dupliciter soluitur questio et obiectio. Uno modo sic. Misereboꝛ cui misereoꝛ id est illi qui est dignꝰ misericordia. et ad maiozem expressionem iterat dicens. Misericordiam ꝓstabo cui misereoꝛ. id est cui dignum iudico misereri. sicut et in. ps. dicitur. Misertus est dñs timentibus se. Et scom hoc licet misericorditer sua impẽdat tamen ab iniusticia excusatur. quia dat quibus dandum est et quia non dat cui dandum non est scom rectitudinem sui iudicij. Sed misereri cui dignum est potest intelligi dupliciter. Uno modo vt intelligatur aliquis dignus misericordia. ꝓpter opera preexistentia in hac vita licet nõ in alia vt posuit origenes qõ pertinet ad heresim pelagianoꝝ qui posuerunt gratiam dei hominibus secundũ merita dari. Sed hoc stare non potest quia sicut supra dictum est ipsa etiam bona merita sunt homini a deo et sunt predestinationis effectus. Alio modo potest intelligi vt aliquis dicatur dignus misericordia. non ꝓpter aliqua merita precedentia gratiam sed ꝓpter merita subsequentia. puta vt dicamus q deus dat alicui gratiam ⁊ ꝓposuit eam ab eterno illi se daturum quem prescinit ea bene fore vsurum. Et scom hoc intelligit glo. q misereꝛ tur cui misereꝛnduz est. Unde dicit. Misereboꝛ cui misertus ero id est illi misereboꝛ vocando: et gratiã apponẽdo cui prescius ero q misericordiã daturus essez sciens illã conuertendum et apud me ꝓmansurũ. Sed videt q nec hoc conuenienter dici possit. Manifestum est eñ q nihil potest poni vt ratio predestinatiõis qõ est predestinationis effectus etiam si acciꝑatur ꝑ vt ẽ in dei prescitia. qz ratõ p̃destinationis ꝓintelligitur p̃destinationi. effectus autem in ipsa includitur. Manifestum est aũt q oĩe dei beneficiũ qõ hoĩni cõfert ad salutẽ est diuine p̃destinationis effectus. diuinũ aũt beneficiũ non solũ extendit se ad infusionẽ gre qua homo iustificatur sed etiã ad gre vsum sicut etiam in rebus naturalibus non solum causat ipsas formas in rebus sed etiã ipos motus et operationes formarum eo q deus est ꝓncipium oĩs motus cui⁹ operatione cessante a'mouendo ex formis nullus motus vel operatio seq̃tur. Sicut aũt se habet habit⁹ gre vl virtus in aĩa ad vsuz ipius: sic se habet forma naturalis ad suã operationẽ Et ideo dicitur Esa. 26. Omia opera nostra operatus es in nobis dñe. Probat autem hoc speciali ratione arestoriles de operibus voluntatis humane. Cum enim homo habeat potẽtiã ad oppoſita. puta ad sedẽdũ vl nõ sedẽdũ oportet q reducat in actũ ꝑ aliq̃d aliud. Reducit autem

in actum alterius bozli per consliū ex quo vnū oppositoz ꝓeligit alteri. Sed cū itez hō habz potestā cōsiliādi vl nō ꝓsiliandi oportebit eē aliqd ꝙ qō reducat in actū ꝓsilij Et cum in hoc non sit ꝓcedere in infinitū: oportet esse aliquod principium extrinsecū superius homine qō ipm moueat ad consiliandum. et hoc non est aliud ꝙ deus. Sic igitur ipe vsus gratie est a deo nec ꝓpter hoc supfluit habitus gratie sicut nec supfluūt forme naturales ꝙuis deꝰ in omnibus operetur quia sicut dicit. Sap. 8. Ipse disposit omnia suauiter. qz scz per suas formas oia inclinanē quasi spōte in id ad qō ordinantur a deo. Sic igitur nō potest esse ꝙ merita consequētia gratiam sint ratio miserēdi aut predestinandi. sed sola dei voluntas scōm quam misericorditer aliquos liberat. Manifestū est em ꝙ iustitia distributiua locum habet in his que pantur ex debito. puta si aliqui meruerūt mercedem vt plus laborantibus maioz merces donetur. non autem habet locuz in his q spōte et misericorditer aliis dat. puta si aliōs duos paupes in via inueniens et det vni qō potest vel disponit in elimosnā dare: non est iniquus sed mīsericoz. Similiter si aliquis duobus eque ipm offendētibus vni dimittat offensam et non alteri: est mīsericoz vni et iustus ad alteruz neutri vero iniquꝰ. Cum em omnes homes ꝓpter peccatū ꝓmi parentis dānationi nascanē obnoxij quos dei persuam gratiam liberat. sola misericordia liberat et sic quibusdam est misericoz quos liberat. qbusdam autē iustus quos nō liberat. neutris aūt iniquus. Et ideo aplus questionē soluit ꝙ auctoritatem q̄ oia diuine mīsericordie ascribit. Sciendū est tamē ꝙ dei misericordia scōm tria attenditur. primo qdem scōm predestinationem qua ab eterno ꝓposuit aliquos liberare. pō. Misericordia eiꝰ ab eterno et ineternum. Secō secūdum vocationē et iustificationē qbus homines saluat ex tēpore. Tiᵏ. 3° Secūduz suā misericordiaz saluos nos fecit. Tertio magnificando ꝙ gloriaz quando liberat ab omni miseria. pō. Qui coronat te in misericordia et miserationibꝰ. Et ideo misereboz scz vocando et iustificando cui misereoz ꝓdestinādo et misericordiam ꝓstabo: finaliter glorificādo eum cui miseroz vocādo et iustificando. Et hic sensus magis cōcordat cum nostra lra que dicit Misereoz cui voluero et clemēs ero cui mihi placet. Vbi manifeste nō meritis sed soli diuine voluntati ascribitur diuina misericordia. ¶ Deinde cum dicit. Igitur non volentis ꝛc. concludit ꝓpositum ex premissa auctoritate. Et potest hec conclusio multiplr intelligi. Uno modo sic. Igitur ipa salus hoīs non est volētis neq; currentis id est nō debetur alicui ꝙ aliquā eius voluntatem vel exteriozem opationem: que dicitur cursus ſm illud. 1. cozi. 9. Sic currite vt cōprehendatis. Sed ē miserentis dei. i. ꝓcedit ex sola dei misericordia. vt maxie sequtur ex auctoritate inducta. deutro. 9. Ne dicas in corde tuo. propter iusticiam meā introduxit me dns vt terram hanc possideā. Potest autem ꝛ aliter intelligi vt sit sensus. Omnia ꝓcedunt ex dei misericordia. Igitur non est volentis scz velle neq; currentis scz currere. sed vtrūq; est miserentis dei. scōm illud. 1. cozi. 15. Non autē ego sed gra dei mecum. Et Jo. 15. Sine me nihil potestis facere. Sed si hoc solum in hoc verbo intellexisset aplus cū etiaz gra sine libero arbitrio hoīs nō velit neq; currat. potuisset ecōuerso dicere. non est miserentis dei sed volentis et currentis qō aures pie non ferunt. Unde plꝰ aliquid est ex his verbis intelligendū. vt scz principalitas gratie dei attribuatur. Semper eniz actio magis attribuit principali agenti ꝙ scōario. puta si dicamus ꝙ securis nō facit aream sed artifex ꝙ securim. voluntas aūt hoīs mouetur a deo ad bonum. Unde supra. 8. dictum est. Qui spiritu dei aguntur hij sunt filij dei. Et ideo hoīs operatio interioz non est homini principalis sed deo attribuenda. philꝰ. 2. Deus est qui operatur in vobis velle et perficere ꝓ bona voluntate. Sed si nō est volentis velle neq; currentis currere sed dei mouentis ad hoc hominem. videtur ꝙ homo nō sit dns sui actus qō pertinet ad libertatē arbitrij. Et ideo dicendū est ꝙ deus omnia mouet sed diuersi mode in ꝙtum scz vnūquodq; mouetur ab eo ſm modum nature sue. Et sic homo mouetur a deo ad volendū et currendum ꝓ modum libere voluntatis. Sic ergo velle et currere est hoīs vt libere. non aūt est hoīs vt principaliter mouentis sed dei. ¶ Deinde cū dicit. Dicit em scriptura ꝛc soluit questionem premissam ꝙtum ad reꝓbationem malozū. Et primo inducit auctoritatē. secō infert cōclusionē ibi: Ergo cui vult miseretur ꝛc. Dicit ergo Ira ostensum est ꝙ non est iniꝙtas apud deum ꝙtum ad hoc ꝙ ab eterno reꝓbat malos. Dicit em scriptura ex ore dei. exo. 9. Quia in hocipm excitaui te vel seruaui te ſm aliā Iraz vt ostendam in te virtutem meā vt annūcietur nomē meum in vniuersa terra. Ira autē Ira sic habet. Et idcirco posui te vt ostendam in te fortitudinē meam vt enarretur nomē meum in omni terra. Ubi primo considerandū est quid deus circa reꝓbos faciat. qō ostēdit dicēs. In hocipm quaui te id est dignus eras mori ꝓpter mala q̄ feceras. s. primo. Qui talia agunt digni sunt morte. Sed tamen non statum tibi mortē induxi. sed seruaui te in vita eo fine quo sequitur. vt scz ostendam ꝛc. Et in hoc etiā sensu potest legi qō dicitur. Excitaui te id est cū apud me ꝓ tuis meritis mortuus estes cōcessi tibi vitaz quasi te excitarem. In quo apparet ꝙ deus iniꝙtatē reꝓbis nō facit cum ipsi ex suis meritis essent digni statim cōsumi. scz hocipm ꝙ eos seruat in vita ꝓcedit ex nimia sua bonitate. Jere. 10. Corripe me vne: veritamē in iudicio. et nō in furore tuo. ne forte ad nihilum redigas me. Alio modo potest intelligi. excitaui te in potm vt deteriora fias. Qō quidem non est intelligendum hoc modo ꝙ deus i homine causet malitiaz. sed est intelligendum ꝓmissiue. quia scz ex iusto suo iudicio ꝓmittit aliquos ruere in peccatum ꝓpter precedentes iniquitates. sicut supra primo dictum est. Tradidit eos deus in reꝓbum sensum, Sed aliquid amplius videtur mihi in hoc esse intelligendum quia videlicet instinctu quodā interiori mouētur hoīes a deo ad bonuz et ad malum. Unde aug. dicit in libro de gra et libero arbitrio ꝙ deus opatur in cordibus hoīm ad inclinandas eorum volūtates quocūq; voluerit. siue ad bona ꝓ sua misericordia: siue ad mala ꝓ meritis cozū Unde et deꝰ dicitur sepiꝰ suscitare aliquos ad bonū ſm illud dāi. 13° Suscitauit deus spūm pueri iuniozis. Dicitur etiam suscitare aliōs ad malum faciendū. ſm illud Esa. 13. Suscitabo medos qui sagittis puulos iterficiāt aliter tamen ad bona. aliter ad mala. Nam ad bona inclinat hoīm volūtates directe ꝓ se: tanq̄ actor bonoꝝ. ad malū autem dicitur inclinare vel suscitare hoīes occasionaliter. in ꝙtum scz deus hoī aliqd ꝓponit vel interius vel exterius qō q̄tū est de se ē inductiuū ad bonum sz hō ꝓpter suam malitiam quersē vtit ad malum. supra scō. Ignoras qm benignitas dei ad penitētiā te adducit scōz autē duriciam tuā et cor impenitens thesaurizas tibi irā in die ire. Et Iob. 24° Dedit ei deus locum penitentie et ille abutitur eo in superbia. Et similiter deus quantū est de se interius instigat hominem ad bonum puta regē ad defendendū iura regni sui vel ad puniendū rebelles. Sed hoc instinctu bono malus homo abutit scōm malitiam cordis sui. Et hoc patet. esa. 10. vbi dicitur de assur Ad gentē fallacē mittam eū contra populuz furozis mei mandabo illi vt auferat spolia ꝛc. Et post. Ipe autē non sic arbitrabit et cor eius non ita estimabit. sed ad cōteren dum erit cor eius. Et hoc modo circa pharaonem accidit qui cum a deo excitaretur ad regni sui tutelam abusus ē hac excitatione in crudelitatem. ¶ 2° oportet ꝓsiderare quo fine deus ista partim faciat et ptim ꝓmittat. Est em considerandū ꝙ deus opatur in creaturis ad suam manifestationez scōm illud supra primo. Invisibilia dei per ea que facta sunt intellecta cōspiciunē. Unde ꝛ huiusmodi excitatio in hocipsum ordinatur et quantū ad pnes vt ostendā in te virtutē meā. exo. 14. Uiderūt filij Israel manū magnā quā exercuerat dns cōtra egyptios. Et ꝙtuz ad absentes vt ānuncietur nomen meū in vniuersa terra. pō. Annūciate inter gentes gloriaz eius. Sic igitur patz ꝙ quantū ad hoc non est iniꝙtas apud deuz qz vtitur creatura sua scōm eius merita ad gloriam suā. Et in hoc eodem sensu potest exponi si dicatur. Posui te id est ordinaui malitiā tuam ad gloriam meam. deus em malitiam ordinat sed nō causat. ¶ Deinde cuz dicit Ergo cui vult miseretur ꝛc. Infert conclusionem quādam ex vtraq; auctoritate supra inducta. Nam ex eo ꝙ dictum est misereboz cui misereoz concludit. Ergo cui vult miseretur. pō. Miꝙtus est dns timētibus se. Ex eo vero qō dictū ē. In hocipm excitaui te concludit. Et quē vult indurat. Esa. 63. Induraſti coz nostrum ne timeremus te. Ecc. 33. Ex ipsis benedixit et exaltauit. et ex ipsis maledixit et humiliauit. Et qdem qō dicitur de dei misericordia dubitationez non habet. suppositis his que premissa sunt. Sed circa indurationez videtur esse duplex dubitatio. Primo q̄dem qz duritia cordis ad culpam ptinere videtur. scōm illud Ecc. 3° Coz duruz male habebit in nouissimo. Si ergo deus indurat. sequitur ꝙ sit actor culpe. Cōtra qō dicitur. Ja. 1° Deus intemptator maloꝝ ē. Ad qō dicēdū ꝙ deus non dicitur indurare aliquos directe quasi in eis causet malitiā. sed indirecte. inquantū scz ex bis q̄ facit in hoīe intus vel extra homo sumit occasionem peccandi. ꝛ hoc ipse deus ꝓmittit. Unde non dicitur indurare ꝛ ſ intermittendo malitiaz sed non apponendo gratiā. Secūa dubitatio est quia ipsa obduratio nō videtur diuine voluntati posse ascribi cū scriptum sit. 1. Thes. 4. Hec est voluntas dei sanctificatio vestra Et. 1. thi. 2. Qui vult oēs homines saluos fieri. Ad qō dicendum est: ꝙ tam misericordia ꝙ iusticia dispositionem voluntatis importāt. Uñ sicut miseratio attribuitur diuine voluntati: ita et id qō ē iusticie. Sic ergo intelligendū est cui vult miseretur: scilicet per suam misericordiam et quez vult indurat ꝙ suā iusticiam. qz illi quos indurat hoc merentur vt indurent ab ipso. vt supra primo capitulo dictum est.

Lectio quarta.

Jcis itaq; mihi. Quid adhuc queritur. Voluntati enim eius quis resistit: O homo tu quis es: qui respō deas deo. Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit quid me feciſti sic: An nō habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem. aliud vero ī contumeliam Q; si deus volens ostendere iram et notam facere potentiam suam: sustinuit in multa patientia vasa ire apta in interituz vt ostenderet diuitias glorie sue in vasa misericordie q̄ preparauit in gloriam.

Posita solutione premisse questionis: hic apostolus contra ipsaz solutionē obicit et precipue contra vltimā conclusionem qua dictum est. Cuius vult misereꝛ: et quem vult indurat. primo ergo ponit obiectionem. secō solutionem ibi. O homo tu quis es ꝛc. Dicit ergo primo. dictū est ꝙ deus cuius vult miseretur et quē vult indurat. Dicis itaq; mihi. Quid adhuc queritur id est quid oportet vlterius querere de causa bonoꝝ ū et maloꝝ que hic agūtur. cum omnia voluntati diuine attribuantur q̄ est causa sufficiēs. eo ꝙ nullus potest ei resistere. Unde sequitur. Voluntati eius quis resistet? Ecc. 1. Proposui in animo meo querere et inuestigare sapienter de oibus que fiunt sub sole. Uel aliter. Quid adhuc queritur. id est cōqueritur deus de hoībus quādo peccāt. sicut. Esa. 1° Filios enutriui et exaltaui. ꝛc. Ideo autē videtur iustā querimoniam non habere quia ex voluntate eius totū ꝓcedit. cui nullus potest resistere Uñ subdit. Voluntati eius quis resistet? Uel aliter. Quid adhuc queritur scz ab homine vt faciat bonum vel malum. Mich. 6° Indicabo tibi o homo quid sit bonum et quid deus requirat a te ꝛc. Frustra autem requirit ab aliquo qō nō est in eius potestate. Nihil autem in hoīs potestate esse videtur scōm predicta q̄ bus omnia diuine voluntati videtur ascribi. cui resisti nō potest. Sequitur. Voluntati em eius quis resistet? Nam si diceret Nullus. Sester. 13° Non est q̄ tue possit resistere volūtati. Et hec videt esse intētio aplī. Deinde cū dicit. O homo tu quis es ꝛc. tūdet tacite questionē. Ad cuius responsionis intellectum cōsiderandū est: ꝙ circa electionē bonoꝝ et reꝓbationem maloꝝ duplex questio potest moueri. Un a quidez in generali quare deus velit quosdam indurare et quozūdaz misereri. Alia vero in speciali quare velit huius misereri et hunc vel illū indurare. Et potest quidem ratio huius questionis assignari. secūde aūt questionis non potest assignari ratio nisi simplex dei voluntas. cuius exemplū patet in rebus hūanis. Si enim aliquis edificare volens haberet multos lapides similes et eqles cōgregatos posset ratio assignari quare qdam ponat in summo et quosdā in ymo ex parte finis. qz ad ꝓfectionem domus quam fabrice intendit reqritur ꝛ fundamentum qō habet lapides in ymo. et cacumen parietis qō habet lapides in summo. Sed quare ponat hos lapides in summo et hos in ymo non habet aliquam rationem nisi q: artifex voluit. Primo igitur aplus rūdet dubitationi ꝙtum ad questionem scōam quare scz quare huius hoīs misereat ꝛ illū induret. secō quātū ad questionem primam. quare scz qbusdam misereatur et quosdam induret ibi. Qō si volēs deus ꝛc. Circa primū tria facit. prio arguit presumptionē q̄ ētis. secō ducit auctoritatem que questionem soluit ibi. Nūquid dicit figmentum ꝛc. tertio exponit auctoritatem ibi. An nō habet potestatem ꝛc. Dicit ergo primo. O homo qui es fragilis ꝛ ignoraīs tu quis es respōdes deo vnde sufficis ad respondendum ei si voluerit tecū iudicio cōtendere. Job 9° Si voluerit cōtendere iudicio cum illo non poterit ei respondere vnum ꝓ mille. Et sicut dicitur Job. 39 Qui arguit deuz debet ei rūdere In quo datur intellgi ꝙ homo non debet scrutari rationem diuinoꝝ iudicioū cum intentione apprehendēdi eo ꝙ excedant rationez humanā. Ecc. 3° Altiora te ne quesieris. Prouer. 25° Perscrutator maiestatis opprimetur a gloria. ¶ Deinde cum dicit. Nūquid dicit figmentū ꝛc. inducit auctoritatē: que habetur Esa. 45. Nunqd dicit lutū figulo suo. Quid facis ꝛ opus tuum sine manibus. Ubi considerandū est ꝙ si aliqs artifex ex materia vili faciat vas pulchrum et nobilibus actis bꝰ acomodatū totū ascribit artifici. puta si ex luto faciat scutellas ꝛ vrceos ad nobilē mēsaz decētes Si vo ex vili materia puta ex luto faciat vas accomodatū vilibꝰ vsibꝰ puta coqne vl huiꝰmodi officijs nō posset vas cōgri si rationē haberet posset eiū cōgri si ex materia ꝑciosa q̄

ꝑiacet artificis opationi puta ex auro ꝛ lapidibus ꝑciosis faceret vas ad vilia officia deputatū. ℳuana autē natura vilitatem habet ex sua materia qz vt dicitur gen. 2° Fecit deus hoiem de limo terre:ſz maiozē vilitatem habet ex corruptiōe peꝛi q̄ ꝑ vnū hominē in hūc mūdū intrauit. Et ideo hō luto merito cōparatur. Job 30. Cōparat⁹ ſuꝫ luto et assimilatus ſum fauille et cineri. Unde quicquid boni habet homo debet bonitati diuine q̄ſi pitie figuli aſcribere. Yſa. 64. ℳūc oñe pater noſter es tu: nos vero lutum et fictoꝛ noſter tu ꝛ opus manuū tuarum oēs nos. Si vero deus hoiem ad meliora ꝓmoneat ſed in ſua infirmitate eum dimittens deputat eum ad infimū vſuꝫ nullam ei facit iniuriam vt poſſit iuſte de deo cōqueri. ¶ Deinde cū dicit. An non habet poteſtatem ꝛc̄. Exponit apoſtolus verba ꝓpḥe. Quaſi dicat. Hoc eſt dictū Figmentum id eſt vas fictile non poſſet dicere fictoꝛi quid me feciſti ſic. quia figulus liberaꝫ poteſtatem habet ex materia luti opus facere qōcūq; ſibi placuerit. Unō dicit. An nō habet poteſtatem ſcz liberam figulus luti qui ſcz opatur i vili materia: ex eadez maſſa ſcz vilis materie facere abſq; alicuius iniuria aliud quidem vas in honoꝛē id eſt in honorabiles vſus. aliud vero in cōtumeliā id eſt in vſus viliores. 2. thi. 2. In magna eñ domo nō ſolum ſunt vaſa aurea et argentea: ſed etiam lignea et fictilia. et quedam quidem in honoꝛem quedā autē in contumeliam. Et ſimiliter deus liberam poteſtatem habet facere ex eadem coꝛrupta materia humani generis ſicut ex quodam luto nulli faciendo iniuriam quoſdam hoies ꝓparatos in gloriam: quoſdam autē in miſeria derelictos. Jere. 18. Sicut lutum in manu figuli. ita in manu mea vos domus iſrael ¶ Deinde cum dicit. Q; ſi volēs deus ꝛc̄ ſoluit primam queſtionem ſcz quare deus velit quibuſdā miſereri et q̄ſdam in miſeria derelinquere. ſiue quoſdā eligere ꝛ q̄ſdā reꝓbare. Circa qō conſideranduꝫ eſt q; finis omniū diuinoꝝ operū eſt manifeſtatio diuine bonitatis. ꝓuer. 16. Uniuerſa ꝓpter ſemetiꝑm opatus eſt dñs. Eñ ſupra ꝓmo dictum eſt q; inuiſibilia dei ꝑ ea que facta ſunt intellecta cōſpiciuntur. Tanta eſt aūt diuine bonitatis excellentia q; nō poteſt vno modo nec i vna creatura ſufficienter manifeſtari. Et ideo diuerſas creaturas cōdidit in quibus diuerſimode manifeſtatur. ℳ Accipe autē in creaturis rationalibus in quibus eius iuſticia manifeſtatur ꝯntum ad illos quos ꝑ eoꝝ meritis punit. miſericordia vero in illis quos ex ſua gratia liberat. Et ideo vt vtrumq; in hoibus manifeſtareꝫ: quoſdaꝫ miſericorditer liberauit ſed non oēs. primo ergo ponit rationē reꝓbationis malorū. ſcō ponit rationē electionis bonoꝝ ibi. Et oſtenderet diuitias ꝛc̄ Eſt aūt i vtriſq; triplex differētia attēdenda. prima q̄dem ſcōm finem. ſcda ſm vſum. tertia ſcōm diuiſum actum. Finis autem reꝓbationis vel obdurationis malorum eſt manifeſtatio diuine iuſticie et virtutis. Et quantum ad hoc dicit. q; id ē ſed ſi deus volens oſtendere iram ſuam id eſt iuſticiam vindicatiuā. Non eñ dicit ira in deo ſcōm affectus cōmotionē. ſed ſecundū effectus vindicte. ſupra primo Reuelatur ira dei ꝛc̄. Addit autē Et notam facere potentiam ſuaꝫ. quia deus cōtra malos non ſolum vtīt ira id eſt vindicta puniendo eos ſibi ſubiectos ſed etiam ſua potentia ſubijciendo ſibi. Phil. 3° Secundum operationem qua poteſt etiam ſibi ſubijcere omnia. exo. 14. Uiderūt egiptios moꝛtuos ſup litus maris et manum magnam quaꝫ exercuerat dñs contra eos. Uſus autem maloꝝ ad quē vtitur eis deus eſt ira id ē pena. Et ideo vocat eos vaſa ire id eſt iuſticie inſtrumēta. quibus deus vtīt ad oſtendendā iram id eſt iuſticiā vindicatiuaꝫ. Ephe. 2. Eramus natura filij ire. Actus vero quez deus erga eos exercet nō eſt q; diſponat eos ad malum quia ipſi de ſe habent diſpoſitionem ad malum ex coꝛruptione primi peccati. Unde dicit. Uaſa apta in interitum id eſt in ſe habentia aptitudinē ad eternaꝫ damnationem. Heñ. 6. Uidens deus q; multa malitia hominū eſſet in terra. et cuncta cogitatio humani cordis intenta eſſet ad malum omni tempoze. Hoc autem ſolū deus circa eos agit q; eos ꝓmittit agere que cōcupiſcunt. Unde ſignanter dicit. Suſtinuit. Et hoc eius patientiā demonſtrat q; non ſtatim vindictaꝫ infert. Unde addit. In multa patientia. Ecc. 5° Altiſſimus eſt patiēs redditor. Deinde ex parte bonoꝝ ſimiliter tria ponit. ℳ primo q̄dem finem cū dicit. Et oſtenderet diuitias glie ſue. Finis eñ electionis et miſerationis bonoꝝ eſt vt manifeſtaret in eis abundantiam bonitatis ſue reuocando eos a malo. et ad iuſticiam eos trahendo et finaliter eos ꝓducere in gloriam. Et hoc eſt qō dicit. Et oſtenderet diuitias glozie ſue. de quib⁹ diuitijs ſupra. 2° An diuitias bonitatis ei⁹ contemnis? Ephe. 2. Deus aūt qui diues eſt in miſericordia. Signanter autem dicit. Et oñderet diuitias glozie ſu e quia ipſa condēnatio et reꝓbatio malorū que eſt ſm dei iuſticiaꝫ manifeſtat et cōmendat ſanctoꝝ gloziam qui ab ipſa tali miſeria liberant. Scō deſcribit vſuꝫ eoꝝ cū dicit. In vaſa miſericordie. ℳoiſat aūt bonos vaſa miſericordie qz vtitur eis deus quaſi inſtrumētis ad ſuam miſericordiam manifeſtandā. Ecc. 44. Iſti ſunt viri miſericordie. Tertio ponit actū quem circa eos deus exercet. Nō eñ deus eos ſolum ſuſtinet q̄ſi de ſe aptos exiſtētes ad bonū ſed eos ꝓparat et diſponit vocando ad gloziam. Eñ dicit. Que pꝛecauit in gloziā. pſ. ℳpꝛeparās mōtes in virtute tua Eſt autē conſtructio defectiua et ſuſpenſiua vſq; hic. vt ſit ſenſus. Si deus volens hoc facere q̄buſdaꝫ miſeretur et quoſdam indurat quid contra hoc iuſte poterit dici? Quaſi dicat. Nihil. Non enim ſic quos vult induꝛat vt eos peccare cōpellat ſed ſuſtinet eos vt ſm ſuam inclinationem tendant in malum.

Lectio quinta.

Uos et vocauit non ſolum ex iudeis ſed etiam ex gētibus ſic in oſee dicit Uocabo nō plebem meā: plebez meam. et non dilectam. dilectam. et nō miſericordiam cōſecutam: miſericordiā cōſecutaz Et erit in loco vbi dictuz eſt eis: non plebs mea vos. ibi vocabuntur filij dei viui. Eſaias aūt clamat ꝓ iſrael Si fuerit numer⁹ filiozum iſrael tan q̄ arena maris reliquie ſalue fient. Uerbū em cōſumans et abbreuiās in equitate. quia verbum breuiatum faciet dñs ſup terram. Et ſicut prediꝛerat eſaias niſi dñs ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen. ſicut ſodoma facti eſſemus: et ſicut gomoꝛra ſimiles fuiſſemus Quid ergo dicemus? Q; gentes q̄ non ſectabantur iuſticiā apꝛehēderunt iuſticiam: iuſticiam aūt q̄ ex fide eſt: iſrael vero ſectando legē iuſticie in legē iuſticie non peruenit Quare? Quia non ex fide ꝙ quaſi ex opibus Offenderūt eñ in lapidē offenſionis: ſicut ſcriptū eſt Ecce pono in ſyon lapidem offenſionis et petrā ſcandali: et omnis qui credit in eū non cōfundetur.

ℳpoſtq; apoſtolus oſtēdit q; dei gratia datur hominib⁹ ex diuina electione per quā hoies ad gratiam vocantur hic oſtendit q; predicta electio ſiue vocatio nō ſolum ꝓtinet ad iudeos vt ipi poterāt gloziari ꝓpter hoc q̄d dicitur deu. 4. Dilexit pres tuos. Sed etiam ad gentes. ꝛ primo ꝓponit qō intendit. ſcdo ꝓbat ꝓpoſitū ibi. Sic ī oſee dicit ꝛc̄. Tertio ex dict⁹ ſequitur cōcluſionē ibi. Quid ergo dicem⁹ ꝛc̄. Dicit q̄ primo. dictū ē q; ſctōs ꝑparauit in gl̄ia. q̄s et vocauit ſcz ꝙ gl̄az ſuā non ſolū ex iudeis ſz etiā ex gentib⁹. ſ. 3° An iudeoꝝ de⁹ tm̄: ℳōne ꝛ gētiū. Sopho. 2° Adorabunt eum viri de loco ſuo oēs inſule gentiū. ¶ Deinde cū dicit. Sicut in oſee dicit ꝛc̄. ꝓbat ꝓpoſitū et primo quantū ad gentiles. ſcdo ꝙtum ad iudeos ibi. Yſa. aūt clamat ꝛc̄. Circa primū ponit duas auctoritates oſee loquētes ꝓ gentib⁹ quaꝫ prima ꝓmittit eis dona dei. ſcda ipam diuinā filiationē ibi. Et erit in loco ꝛc̄. Dicit ergo ꝓmo. Sicut dñs dicit in oſee qz ipe erat q̄ loq̄batur in ꝓphetis. 2. reg. 23. Spūs dñi locutus eſt ꝓ me et ſmo eius per linguā meā. Unde et oſee ꝓmo dicit. ℳprincipiū loquēdi dño in oſee. Eſt aūt cōſideāduꝫ q; a tribus bonis q̄ in iudeis eminebāt gentiles erant alieni. quoꝝ primū erat diuinus cultus rōe cuius dicebātur populus dei q̄ſi ei ſeruientes ꝛ eius ꝓceptis obedientes. Eñ in pſ. dicit. Nos autem populus eius et oues paſcue eius Sed ab huius populi ſocietate gentiles erāt alieni ſcōm illud ephe. 2° Alienati a cōuerſatione iſrael ꝛ hoſpites teſtamētoꝝ. Sed q; xp̄s facti ſunt populus dei. Tit. 2° Dedit ſemetiꝑm ꝓ nobis vt emūdaret ſibi populū acceptabilem. Et hoc eſt qō dicit. Uocabo nō plebē meā id eſt gētilitatem q̄ nō erat plebs mea. plebē meā id eſt ad hoc vt ſit plebs mea. Scōz eſt ꝓilegiū diuine dilectiōis. Oſee 3° Diligit dñs filios iſrael in eo ſcz q; eis multa beneficia inducētia ad ſpecialem gr̄am ꝓſtabat. a qua q̄dem dilectione gētiles olim erant excluſi. Ephe. 4 Alienati a veritate dei ꝓpter ignoꝛātiam que eſt in illis. Et ideo dicit. Et non dilectam meam ſcz gentilitateꝫ vocabo dilectam meam. Ephe. 2. Eos q̄ aliquādo eratis longe facti eſtis ꝓpe in ſanguine xp̄i. ſupra. 5. Cū inimici eſſemus reconciliati ſumus deo in morte filij eius. Tertiū eſt libertas a peccato originali q̄ iudeis in circūciſione cōferebaꝫ. yſa. 14. Miſerebitur dñs Jacob. Sed huius miſeratiōis gētiles nō erāt ꝑticipes. Eze. 16 ℳquādo natus es in die ortus tui nō eſt pꝛeſcilus vmbilicus tuus. Et infra Nō pepcit ſup te oculus meus vt facerem vnū de his miſertus ſuꝫ tui. Sz poſtea ꝓ xp̄m ſunt miſericordiā cōſecuti. Ideo ſeq̄tur Et nō miſericordiā conſecutā miſericordiā cōſecutā. Tit. 3° Secūz ſuā miſericordiā ſaluos nos fecit. Hec autē auctoritas habet oſee 2. ſcōz. lxx. loco cuius littera nr̄a habet. Miſereboꝛ eius q̄ fuit abſq; miſericordia. ꝛ dicā nō popl'o meo popl'us meus es tu. ¶ Deinde cū dicit. Et erit in loco ꝛc̄. inducit aliam auctoꝛitatem q̄ habet oſee. 1. In qua eis reꝓmittitur dignitas filioꝝ dei de q̄ inūi gloriabantur ꝓpter id quod dicitur yſa. i. Filios enutriui et exaltaui ipi autem ſpreuerūt me. Et deu. 33° Nōne ipe ē pater tuus? Gentiles aūt non ſolum dicebant filij quod ꝓtinet ad eos qui ex amoꝛe deo ſeruiunt et ſpū dei agunt̄ vt. 8. 8 dictū eſt. ſed nec etiaꝫ digni erāt vt populi dei dicerentur quod ꝓtinere poterat etiam ad eos q̄ ſpiritū ſeruitutis acceperāt in timoꝛe Unde dicit. Et erit in loco. i. in iudea vbi dictum eſt eis. ſcz gentilibus a iudeis quaſi ex perſona dei loquētibus. Non plebs mea vos. qz non reputabant eos populū dei ibi id eſt etiam apud iudeos credētes vocabuntur filij dei Et in loco id eſt toto mūdo in quo cōuertentur ſicut ꝓfeliti quos iudei faciebant qui ſuis locis derelictis in iudeam ꝓgebant. hoc aūt nō ita futurū eſſe in his qui ad xp̄m cōuertendi erāt oñditur Sopho. 2. Adorabunt euꝫ viri de loco ſuo. Unicuiq; ergo in loco ſuo habitanti vbi dictum eſt eis olim ex diuina ſentētia non plebs mea vos. ibi vocabuntur filij dei ꝑ diuinaꝫ adoptionē. Jo. 1. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. ¶ Deinde cum dicit Eſa. autez clamat ꝛc̄. ꝓbat ꝙ poſitum ꝙtum ad iudeos q; auctoꝛitatem yſa. Et ponit duas auctoꝛitates. quarum prima videtur pertinere ad omnes credentes ex iudeis. ſcda ſpecialiter ad aplos ibi. Et ſicut prediꝛit ꝛc̄. Dicit ergo primo. dictum eſt q; oſee ꝓo gētilibus yſaias autez clamat id eſt apte loquitur ꝓ cōuerſione iſrael. 58. Clama ne ceſſes quaſi tuba exalta vocem tuam. In hac autez prima auctoꝛitate primo ponit paucitatē cōuerſoꝝ dicēs Si fuerit numerus filioꝝ iſrael quaſi arena maris id ē innumerabiles ꝓe multitudine gentium. Heñ. 22. Multiplicabo ſemē tuū velut arenā marī ꝛc̄. 3. reg. 4. Juda ꝛ iſrael innumerabiles q̄ſi arena maris. Reliquie ſalue fient id eſt non omnes nec maioꝛ pars ſed aliq̄ pauci q̄ relinquūtur ex excidio aliozū. Michee. 7. Factus ſuꝫ ſicut qui colligit in autūno racemos vindemie Infra. 11. Reliquie ſcōm electionē gratie ſalue facte ſunt. ſcdo ibi. Uerbum enim cōſumans ꝛc̄. aſſignat cauſam ſalutis ꝛ primo ponit efficatiam euāgelici verbi dicēs. Uerbum enim cōſumans et abbꝛeuians in eq̄tate. Ubi notatur duplex efficatia euangelici verbi. prima eſt qz eſt cōſumans id eſt ꝑficiens. vt enim dicitur hebze. 7. Nihil ad ꝑfectuꝫ adduxit lex. Dñs aūt dicit ma. 5. Nō veni ſoluere legem ſed adimplere. tum qz figuris legis veritatē adhibuit. tū q̄a ꝓcepta legis moꝛalia debito modo expoſuit et occaſiones tꝛāſgrediendi ab ſtulit et etiam eis conſilia ꝑfectiōis adiunxit. Unde et iuueni diuiti ma. 19. qui omnia māda ta legis ſuauerat dixit Unū tibi deeſt. ſi vis ꝑfectus eſſe vade et vende omnia q̄ habes ꝛc̄. Et ꝓpter hoc diſcipulis ſuis dicebat ma. 5. Eſtote perfecti ſicut ꝛ pater veſter celeſtis ꝑfectus eſt. Scda efficatia eſt abbꝛeuiandi et hec cōuenienter ꝓme adiungitur. quia q̄to aliq̄ verbū eſt magis ꝑfectum. tanto eſt altius et ꝙ conſequens magis ſimplex et bꝛeue. Eſt autem verbum euangelij abbꝛeuians verba legis quia omnia ſacrificia figuralia legis in vno vero ſacrificio comꝓhendit. quo xp̄s obtulit ſeipſum ꝓ nobis hoſtiam. vt dicit ephe. 5. Omnia vero pꝛecepta legis moꝛalia in duobus pꝛeceptis caritatis concludit. Ma. 22. In his duobus mādatis vniuerſa lex pendet et ꝓpḥe. Unde dicit. Abbꝛeuiās in eq̄tate. Uel quia nihil eſt pretermiſſū de multitudine figuraꝝ et ꝓceptoꝝ legis quin ſub bꝛeuiate euangelij cōꝓhēderet. Ul quia nihil ipſoꝝ remanet obſeruandum q̄ſ eſt equum ſm dictamen rationis naturalis. pſ. Q; ia mādata tua eq̄tas. ſubaudiē dum eſt aūt erit. vt ſit ſenſus verbuz euangelij erit abbꝛeuiās et cōſumans in eq̄tate. Scdo cū dicit. Quia verbū ꝛc̄. aſſignat rationem q̄ dicte efficatie dicens: Quia dñs ſuper terram exiſtens id eſt in terris tanq; homo inhabitans. ſcōm illud bar. 3. Poſt hec in terris viſus eſt ꝛc̄. Faciet verbum bꝛeuiatum. ꝓfectius enim debet eſſe verbū et maioꝛis virtutis q; ipe dñs deus carnem induꝛtus loquutus eſt ꝑ ſemetiꝑm q; verba que loquutus eſt ꝑ ꝓpḥas. Sm illō heb. 1. Multipꝛarie multiſq; modis olim deus loquēs patribus in ꝓphis ꝛc̄. Uel aliter. q̄a dñs ſcz deus pater faciet ſup terram verbū bꝛeuiatū id ē incarnatum qz filius dei exinaniuit ſemetiꝑm formā ſui accipiēs. Dicitur aūt exinanitum vel bꝛeuiatum non qz aliquid ſubtractum ſit plenitudini vel magnitudini diuinitatis ipſius. ſed quia noſtram exilitatem et paꝛuitatē ſuſcepit. Habeꝛ aūt hec auctoꝛitas. yſa. 10. vbi ſm lr̄am nr̄am ſic dicit. Si fuerit ꝓplus tu⁹ iſrl q̄ſi arena maꝛ reliq̄ ꝙuertēt ex eo cōſumatō abbꝛeuiata inūdabit iuſticia.

Cōsumationem eīm ⁊ abbreuiationē dñs deus exercituū faciet in medio oīs terre. ¶ Deinde cū dicit. Et sicut predixit ysa. ⁊c. inducit auctoritatē pertinentez specialiter ad apl̄os dicens. Et sicut p̄dixit ysa. 1. Nisi dñs sabaoth id est exercituum vel virtutū reliquisset nobis scz ex sua misericordia semē id est verbuz euāgelij. Al'semen id est xp̄m. Hal. 3° Et semini tuo q̄ est xp̄s. vel semen id est apostolos. ysa. 6° Semen sanctū erit id q̄ steterit in ea. Sicuti sodoma facti essemus ⁊ sicut gomorra similes fuissem⁹. Hrauius eīm fuit peccatū iudeoꝝ ꝙ sodomoꝝ. Treñ 4 Maior effecta est iniq̄tas popli mei peccato sodomorum. Et eze. 16. Nō fecit sodoma ipa ⁊ filie eius sicut feci sti tu ⁊ filie tue. Et ideo q̄ iudei nō sunt totaliter exterminati sicut sodomite est diuine misericordie imputandum. Treñ. 3° Misericordie dñi q̄ nō sumus cōsumpti. ¶ Deinde cū dicit. Quid ergo dicemus. Infert cōclusionē ex dictis. et primo ꝙtum ad gentes. scdo quātuz ad iudeos ibi. Israel vero ⁊c. Circa primū duo facit: primo concludit q̄s intēdit dicēs. Quid ergo dicem⁹ ex cōsideratione p̄dictoꝝ. Hoc inꝙ q̄ gentes apprehēderunt id est consequute sunt iustitiam scz q̄ vocātur filij. 1. corī. 6. Et hoc quidem fuistis sed iustificati estis. Et hoc quidē ex vocatione diuine electionis nō ex meritis q̄s patet per hoc q̄ dicit. Que nō sectabant iustitiam ſm illud ephe. 2. Eratis in illo tempe sine xp̄o alienati a conuersatione israel. scdo exponit q̄ dixerat iustitiā autē que ex fide est nō ea q̄ in opibus consistit. Nō enim ad hoc gentes cōuerse sūt vt iusticiā legalem obseruent. sed vt iustificentur p xp̄i fidem supra 2° Justicia autez dei p fidem iesu xp̄i. ¶ Deinde cū dicit. Israel vero ⁊c. Inducit cōclusionē ꝙtum ad iudeos. Et primo cōcludit q̄s intēdit dicens. Israel vero id est popl̄us iudeoꝝ. sectando legē iusticie in legē iusticie nō puenit. Dicitur lex iusticie lex spūs vite per quā hoīes iustificantur ad quaz iudeoꝝ popl̄us non peruenit quā tamen sectabatur obſuando vmbram huius spūalis legis q̄ cōsistit in observatioīb⁹ legalibus. heb. 10. Umbram habēs lex futuroꝝ bonorum. Al'sectando legē iusticie id est legem moysi q̄ est lex iusticie si fit bene intellecta q̄ docet iusticiam. Vel dicitur lex iusticie quia facit homines iustos non vere. sed exterius duz peccata vitātur non ex amore sed timore pene quā lex infligebat. ysa. 51. Audite me qui sequmini q̄s iustū est et queritis dñm. Et in eodem. Audite me qui scitis iustum popl̄us meus lex mea in cordibus eoꝝ. Scdo assignat causā dicēs quare scz dum sectarentur legem ad legē iusticie non puenerunt. quia scz non per debitam viam sectabantur. Et hoc est quod subdit. Quia non ex fide scz xp̄i querebant iustificari. sed q̄si ex opibus legis. Seq̄bantur eīm figuram et repudiauerunt veritatē. ē. 3° Ex opibus legis non iustificabitur omnis caro coꝝ illo. Tertio manifestat causam ꝓpositam. et primo ꝓponit manifestationez dicens. Offenderunt enim in lapidē offensionis id est ad xp̄m q̄ assimilatur lapidi offensionis. in hoc q̄ sicut lapis in quē offendit non cauetur ꝓpter suam puritatez ita iudei videtes xp̄m in firmitate nr̄a contentū non cauerūt in eū offendere. ysa. 53° Quasi absc̄ditus vultus ei⁹. et despectus vnde nō reputauimus eū. Jere. 13. Anteq̄ offendāt pedes vestri ad montes caliginosos id est ad xp̄m et eius apostolos q̄ dicuntur montes caliginosi, ꝓpter hoc q̄ eoꝝ dignitas et magnitudo latebat. scdo ad hoc iducit auctoritatem dicēs. Sicut scriptum est scz in. ysa. Cōponit autem aplus verba ysa. in diuersis locis scripta. Nam ysa. 28. dicitur. Ecce ego mittam in fundamentis syon lapidem: Lapidem angularem ꝓbatum preciosum in fundamento fundatum. Qui crediderit non festinet. Et hinc sumitur principium auctoritatis. Ecce ponaz in syon lapidem scz quasi fundamentū in quo designatur q̄ xp̄s diuina ordinatione cōstitutus erat ecclesie fundamentum. 1. corī. 3. Fundamentū aliud nemo potest ponere preter id quod positū est q̄s est xp̄us iesus. Legitur etiā ysa. 8° In lapidem autem offensionis et petrā scandali duabus domibus israel. Et hinc sumitur medium auctoritatis quo dicit. Lapidem offensionis et petram scandali vt offēsio referatur ad ignorantiā. quia vt dicit. 1. corī. 2. Si cognouissent nunq̄ dñm glorie crucifixissent Scandalum autē referendum est ad impactionem et casum quo per infidelitatem ceciderunt xp̄m et eius apl̄os psequētes. 1. cor. 1 Nos predicamus xp̄m crucifixum iudeis q̄dem scandalū Luc. 2° Ecce hic positus est in ruinam ⁊c. Finis autem auctoritatis sumitur exo. 28 capitulo. Qui crediderit nō festinet. loco cui⁹ hic dicitur. Omnis qui credit in eū non confundetur. qz scz consequēt mercedem ab eo. ecc. 2° Qui timetis deum credite illi et nō euacuabitur merces vestra. Ponit autem aplus hec verba ſm lr̄am. 70. Et ad hunc sensuz pertinet q̄d lr̄a nostra dicitur. Qui crediderit nō festinet. Ille enim festinare videtur qui delusum se reputat. qz cito nō adpiscitur q̄d sperabat.

Incipit decimū capitulū.

Fratres voluntas quidem cordis mei et obsecratio ad deum fit ꝓ illis in salutem. Testimoniū enīz phibeo illis: q̄ emulationem quidē dei habent: ſ non scdm scientiam. Ignorātes enīz iusticiam dei et suam querentes statuere: iusticie dei non sunt subiecti. Finis enim legꝫ xp̄s ad iusticiam omni credēti. Moyses eīm scripsit. quoniam iusticiā q̄ ex lege est qui fecerit homo viuet in ea. Que autē ex fide est iusticia sic dicit. Ne dixeris in corde tuo. q̄s ascendit in celum. id est xp̄m deducere. aut quis descendet in abyssū. hoc est xp̄m a mortuis reuocare. Sed q̄d dicit scriptura? Prope est verbum in ore tuo hoc est verbum fidei quod predicamus. quia si confitearis in ore tuo dñm iesum: et in corde tuo credideris q̄ deus illuz suscitauit a mortuis saluus eris.

Postq̄ apostolus ostendit quomodo per electionez gratie dei gentiles sunt ad fidem vocati et etiam aliqui ex iudeis de maiori parte popli iudaici offēdentibus et scādalizatis. hic agit specialiter de casu iudeoꝝ. Et circa hoc tria facit. Primo manifestat causaz casus eoꝝ quā et. ſ. tetigerat. exqua oñditur casus eoꝝ esse miserandus. scdo ostendit casum eozum non esse vniuersalem. 11. cap. ibi. Dico ergo nunquid ⁊c. tertio ostendit casum eoꝝ nō esse inutilem neq̄ irreparabilem ibi. Dico ergo nunquid ⁊c. Circa primum duo facit. Primo oñdit casum eozum esse miserandū ex sua causa. 2° ostendit q̄ non est totaliter excusabilis ibi Sed dico nūquid nō audierūt ⁊c. Circa primum duo facit. Primo oñdit se ad iudeos habere miserationis affectuz. scdo oñdit causam miserationis ibi. Testimonium enim illis phibeo ⁊c. Dicit ergo primo. dictū est q̄ iudei in legem iusticie nō puenerunt ꝓpter hoc q̄ offenderuntin lapidem offensionis. nec tñ contra eos indignoz sed eozum misereoz. Et ideo dico vobis o fratres qui conuersi estis tam ex gentibus ꝙ ex iudeis mat. 23°

Omnes vos fratres estis. Voluntas quidem cordis mei id est ex intimo cordis affectu procedens ē ad salutē eoꝝ vt scz ipi saluentur sicut et ego saluar⁹ ium. 1. corī. 7. Volo omnes hoīes esse sicut meipm. act. 26 Opto apud deum oēs qui audiūt tales fieri qualis et ego suz. Et hoc deo coformabatur qui vt dicitur. 1. thi. 2. Vult oēs homines saluos fieri. Nec sola volūtas est in salutē eoꝝ. sed etiā volūtas effectus. vnde subdit. Et obsecratio scz mea fit ad deum p̄o illis in salutē. 1. reg. 12. Absit a me hoc pecm̄ in dño vt cessem orare p̄o vobis. Jac. vltio. Orate p̄o inuicē vt saluemini. Et ex hoc patet q̄ orandus est infidelibus vt saluētur qz et ipa fides est donū dei. Eph. 2° Gratia saluati estis per fidem et non ex vobis. dei enīz donum est. ¶ Deind cum dicit. Testimoniū eīm ⁊c. Assignat causam sue miserationis. qz scz non ex certa malitia sed ex ignorantia peccabāt. Et circa hoc tria facit. primo enim ꝓponit eozum ignorantiā. scdo ostendit quid ignorabant ibi. Ignorātes enim dei ⁊c. tertio ostendit veritatem eoꝝ que ignorabant ibi. Moyses eīm dicit. ¶ Dicit ergo primo. Jō salutē eoꝝ volo et ꝓpter hoc oro miſtus eozum quia testimoniuz phibeo de illis q̄ emulationē q̄dem dei habent scz quia zelo dei xp̄m et eius mēbra persequūtur. Jo. 16° Venit hora in qua oīs qui iterficit vos arbitretur obsequiū se p̄stare deo Et huius rei testis esse poterat qz et ipse aliq̄n fuerat in simili causa. Phil. 3° Scdm emulationē persecutus sum ecclesiam dei. sed nō scdm sciētiam. qz scz eoꝝ zelus p rectam scientiā nō ordinatur dū ignorant veritatem Esa. 5° Propterea captiuꝫ ductus est popl̄us meus q̄ nō habuit sciētiaz. 1. corī. 14 Si quis aūt ignorat ignorabit. ¶ Deinde cū dicit. Ignorantes enim ⁊c. ostendit cuius rei sciētiam nō haberent. Et primo ꝓponit q̄s intendit. scdo manifestat ꝓpositum ibi. Finis eīm legis xp̄s ⁊c. Dicit ergo primo. Recte dico q̄ non scdm sciētiā. ignorātes enim dei iusticiam. scz qua deus per fidem iustificat. ſ. tertio iusticia autem dei per fidem iesu xp̄i. Et querētes statuere id est firmare suā scz iusticiā que cōsistit in operibus legis que scdm eozum opinionē non expectabat aliquid a deo: sed soluz ex arbitrio operantium erat. Et ideo dicit eozum esse iusticiā q̄si humanam et non diuinā. scdm illud. ſ. 4° Si abraam ex operibus legis iustificatus est habet gloriam. scz apud homines sed nō apud deum. ¶ Justicie eīm dei nō sunt subiecti id est nolunt subijci xp̄o p̄ cuius fidem iustificantur hoīes a deo. p̄s. Nonne deo su biecta erit anima mea ſ. 3° Ut subditus fiat oīs mūdus deo. Exo. 10. vsq̄quo non vis subijci mihi? ¶ Deinde cū dicit. Finis legis xp̄s ⁊c. manifestat q̄s dixerat scz eos dei iusticiam ignorare ⁊ q̄ ei subijci nolūt cum tñ iusticiam legalē statuere velint Circa q̄s considerandum est q̄ sicut etiam p̄i dicunt intentio cuiuslibet legislatoris est facere hoīes iustos. vñ multomgais lex vetus hoībus diuinitus data ordinabat ad faciendū hoīes iustos. Danc tamē iustitiā lex ꝓmittēbaz facere nō poterat. quia neminem ad pfectum adduxit lex. vt dicitur Heb. 7° Sed ordinat hoīes in xp̄o quē ꝓmittebat et p̄figurabat. Hal. 3° Lex pedagogus noster fuit in xp̄o vt ex fide iustificemur et hoc est q̄s dicit. Xp̄s enīz est finis legis ad quē scz tota lex ordinatur. p̄s. Dis cōsumatioīs vidi finem. Finis mq̄ ad iustitiam vt scz homines per xp̄m iusticiam cōsequātur quaz lex intendebat supra octauo. Q̄s impossibile erat legi mittens de⁹ filiū dāmauit peccatū in carne vt iustificatio legis impleretur in nobis. Et hoc dico omni credenti quia p fidē suos iustificat. Jo. 1° Dedit eis potestatem filios dei fieri his q̄ credūt in nomine ei⁹. ¶ Deinde cum dicit Moyses enīz ⁊c. ꝓbat veritatē eoꝝ que iudei ignorabāt scz q̄ iusticia dicit pfectioz q̄ iusticia legis. Et hoc auctoritate ipius moy si veteris legislatoris. primo ergo p eius verba cōdit cōditionē iusticie legalis. scdo conditionē iusticie fidei ibi. Que aūt ex fide est ⁊c. Dicit ergo primo. Recte distinxi iusticiā hūanā a iusticia dei. Moyses eīm scripsit. Leuit. 18 Quoniā hō q̄ fecerit iusticiā q̄ ex lege ē viuet ea. vbi sic lr̄a nostra habet Custodite leges meas atq̄ iudicia q̄ faciens homo viuet in eis. Et eze. 20 Judicia mea ꝓiecerunt que faciens homo viuet in eis. qz scz hoc comoditatis cōsequebatur hō p legis obſuantiā ne occideret tanq̄ legis transgressor. heb. 10 Irritam quis faciēs legē moysi absq̄ vlla misericordia morit. leui. 20 Qui maledixerit patri vel matri morte moriat et sic de alijs. Possum⁹ vlterius dicere q̄ per legis obſuationem homo ordinatur in vita p̄ni. ꝓmittebat enim lex tēporalia bona et quedā mādabat q̄ ad ordinationē carnalis vite ꝓtinebāt. heb. 9 Justicijs carnis vsq̄ ad tēpus correctionis ꝓpositis. Sz cōtra videtur esse q̄ dñs dicit. matb. 19 Queretī q̄d boni faciam vt habeā vitā eternam. Rñdit. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. Unde ⁊ supra. 5° sup illō Lex autem subintrauit. dicit q̄dam glo. Justicia legis suo tēpore custodita non solum bona tēporalia sed ⁊ vitā conferebat eternā. sed hec intelligenda sunt ſm spūalem sensum legis q̄ pertinet ad fidem xp̄i. Sed q̄ hic dicit tur referē ad exteriozem legis sensum: scdm quē lex de vita eterna mentionē non faciebat. ¶ Deinde cū dicit. Que aūt ex fide est iusticia ⁊c. Inducit auctoritatem moysi de iusticia fidei. Et primo moyses oñdit certitudinem fidei q̄ debet esse in corde hoīs. scdo fidei effectū ibi. Sed q̄d dicit scriptura ⁊c. Dicit ergo primo nō soluz loq̄tur moyses de iusticia legis sed etiā ipe sic dicit de iusticia que est ex fide. ¶ Que aūt ex fide est iusticia sic dicit id est sic loquitur in corde hoīs. Ne dixeris in corde tuo scz dubitādo. Quis ascendit in celum. quasi hoc impossibile reputans. sicut ⁊ puer. 30 queritur. Quis ascendit in celum atq̄ descēdit quia scz hoc tenere q̄si impossibile est deducere xp̄m a celo id est asserere q̄ xp̄s non sit in celo cōtra id q̄d dicitur: Jo. 3° Nemo ascendit in celum nisi q̄ descendit de celo filius hoīs q̄ est in celo. Eph. 4 Qui descendit ipe est ⁊ q̄ ascēdit sup omnes celos. Aut etiā ne dixeris q̄s descēdit in abissum. i. in ifernū q̄si reputās hoc esse impossibile. hoc eīm negare ē reuocare xp̄m ex mortuis scz negare eū nō esse mortuū Ipe eīm moriens in abissum descēdit. Ecc. 24 Penetrabo inferiores ptes terre. Et ſm hoc phibet dubitari de duob⁹ articulis fidei xp̄i scz de ei⁹ ascēsione ⁊ de ei⁹ morte et descēsu ad inferiores. quoꝝ primū ꝓtinet ad maximā xp̄i exaltationē. secūdū ad maximā ei⁹ humiliationē. Pōt aūt ⁊ aliter expōi vt dicat nob certitudo duo rū articuloꝝ. primo q̄dez incarnatioīs q̄ de celis ad terrā descendit vt sit sensus Ne dixeris in corde tuo q̄s ascēdit in celum ⁊ exponit supplendo. i. xp̄m deducere. q̄si dicat Quis ascendit in celū ad deducēdum xp̄m ad nos q̄ q̄dez nō fuit necessariū qz ipe ꝓpria virtute descēdit. scdo aūt resurrectioīs cū subdit. Aut etiā ne dixeris q̄s descēdit in abissum? et supplendo addit. Hoc est xp̄m ex mortuis reuocare. Quasi dicat. Illuc descēdit vt inde posset xp̄m reuocare sicut ex psona insipiētiū dicit. Sap. 2 Nō ē q̄ agnit⁹ sit reuersus ab inferis. Et h̄ sensus cōgruit verbis moysi. dicit eīm deu. 30 scdm lr̄am nr̄az Mādatum q̄d ego p̄cipio tibi hodie nō supra te ē neq̄ ꝓcul posituū neq̄ in celo situ vt possis dicere. Quis nr̄m valet ad celum ꝙnscendere vt deferat illud ad nos. Nec est inconueniens si q̄d moyses dixit de mandato legis hoc aplus attribuit xp̄o q̄ xp̄s est verbum dei in quo sunt oīa dei mandata. Sic ergo intelligendum est q̄d dixit. Quis ascendit in celuz? id est xp̄m deducere Ac si dicat. Quis potest in celum conscendere vt verbum dei inde deferat ad

nos Et idē est dicēdum in alio qō sequtur. ¶ Deinde cuz dicit. Sed q̄d dicit scriptura ꝛc. oñdit fructū fidei p eiusdem auctoritatē. Et primo ꝓponit auctoritatez. secundo exposit eā ibi. Hoc est verbū fidei ꝛc. tertio ꝑbat expositi onē esse cōueniētem ibi. Corde enim credit ꝛc. Dicat ergo primo. Sed q̄d dicit scriptura? Hoc in q̄ ꝓpone est verbum in ore tuo et in corde tuo. Sic em̄ post ꝓmissa verba deutro. sequtur. Juxta te est sermo valde in ore tuo. Quasi dicat. nō solliciteris q̄ tibi desit verbū fidei iustificatis ꝓpter hoc q̄ xp̄s est in celo scōm naturā diuinā aut q̄ descendit in infernū ꝓpter mortē humanitatis q̄ ipse descendens de celo. et resurgens ab inferis ꝑfecit verbū fidei in ore tuo et in corde tuo. Unō qō dicit ꝓpone est potest referri ad hoc q̄ verbū dei sumus adepti p xp̄m incarnatum et resurgentē heb. 2° Que cū initiū accepisset enarrari per dñm. Jere. 1. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Al scōm glo. q̄ dicit ꝓpe referēdū est ad utilitatē scōm qō dicimus ꝓpe apud nos esse qō nobis est comodū et vtile. Verbo em̄ dei coz nostrū mūdat. Jo. 15 Jam vos mōi estis ꝓpter sermonē quē locutus sum vobis. Uel potest referri ad hoc q̄ verba fidei ꝛ si sint supza rationē. Ecc. 3° Plurima supza sensū hominis mōstrata sunt tibi. nō tñ sunt ꝓtra rationem. quia veritas nō potest esse veritati cōtraria. ps. Testimonia tua dñe credibilia fctā sunt nimis ¶ Deinde cum dicit. Hoc est verbum ꝛc. exponit auctoritatē ꝓdictam. Et primo ostēdit qō sit illud verbū de quo moyses loq̄tur dicens Hoc est verbū fidei qō predicam? 2. tbi. 4. predica verbū. Jere. 23. Qui habet sermonē meū loquat sermonē vere Scō exponit quō hoc verbum est in ore per cōfessionē et in corde per fidem. Et hoc ē qō subdit. q̄ si cōfitearis in ore tuo dñm iesum xp̄m scz recognoscens eum dñm subijciēdo sibi tuum affectū scōm qō dicitur. 1. cozi. 12. Nemo pōt dicere dñs iesus nisi in spū sancto. Et iterū Si crediderīs in corde tuo scz fide formata que per dilectionem opatur. vt dicit. Act. 2 Q̄ deus excitauit illū a mortuis. ps. Tu aūt dñe miserere mei ꝛ resuscita me qz vt dicitur. 2. cozi. vltio. Resurrexit ex virtute dei que est cōis sibi et patri. Salu⁹ eris scz salute eterna. de qua dicitur Esa. 45 Saluatus est israel in dño salute eterna. Q̄ aūt dicit. dñm iesum ad misterium incarnationis refertur. Q̄ autē sequitur xp̄m manifeste ad resurrectionem refertur. de q̄bus duob⁹ articulis supza fecerat mentionem.

Lectio secunda.

Corde enim creditur ad iusticiaz ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura Omnis qui credit in illum non confundetur. Non enim est distinctio iudei et greci. Nam idē dñs omiuz: diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicūq̄z inuocauerit nomē domini saluus erit. Quomodo ergo inuocabūt in quē non crediderunt: Quomodo autē audient sine ꝓdicāte: Quomodo vero ꝓdicabunt nisi mittantur sicut scriptum est. Quā speciosi pedes euāgelizantiū pacem. euangelizātiuz bona Sed non omnes obediunt euāgelio Esaias enim dicit dñe quis credidit auditui nostro Ergo fides ex auditu: auditus autem per verbum christi.

Premiserat aplus exponendo verbū moysi q̄ confessio oris et fides cordis opantur salutē. ꝓponēs hoc causa exempli in duobus articulis. hic ꝑbat qō dixerat in vniversali. Et circa hoc tria facit. primo ostēdit q̄ p fidem et cōfessionem homo cōsequitur salutem. scdo ponit salutis ez dinē ibi. Quomodo ergo inuocabūt ꝛc. tertio infert quā dā cōclusionē ex dictis ibi. Ergo fides ex auditu ꝛc. Circa primum tria facit. primo ꝓponit qō intendit dicens. Recte dico q̄ si cōfitearis ore et credas corde salu⁹ eris Corde enim creditur ab hoīe ad iusticiā id ē ad hoc vt iusticiā per fidem cōsequātur supza. 5° Justificati igitur ex fide. Signāter aūt dicit. Corde creditur id ē volūtate. Nā cetera que ad exteriorē dei cultū ꝓtinent pōt homo nolēs sed credere non potest nisi volēs. Intellectus enim credētis nō determinat ad assentiēdum veritati ex necessitate ratiois sicut intellect⁹ scientis. sed ex volūtate. et ideo scire nō ꝓtinet ad iustitiā hoīs que est in voluntate sed credere. geñ. 15 Credidit abraam deo et reputatū est illi ad iusticiam ꝓpost q̄ aūt homo est iustificatus per fidē oportet q̄ ei⁹ fides q̄ dilectionem opetur ad cōsequēdam salutez Unde subdit. Ore aūt cōfessio fit ad salutē scz eternā consequendā. Esa. 51° Salus aūt mea in sempiternum erit. Est autem triplex confessio necessaria ad salutē: primo q̄dem confessio ꝓprie iniquitatis. scōm illud. ps. Dixi cōfitebor aduersum me iniustitiā meam domino. que est cōfessio penitētie. scda cōfessio est q̄ p quā hō cōfitet dei bonitatez mificoditer beneficia ꝑstitis. ps. Cōfitemini dño qm̄ bonus. Et hec est ꝓfessio grās agētis. Tertia est cōfessio diuine veritat. 2Ma. 10 Omnis q̄ cōfitebitur me coram hominibus cōfitebor et ego eum coram patre. Et hec cōfessio est credētis de qua nunc aplus loq̄tur. Hec autē est necessaria ad salutez pro loco et tēpore qñ scz exposcit fides alicuius scz a ꝑsecutore fidei vel quando ꝓicitatur fides aliena. sicut ꝓcipue ꝓlati debent predicare fidem subditis suis. Et ideo baptizati liniuntur crismate in frōte signo crucis vt ipsuz crucifixum cōfiteri non erubescāt supza. 1° Non enim erubesco euangelium. Ita est autem et de oībus virtutum actibus q̄ pro loco et tēpore sunt necessarij ad salutem. Nam precepta affirmativa que de eis danē obligāt semp. sed nō ad semper. Scō ibi Dicit em̄ scriptura ꝛc. ꝑbat per auctoritatē dicēs. dicit em̄ scriptura scz. Esa. 28. Qis qui credit in illum fide non cōfundetur scz defficiens a salute. ecc. 2° Qui timetis dñm credite illi et non euacuabitur merces vestra. Ita vero nostra habet qui crediderit non festinet vt supza dictū ē. ¶ Tertio ibi. Nō em̄ ē distinctio ꝛc. ꝑbat hoc esse vniversaliter intelligēdum cū esayas indefinite hoc ꝓferat. Et primo ꝓponit qō intendit dicens. Judeo dictū est Omnis q̄ credit ꝛc. Nō enim est distinctio quātum ad hoc iudei ꝛ greci. Col. 3° Ubi nō est gentilis eziudeus circūcisio et preputiuz ꝛc. scdo ꝑbat per rationē que duplici medio innitur. quoz primū tangit dicens. Nam idem dñs omniū supza. 3° An iudeorum deus tantū? Nonne et gentiū. ps Rex oīs terre deus. Et ideo ad ipm̄ ptinet ꝓuidere oīm saluti. Scōm mediū tangit dicens. Diues in omnes: qui inuocant illum. Si enim nō esset tante bonitatis q̄ sufficeret ad satisfactionem vtriusq̄ posset putari q̄ non oīb⁹ credentibus ꝓuideret. sed diuitie bonitatis eius et misericordie indeficiētes sunt supza. 2° An diuitias bonitatis eius contempnis. Eph. 2° Deus aūt qui dives est in misericordia ꝛc. Tertio ꝑbat idez per auctoritatē que habetur Joel. 2. Dis quicūq̄ inuocauerit nomen dñi saluus erit. Est autem inuocare in se vocare per affectum et deuotum cultum. ps. Inuocauit me et ego exaudiam eum. ¶ Deinde cum dicit Quomodo ergo inuocabunt ꝛc. ponit ordinem quo quis vocatur in salutem que est ex fide. Et circa hoc duo facit. primo oñdit q̄ ea que sunt poste-

bet aliquē esse perplexū aliquo suppositō: licet nullus sit ꝑplexus simplicit. sicut sacerdos fornicari⁹ siue celebret missam sine nō celebret qñ debet ex officio peccat mortaliter nō tamē est ꝑplexus simpliciter q̄ potest peccatū dimittere r celebrare. Et similiter pōt aliqs conscientia erroneā dimittere r a peccato abstinere. Est aūt adhuc alia dubitatio. Non em̄ dicit scādalizare q̄ facit opus rectum licet etiā ex eo aliqs sumat materiā scandali. Legit enim Mat. 15 q̄ pharisei audito verbo xpi scandalizati sunt. sed nō discernere cibos est opus rectū. ergo nō est dimittendū ꝓpter scandalū eius q̄ puersam cōscientiā habz errans in fide. Nam m̄ hoc catholici deberent abstinere a carnibus r matrimonio ne inde heretici scādalizarent m̄ erroneā conscientiā. Sed dicendū est q̄ aliqs scandalizare aliū pōt non soluz facēdo aliquod malū: sed etiā aliqđ faciendo qđ habet speciē mali m̄ illō. 1. thes. vltio. Ab omni specie mali abstinete vos. Dicit autē aliqđ habere speciē mali duplicit. Primo videlicz m̄ opinionē eoꝝ q̄ sunt ab ecclesia precisi. Secundo m̄ opinionē eoꝝ q̄ ad huc ab ecclesia toleranē. Infirmi aūt in fide estimātes le galia ēt obseruāda adhuc tolerabanē ab ecclesia ante euā gelij diuulgationē. Et ideo nō erat comedendū cū eozuz scandalo de cibis in lege ꝓhibitis. Heretici autē nō tolerant ab ecclesia r ideo de eis nō est similis ratio. Dein de cū dicit. Si em̄ ꝓpter cibū rē. manifestat qđ dixerat. Et primo primū sez q̄ nō sit ponēdū scādalū fratrib⁹. Secundo secūdū. r tertiū quō sez sit aliqđ cōe ibi. Omnia quidē munda sunt rē. Circa primū ponit quatuor ratiōes quarū prima sumit ex ꝑte charitatis dicēs. Si em̄ frat tuus cōtristatur de hoc q̄ reputat te peccare ꝓpter cibū quem tu comedis quē ipse reputat imundū iam nō m̄ charitatem ambulas m̄ quā aliquis ꝓximū suuz diligit sicut seipsum. Et ita vitat eius contristationē r nō ꝓfert cibuz quieti fratr̄ q̄ vt dicit. 1. cor. 13. Charitas non querit q̄ sua sunt. Secūdā rationez ponit ibi. Noli cibo tuo rē. q̄ sumit ex ꝑte mortis xpi. videt em̄ parū appreciare mortē xpi qui ꝓ cibo fructū ei⁹ euacuare nō recusat. Unde dic Noli cibo tuo qđ tu sez ndifferenē comedis non discernendo cibos illū ꝑdere id est scādalizare: ꝓ quo id est, ꝓ cuius salute xps mortuus ē. 1. ꝑe. 3. Christ⁹ semel mortuus est iustus ꝓ iniustis. Dicit aūt illū ꝑdi qui scandalizatur: quia scandalū passiuuz sine p̄ccato, scandalizati ē non pōt. Ille em̄ scandalizat q̄ occasionē sumit ruine. 1. cor. 8. Peribit infirmus in tua cōscientia frater: ꝓ quo christus mortuus est. Tertiā rationē ponit ibi. Nō ergo blasphemet rē. que sumit ex donis spiritualis gratie. Et ꝓmo ondit in quenies qđ sequit cōtra huiusmodi dōa ex eo q̄ alios scandalizamus. Secūdo manifestat qđ dixerat ibi. Non em̄ rē. Tertio infert conclusionē intentam ibi. Itaqꝫ que pacis sunt sectemur rē. Circa primū considerandū est q̄ ex hoc q̄ aliqui indifferenē cibis vtebātur in primitiua ecclesia cū scandalo infirmoꝝ hoc inconueniens sequebat q̄ infirmi fidē xpi blasphemabāt dicentes eā vocz citatē cibo⁹ inducere cōtra legis mādatū. Et ideo aplus dicit exquo per dñm iesum factuz est q̄ nihil est cōe. nō ergo bonū nostrū id est fides vel gratia xpi per quā libertatē a ceremonijs consecuti estis blasphemetur ab infirmis dicētib⁹ eā gule hominuz indulgere. Jaco. 2. Xpi blasphemāt nomē bonū qđ inuocatū ē sup vos. ō hoc bono dicit in ps. Mihi adherere deo bonū est. Deinde cū dicit Non em̄ rē. manifestat qđ dixerat sez in quo bonum nostrū cōsistat. r primo ondit in quo nō consistat dicens: Non em̄ est regnū dei esca r potus. Regnū aūt dei dicitur hic id per qđ deus regnat in nobis r ꝙ quod ad regnum ipsius ꝙuenimus. de quo dicitur Mat. 6. Adueniat regnū tuum. Et mich. 4. Regnabit dñs sup eos in mōte syon. Deo aūt cōiungimur r subdimur ꝓ interiorē intellectū r affectū vt dicit Jo. 4. Spiritus est deus r eos qui adorāt eū in spiritu r veritate adorare oportz. Et inde est q̄ regnum dei principaliter considerat m̄ interiora hominis non m̄ exteriora. Unde dicit Luc. 17. Regnū dei intra vos est. Ea vero que sunt exteriora ad corpus ptinentia in tantū ad regnū dei ptinent in q̄tum p ea ordinatur vel deordinat interior affectus m̄ ea in quib⁹ ꝓncipaliter consistit regnū dei. Et ideo cū esca r pot⁹ ad corpus ptineant ipsa m̄ se nō ptinent ad regnum dei nisi m̄ q̄ eis vtimur vel ab eis abstinemus. Unde dicit. 1. cor. 8. Esca aūt nos nō cōmendat deo. Neq̄ em̄ si non manducauerimus deficiemus: neq̄ si manducauerimus abundabimus. ꝑtinet tamē vsus vel abstinentia escē et potus ad regnū dei in q̄tū affectus hominis circa hoc ordinat vel deordinat. Unde aug. dicit in libro de q̄stionibus euāgelij r habet hic in glo. Justificat sapientia a filijs suis qui intelligūt nō in abstinēdo nec in manducando esse iusticia sed in equanimitate tolerādi inopiā r in tēperātia nō se corrūpēdi ꝓ abundantiam atq̄ importunitatem sumendi. Non em̄ interest q̄stio vt in glo. dicit quid alimentoꝝ vel q̄ tū q̄s accipiat dūmodo id faciat ꝓ cōgruentia hominū cū quibus viuit r ꝑsone sue r ꝓ valitudinis siue necessitate sed q̄ta facultate r sueritate animi careat his. vel cū oportet vel cū necesse est his carere. Secundo ostendit in quo cōsistat bonū nostrū qđ regnum dei vocat dicēs. Sed regnū dei est iusticia r pax r gaudiū in spiritusancto. Et iusticia referat ad exteriora opera quib⁹? homo vnicuiq̄ reddit qđ suū est ad volūtatē huiusmodi opera faciendi vt dicit Mat. 6. primū querite regnū dei r iusticiā eius. Pax autē referat ad effect⁹ iusticie. Per hoc em̄ pax maxime perturbatur q̄ vnus homo nō exhibet alteri qđ ei debet. Unde dicit Esa. 32. Op⁹ iusticie pax. Gaudium autē referendū est ad modū quo sunt iusticie operā

deamus adimplere per q̄ xp̄ianoꝝ pacem cōseruem⁹ he. 12. Pacē seqmini ⁊ sanctimoniā ⁊c. Custodiam⁹ inuicez ea q̄ sunt edificationis id ē ea p q̄ inuicez nos edificemus id est bonū cōseruemus ⁊ in meli⁹ ꝓuocemur. 1. cor. 4. Ad edificationē ecclesie q̄rite vt abundetis. Nō q̄dez fi er si in iusticia ⁊ spūali gaudio vixerim⁹. ¶ Quartā ratio nem ponit ibi. Moli ꝓpt̄ escā ⁊c. q̄ sumit ex reuerētia di uinorum opez q̄bus hoc reuerētie debem⁹: vt ea q̄ deus operat nō debeamus destruere ꝓpter aliqđ cōmodū corꝑozale. Et hoc est qđ dic̄. Moli ꝓpt̄ escā q̄ ad corpis vtili tatem ꝑtinet destruere opus dei. Quod q̄dē nō intelligi tur de quocunqꝫ dei ope. Nā omnia q̄ in cibum hominis veniunt dei opera sunt sicut terre nascentia ⁊ animalium carnes q̄ sunt homibus in cibū a deo cōcessa vt patz geñ. primo. 19. Sed intelligitur de opere gratie quod in nob ipse specialiter operatur. Phil. 2. Deus em̄ est qui ope ratur in nobis velle ⁊ pficere ꝓ bona voluntate. Hoc igi tur opus dei non debem⁹ in primo destruere ꝓpter escā nostram: sicut facere videbant illi qui turbatione ⁊ scan dalo ꝓximorum indifferentibus vtebantur.

Lectio tertia.

Omnia quidē mūda sunt sed malum
o est homini qui per offendiculū man
ducat. Bonum est nō māducare car
nem ⁊ nō bibere vinū: neq̄ in quo frater tu⁹ offēditur aut scandalizaꝫ aut infirmaꝫ. Tu fidem quā habes penes temetipm habe co rā deo. Beat⁹ q̄ nō iudicat semetipz i eo qđ ꝓ bat. q̄ āt discernit: si manducauerit dānat⁹ ē: q̄ nō ex fid̄. oē āt qđ nō ē ex fide peccatū est

Postq̄ apostolus posuit rationē ad ostendēdu⁹ q̄ nō de bemus cū scandalo ꝓximoꝝ indifferenť sumere oīa: hic ostendit qualiť aliqui cibi possunt esse mūdi ⁊ mundi. et circa hoc duo facit. Primo ꝓponit q̄ sunt mūda ex sua na tura dicens: Omnia q̄dem q̄ scilicet ad escā hominis ꝑti neñ pñt mūda sūt. s. ex sui naꝫq̄ ex sui naꝫ. nō habēt q̄ aīam homis inq̄nent ꝑm illud. Mat. 15. Nō em̄ ne qđ i trat in os coinq̄nat hominem. 1. thi. 4. Omnis creatura dei bona. Licebanť autē in lege q̄dā īmunda nō natura sed significatione vt patet leuiť. 11. Sed ⁊ hanc īmunditi em xp̄s remouit implēdo veteris legis figuras. Unde dic tum est petro ac. 10. Quod deus purificauit tu ne com mune dixeris id est īmundū. Secūdo ibi. Sed maluz est homini ⁊c. Ostēdit qualiť aliq̄s cibus homini possit fie ri īmūdus vt sc̄z ex ei⁹ esu ꝑm animā inq̄neť. qđ q̄dē ostē dit fieri dupliciť. Primo ex eo q̄ aliq̄s cibū quēcunq̄ cū scādalo ꝓximoꝝ māducat. Secūdo ex eo q̄ cōtra conscē tiā māducat ibi. Beatus q̄ non iudicat ⁊c. Circa ꝑmū tria facit. Primo ostendit q̄d circa esum cibo⁹ sit malum dicēs: Licet omnia ex sui natura sint mūda sed tñ malum est homini q̄ māducat quēcunq̄ cibū ꝓ offendiculū id est cū confusione ⁊ scādalo ꝓximoꝝ. Mat. 19. Ue homini il li per quē scandalū venit. Secundo ostēdit quid circa hu iusmodi vsuz cibozū sit bonū dicēs: Bonū est nō māduca re carnē ⁊ nō bibere vinū. quoꝝ primū ꝑcipuū ē videť i ter cibos: secundū int̄ potus Et ab his quidem abstinere ponit bonū esse. vel ꝓpter carnis concupiscentiā edomā dam ꝑm illud eph. 5. Nolite inebriari vino in quo est lu xuria. Uel etiā vt homo reddať abilior ad spiritualia cō templāda ꝑm illud ecc. 2 Cogitaui a vino abstrahere car nem meā vt animū meū trāsferrē ad sapiētiā. Sed hoc nō intendit hic aplūs dicere sed q̄ bonū est his nō vti cū scā dalo ꝓximoꝝ. quod quidē apparet ex hoc qđ subdit. Ne ꝙ in quo frater tuus offendiť ⁊c. Quasi dicat. Non solū dico de vino ⁊ carnibus q̄ bonū est eis nō vti: sed quoc̄ q̄ alio cibo fraťr tuus offendiť id est turbať contra te q̄s illicite agentē ꝓ quod pax eius ꝙturbať aut scandalizatur id est ad casum peccati ꝓuocatur ꝓpter quod ledit ei⁹ iu stitia aut infirmať id est saltē in dubitationē venit vtrum hoc qđ agitur sit licitū ꝑ quod eius spirituale gaudiū di minuiť Unde ⁊ ipse aplūs dicit. 1. cor. 8. Si esca scanda lizat fratrē meū nō manducabo carnē in eternū ne fratrez meum scandalizem. Sed cū licitū sit his cibis vti si est ab his abstinendū ꝓpter hoc q̄ viteꝝ scādalum ꝓximoꝝ videtur pari ratiōe q̄ ab omnibus licitis q̄ nō sunt neces saria ad salutē sicut sunt necessaria iusticia pax ⁊ spiritua le gaudiū sit ꝓpter ꝓximoꝝ scandalū abstinendū. Et ita videtur q̄ homini nō liceat sua repetere cū scandalo ꝓxi mi. Sed dicendū est q̄ si scādalū ex īfirmitate vel ex igno rantia ꝓueniat eoꝝ qui ꝓpter hoc q̄ scandalizatur ad vitā dum hoc scandalū vebet homo a licitis abstinere si nō sūt necessaria ad salutē. Hoc em̄ est scandalū pusilloꝝ qđ do minus vitari iubet. Mat. 18. Uidete ne cōdemnetis vnū ex his pusillis. Si vero huiusmodi scandalū ex malicia ꝓ ueniat eoꝝ q̄ scandalizanť tale scādalū est quasi phariseo rū qđ dns Mat. 15 docuit esse ꝓtēnendū. Unde ad vitā dum huiusmodi scādalū nō oportet a licitꝫ abstinere. Sz tamē circa scandalū pusilloꝝ attendendū est q̄ ꝓpter illū vitandū teneť homo vsū licitorū differre quousqꝫ reddita ratione hoc scandalū amoueri possit. Si vero ratione red dita adhuc scandalū maneat: tūc nō videtur ex ignorantia vel ex infirmitate ꝓcedere sed ex malitia. ⁊ fic iā ꝙtinebit ad scandalū phariseoꝝ. Tertio excludit quādam excusa tionē. Posset em̄ aliquis dicere. Licet ꝓximus scanda lizetur de hoc q̄ indifferenť ego cibis vtoꝝ tamē ad ostēn sionē mee fidei ꝑ quā certū est hoc mihi licere volo indif ferenter cibis vti. Sed hanc responsionē excludēs aplūs dicit. Tu qui scilicet indifferenť cibis vteris fidez habes rectā apud temetipsum ꝑ quā constat licitū esse his cibis vti. Bona quidē ⁊ laudabilis est fides ista. sed habe eaz in occulto cozam deo cui talis fides placet. Ecc. 1. Bene placitū est deo fides ⁊ māsuetudo. Quasi dicat Nō opor tet q̄ fidem istā manifestes ꝑ operis executionez vbi hoc fit cū scandalo ꝓximoꝝ. Sed cōtra videtur esse qđ dicit s. 10. Corde creditꝫ ad iusticiā. oze autē cōfessio fit ad sa lutē. Non ergo videť q̄ sufficiat cozde solum cozā deo fi dem habere sed opoꝛ et huiusmodi fidem ꝓximo mani festare confitendo. Dicēdū est autē q̄ eoꝝ que sunt fidei quedam sunt que nō sunt ꝑfecte ꝑ ecclesiā manifestata si cut in ꝓmittua ecclesia nodū erat ꝑfecte declaratū apud homines q̄ illi qui erant ex iudeis conuersi non tenerent tur legalia obseruare. et sicut tpe augu. nodū erat ꝑ eccle siam declaratū q̄ anima nō esset ex traduce. Unde in hu iusmodi sufficit homini q̄ fidē habeat coram deo. nec opoꝛ tet q̄ fidem suā ꝓpalet cū scādalo ꝓximoꝝ nisi forte apō eos qui habent de fide determinare. Quedā vero sūt ad fidem ꝑtinentia ꝑ ecclesiam determinata. ⁊ in talib⁹ non sufficit fidem habere cozā deo. sed oportet q̄ coram ꝓxi mo fidem quis confiteať ꝙtum cunq̄ ex hoc aliquis scan dalizetur. quia veritas doctrine non est dimittenda ꝓpt scandalū. sicut nec xp̄s veritatē sue doctrine ꝓpter scan dalum phariseoꝝ dimisit. vt habeť Mat. 15. Sciendu etiam q̄ licet circa talia opoꝛteat q̄ homo fidem suā ma nifestet confessione verboꝝ. non tñ opoꝛtet q̄ eam mani festet executione operis: sicut si aliquis tenet fide vti ma trimonio esse licitū nō requiriť ab eo q̄ matrimonio vta tur ad fidei sue manifestationē. Et sic etiā nō requirebať ab eis qui rectā fidē habebant q̄ fidem suā vsu cibo⁹ ma nifestarent. Poterať em̄ manifestare verbotenus cōfiten do ¶ Deinde cū dicit. Beatus q̄ nō iudicat ⁊c. Ostendit quō cibo⁹ vsus efficiť aliquib⁹ īmundus ex eo q̄ est con

tra conscientiā. Et circa hoc tria facit. Ꝑrio ondit quid circa hoc sit bonū vt sc̄z ō eo qđ homo facit nō habeat cō scientiā remordentē. Unde dicit. Beat⁹ q̄ nō iudicat se metipsum id est cuius conscientia eū nō reꝓhendit vl̄ con demnat in eo qđ ꝓbat id est approbat esse faciendū Sed hoc est intelligendū si recta fide approbet aliq̄d esse faciē dum. Si autē falsa opinione approbat aliq̄d esse faciendz puta si arbitraꝫ obsequiū se ꝑstare deo de eo q̄ discipulos xp̄i interficit. vt dicit Joh̄. 16 Non excusať ex eo q̄ circa hoc nō iudicat semetipm. imo beatioz esset si circa hoc eū conscientia reꝓhenderet in ꝙtuz ꝑ hoc a peccato magis ꝓ hiberek. Sed in his q̄ sunt licita est intelligendum q̄ hic aplūs dicit. Hoc em̄ ad gloziam hominis ꝑtinet q̄ eū sua conscientia nō reꝓhendat. 2. cor. 1. Gloria nr̄a hec ē te stimoniū cōscientie nostre. Job. 27. Neq̄ em̄ reꝓhendit me coꝛ meū i omni vita mea. Secūdo ondit q̄d circa hoc sit malū vt sc̄z contra conscientiā agat. Ad̄ dicit. Qui āt discernit id est q̄ habet opinionē falsam q̄ oportuit cibos discernere si manducauerit scilicet cibos quos reputat es se illicitos damnatus est ex hoc q̄ ꝙtum in ipso est habet voluntatē faciendi qđ est illicitū ⁊ sic delinquit ꝓtio iu dicio cōdemnatus vt dicit titū. 3. ¶ Tertio assignat cau sam eius qđ dixerat dicēs: Quia non ex fide ideo scilicet condemnatus est. Potest autē hic fides dupliciť accipi. Uno modo ō fide q̄ ē virtus. Allo modo ꝑm q̄ fides dici tur conscientia. Et he due acceptiones non differunt ni si ꝑm differentiā priciaris ⁊ vniuersalis. Jd em̄ qđ vni uersaliter fide tenemus. puta vsum cibo⁹ esse licitū vl̄ il licitū cōscientia applicat ad opus qđ est factū vel faciēdū Dicitur ergo Jdeo eū q̄ māducat ⁊ discernit esse condem natū. q̄ hec nō est ex fide immo est cōtra fidē id est contra veritatem fidei ⁊ cōtra conscientiā facientis. he. 11. Sine fide ꝑ possibile est placere deo. Et q̄ hec sit sufficiens cau sa cōdēnatiōis ondit subdēs Omne āt qđ nō ē ex fide pec catū ē. Ex quo videť q̄ fic ōz i glo. ois vita infideliū pec catū sit: sic ois vita fideliū ē meritoria in ꝙtū ad dei gliaz ordinať ꝛz illū. 1. cor. 10. Sive manducatis sive bibitꝫ sive aliq̄d ali ud facitis. omnia in gloziā dei facite. Sed di cendū est q̄ aliter se habet fidelis ad bonuz ⁊ infidelis ad malum. Nam in homīe q̄ habet fidē formatā nihil est dā nationis vt. s. 8. dictū est. Sed in homine infideli cuz ifi delitate est bonū nature. Et ideo cū aliq̄s infidel ex dicta mine rationis aliq̄d bonū facit nō referendo ad malū finē non peccat. Non tñ opus eius est meritoriū: q̄z nō est gra tia informatū. ⁊ hoc est qđ in glo. dicit. Nihil bonuz est sine summo bono id est nullū bonū meritoriū est sine gra tia dei. ⁊ vbi deest agnitio vite eterne ⁊ cōmutabilis ve ritatis q̄ sc̄z est ꝑ fidem falsa virtus est in optimis mozib⁹ inq̄tū sc̄z nō referť ad fidē beatitudinis eñe. Cū ꝟo hō infidelis aliq̄d agit ex eo q̄ infidel est manifestū est q̄ pec cat. Unde in glo. 6z. Opus omne qđ nō est ex fide pecca tū est. sic est intelligendū. Omne qđ est cōtra fidē vl̄ con tra conscientiā peccatū ē. ⁊ si er genere suo bonū eē videa tur. puta si paganus ad honoꝛē suoꝝ deoꝝ virginitatem fuet vel elemosinā der. hoc ipso peccat. tit. 1. Coinq̄natis ⁊ infidelibus nihil mundū est. sz inq̄nate sunt eoꝝ ⁊ mēs ⁊ conscientia.

Incipit capitulū quintūdecimū.

Debemus aūt nos firmiozes ibecil
o litates infirmoꝝ sustinerē. ⁊ nō no
bis placerē. Unusq̄sq̄ vr̄m ꝓximo suo placeat i bonū: ad edificatiōz Etem̄ xp̄s nō sibi pla cuit. sz sicut scriptū ē. Impꝛoperia ipꝛoperā tiū tibi cecideꝛt sup me. Quecūq̄ ei scripta sunt ad nr̄az doctrinā scripta sunt. vt ꝑ patien tiā ⁊ cōsolationē scripturaꝝ spē habeam⁹ Deus aūt patiētie ⁊ solatii det vobis idipm sapere in alterutꝛ ꝑm ieſuz xp̄m: vt vnanimes [illegible] honorificetis deū ⁊ patrē dñi nr̄i ie su xp̄i. Ꝓpter qđ suscipite inuicem sicut ⁊ xp̄s suscepit vos in honorē dei. Dico ei xp̄m iesum ministꝛ fuisse circūcisionis ꝓpt veri tatē dei ad cōfirmādas ꝓmissiones patrū. gē tes aūt sup misericordia honorare deuz sicut scriptū est. Ꝓpterea cōfitebor tibi in gēti bus dñe: ⁊nomini tuo cātabo. Et iterū dicit Letami gētes cū plebe eius. Et iterū. Laū date oēs gētes dñm: ⁊ magnificate eū omēs ppli. Et rursus esaias ait. Et erit radix ieſſe ⁊ qui exurget regere gētes: in eū gentes spe rabūt. Deus aūt spei repleat vos omni gau dio ⁊ pace in credēdo vt abūdetꝫ in spe ⁊ vir tute spiritussancti.

Supra aplūs docuit q̄ maiozes debēt scādala īfirmoꝝ vi tare ꝟ docet q̄ maiozes debēt et infirmitates mīoꝝ susti nere. Et circa hoc duo facit. Ꝑrio ꝓponit admonitionē. Secdo manifestat eā ibi. Unusq̄sq̄ nr̄m ⁊c. Ista admoni tio duo cōtinet quoꝝ ꝑmū ꝑtinet ad exteriorē actū. Unde dicit Nō solū debem⁹ scādala īfirmoꝝ vitare sz et nos q̄ sumus firmiozes in fide debem⁹ sustinere ibecillitatē īfir moꝝ. Sicut em̄ in materiali edificio eligunť aliq̄ firmio ra ad sustinēdū totū edificij pōdus: qđ ex fragiliozi materia suppoñt. sic sunt fundamēta ⁊ colūne. ita et in spūali eccle edificio nō solū eligunť sz effuliunť aliq̄ firmiozes vt su stineāt pōdus alioꝝ. Un in ps 6z. Ego firmaui colūnas eius. Et gal'. 6. Alť alteri⁹ onera portate. Sustinent aūt firmiozes ibecillitates īfirmoꝝ dū eoꝝ defectus patiēter ferūt ⁊ ꝑ posse subleuare nituntť. Secm̄ aūt ꝑtinet ad in teriorē intētionē. Unde 6z. Et nō debemus nob placere ita sc̄z vt sp illō velim⁹ ꝓplere qđ nob placet ⁊ q̄ sunt nob vtilia. 1. cor. 10. Sic̄ ⁊ ego ꝓia oīb⁹ placeo. ¶ Deinde cū dicit Unusq̄sq̄ vr̄m ⁊c. māifestat ꝓpositā admonitio nē ⁊ ꝓmo ꝙtū ad sc̄az ꝑtē. Secdo ꝙtū ad ꝑmā ibi. Ꝓpz pter qđ suscipite inuicē ⁊c. Circa ꝑmū duo facit. Primo exp̄it qđ dixerat. Secdo rōez iducit ibi. Etenim xp̄s non sibi ⁊c. Dicit ergo ꝓmo Jta victū est q̄ nos nō debe⁹ nob placerē. Et hoc q̄dē ē q̄z vnusq̄sq̄ nr̄m q̄ sum⁹ firmiozes debet placere ꝓrio suo fīrmo id ē ꝺ sc̄ēdere ei i his q̄ ei placēt nō tñ in his q̄ mala sūt. sic Esa. 3. q̄dā reꝓhendit Dom̄ini nob placēcia ⁊c. Et ideo subdit. Jn bonū. Si milit et nō debem⁹ intēdere vt hōib⁹ placeam⁹ ꝓpt bu manū fauoꝛē vl̄ gl'iam cū in ps. 6z. Deꝰ dissipauit ossa eo rū q̄ hominib⁹ placēt. Sed ad honoꝛē dei ⁊ vtilitatē ꝓrio rum. Unde subdit. Ad edificationē .i. ꝓpt hoc q̄ aliozū volūtati cōdescēdētis ipi edificenť in fide ⁊ dilectiōe xp̄i s. 14. Que edificatiōis sunt ꝙuicē custodiam⁹. ¶ Dein de cū dicit. Etem̄ xp̄s ⁊c. assignat rōez eiꝰ qđ dixerat exē plo xp̄i. Et ꝓmo ꝑ pōit exēplū xp̄i. Secdo ondit ei⁹ exēplū eē nob imitādū ibi. Quecūq̄ scripta sūt ⁊c. Tertio sbiūgit ozōez vt id ꝙplere possim⁹ ibi. Deꝰ āt pacꝭ ⁊c. Circa ꝑmum duo facit. Ꝑrimo ꝓponit exemplū dicens: Dictuz est q̄ non debem⁹ nobis placere scilicet ꝑm nostrā ꝑuta tam voluntatē. Etem̄ xp̄s qui est caput nostꝛ nō sibi pla cuit dū elegit pati ꝑ nostra salutez ea que sue ꝓprie vo luntati erant cōtraria scilicet naturali voluntati huma

ñe vt impleret diuinā q̄ sibi ⁊ patri erat cōmunis. ſm illō Mat. 26. Non mea volūtas ſed tua fiat. Secūdo ad hoc auctoritatē inducit dicens. Sed ſicut ſcriptum eſt in pſ. ex ꝑſona xp̄i dicentis ad patrē. O pater iꝓperia iudeorum iꝓperantiū tibi id eſt te blaſphemantiū p̄ ſua mala opera. ⁊ p̄ hoc q̄ veritati tue doctrine contradicūt ceciderunt ſuper me: quia videlicet opprimere me voluerūt: q̄ voluntatē tuam eis ꝓponebā ⁊ eoꝝ mala opera redargue bam Jo. 15. Sed oderunt me ⁊ patrē meū. ¶Poteſt ⁊ hoc referri ad peccata totius hūani generis q̄ omnia peccata quodammodo ſunt iꝓperia dei in q̄tū p̄ ea lex dei cō temnitur Eſa. 1. Derelinquerūt dñm blaſphemauerūt ſā ctum iſrl. Sic ergo iꝓperia iꝓperantiū deo ceciderūt ſuper xp̄m in q̄tū ipſe p̄ peccatis omniū moꝛtuꝰ eſt. Eſa. 53. Deꝰ poſuit i eo iniq̄tatē omniū noſtrꝝ. 1. Pe. 2. Peccata noſtra ꝓtulit in corꝑe ſuo ſup lignū. ¶Deinde cuꝫ dicit Quecunq̄ enī ſcripta ſunt ⁊c. oſtendit q̄ hoc exemplū xp̄i ſit nobis imitandū dicens: Quecunq̄ enī ſcripta ſunt in ſacra ſcriptura: vel de xp̄o vl̄ de mēbris eius ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā. Nulla enī neceſſitas fuit hec ſcribere niſi ꝓp̄ nos vt ex his inſtruamur. 2. thi. 3. Omnis doctrina diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum ⁊ eruiendū ⁊c. Quid autē in ſcripturis ad noſtrā doctrinam cōtineat oſtendit ſubdens. Et p̄ patientiā ⁊ conſolationē ſcripturaꝝ id eſt quas ſcripture continēt. Continet enīm in ſacra ſcriptura patiētia ſanctoꝝ in malis ſuſtinendis. Jac. vltimo. Patiētiam iob audiſtis. Continet etiā in eis cōſolatio quā deus eis exhibuit ſm illud p̄ſ. Dedꝰ multitudinē doloꝝ meoꝝ in corde meo cōſolationes tue letificauerunt aiāmā meā. Et 1. ꝓpe. 1. dicit. Prenuncians eas que in xp̄o ſunt paſſiones. quod ꝓtinz ad patientiaz. ⁊ poſteriozes gloriaz q̄ ꝓtinet ad ꝓſolationē. Que autē fructū ex hac doctrina ſuſcipiamus oſtendit ſubdēs Spēm habeam⁹. Per hoc enim q̄ ex ſacra ſcriptura inſtruimur eos qui pacient ꝓpter deum tribulationes ſuſtinuerunt diuinitus cōſolatos fuiſſe ſpez accepim⁹ vt ⁊ ipſi cōſolemur ſi in ipſis fuerim⁹ patientes. Job. 13. Etſi occiderit me in ipſo ſperabo. ¶Deinde cū dicit. Deus autē patientie ⁊c. q̄ videbāt nimis arduū vt pur⁹ homo poſſit exemplū xp̄i imitari ſm illud Ecc. 2. Quid eſt homo vt ſequi poſſit regē factorem ſuū. ideo adhibet orationis ſuffragiū dicēs. ¶Deus autē patientie ſez patoꝝ. p̄ſ. Tu es patientia mea. Et ſolatij. i. qui ſpiritualē cōſolationez largiꝛ. 2. coꝛ. 1. Pater miſericordiaꝝ ⁊ deus totius cōſolationis det vobis a quo eſt omne datū optimū vt dicitur Jac. 1. Idipſum ſapere in alterutꝝ id eſt vt inuicē idē ſapiatis ⁊c. 2. coꝛ. vltimo. Idē ſapire. pacē habete. Nō q̄dem ſm conſenſum in peccatū: ſed ſm̄ ieſum xp̄m. ⁊c quo dicit ephe. 2. Ipſe eſt pax noſtra q̄ fecit vtraq̄ vnuꝫ Ut per hoc q̄ idez ſapitis vnanimes exiſtentes p̄ fidei ⁊ charitatis conſenſum ſm illud p̄ſ. ſm aliā lrāz. Qui habitare facit vnanimes in domo. Uno oze id ē vna oris cōfeſſione q̄ ex vnitate fidei ꝓcedit. 1. coꝛ. 1. Idipſum dicatis omnes. vt p̄ conformitate cordis ⁊ oris honorificetis deū omniū creatoꝛē. idipm̄ ēt exiſtentē patrē dñi nr̄i ieſu xp̄i p̄ quē nos ſibi in filios adoptauit. 1. reg. 2. Qui honorificauerit me honorificabo eū. Mal. 1. Si ego paꝛ vbi eſt honoꝛ meus. ¶Deinde cū dicit. Propter q̄ ſuſcipite inuicē. manifeſtat ꝑmā ꝓtē admonitionis. In qua dixerat q̄ firmiozes debēt ībecillitatē infirmoꝝ ſuſtinere. Et circa hoc duo facit. Primo reſumit admonitionē. Secūdo inducit rationē exemplo xp̄i ibi. Sicut ⁊ xp̄s ⁊c. Tertio ſubiungit oratiōnē ibi. Deus aūt ſpei ⁊c. Dicit ergo ꝓmo ꝓpter q̄ id eſt qz ea q̄ ſcripta ſūt ad noſtrā doctrinā ordinanꝛ ſez exempla xp̄i ⁊ aliozū ſanctoꝝ. conſequenter ſuſcipite inuicē ſm caritatis affectū vt ſez vnus ſuſtineat ea que ſunt alterius ſicut ⁊ vult ſe ſuſtineri ꝑtū caritas ꝑmittit. ⁊ vnus aliū etiā ſuſcipiat ad iuuandū ⁊ ꝓmouendū. ſ. 14. Infirmū in fide ſuſcipite. ¶Deinde cū dicit. Sicut ⁊ chriſtus ſuſcepit vos ⁊c. aſſignat ratiōez exemplo chriſti et primo ponit eius exemplum dicens: Sicut ⁊ chriſtus ſuſcepit vos ſcilicz in ſua ꝓfectione ⁊ cura. Eſa. 42. Ecce ſeruus meus ſuſcipiā eū. Luc. 1. Suſcepit iſrl̄ puerū ſuū recordar⁹ ē miſericordie ſue. Et hoc in honoꝛē dei in quē omnia referebat Jo. 8. Honorifico patrē meū ⁊ vos inhonoꝛaſtis me. Ex quo datur intelligi q̄ ⁊ nos inuicē debem⁹ ſuſcipere in his q̄ ꝓtinent ad honoꝛez dei. Secundo ibi. Dico enī xp̄m ⁊c. manifeſtat q̄ dixerat. ⁊ primo q̄dem q̄tū ad iudeos. Secūdo q̄tū ad gentiles ibi. Gentes aūt ⁊c. Dicit ergo ꝓmo dictum eſt q̄ xp̄s vos ſuſcepit q̄ eſtis congregati in vnitate fidei ex iudeis ⁊ gentilibus. Et hoc patet q̄tū ad vtroſq̄. Dico q̄ xp̄m miniſtrū fuiſſe circūciſionis. Eſt enī ipſe actor fidei q̄tum ad omnes ſm illud he. 12. Aſpicientes in actoꝛē fidei ⁊c Sed in ꝓpria perſona non exhibuit ſeipſum niſi iudeis ſm illud Mat. 15. Non ſū miſſus niſi ad oues q̄ perierūt domus iſrael. Eſa. 65. Nō audiet voꝛ eius foris. Et hoc quidē ꝓpter veritatē dei: vt ſez veritas dei ꝑmittētis cōprobaret. ſ. 3. Eſt autē deus verax. Unde ſubdit. Ad cōfirmandas ꝑmiſſiones patꝝ id eſt vt p̄ hoc implerentur ꝑmiſſiones patribus facte Luc. 1. Erexit coznu ſalut⁹ nobis in domo dauid pueri ſui ſicut locutus p̄ os ſanctoruꝫ 2. coꝛ. 1. Quotquot ſunt ꝑmiſſiones dei in illo ē. ¶Deinde cū dicit. Gentes autē ⁊c. ꝓtēdit etiā gentes ſuſcepturas a xp̄o. Et primo ꝓponit q̄d intendit. Secūdo cōfirmat p̄ auctoritatē ibi. Sicut ſcriptum eſt ⁊c. Dicit ergo. Ita dictū ē q̄ xp̄s ſuſcepit iudeos ꝓpter veritatē dei vt ꝑmiſſiones patrū implerentur. gentibus autē nō erant ꝓmiſſiones facte. Unde hoc nō habet locū q̄tū ad gētiles ſed ſunt ꝓpter miſericordiā ſuſcepti. Et hoc eſt q̄d dicit Gentes aūt debēt honozare deuz ſup miſericordia eis exhibita per xp̄m: q̄z licet eis p̄ſonaliter non ꝑdicauerit: ad eos tamē diſcipulos ſuos miſit qui in gentib⁹ miniſteriū predicationis exercuerunt. ſicut ipſe exercuerat in iudeis ſm illud Mat. vltimo. Euntes docete omnes gētes. Et ō hac miſericordia dicit in pſ. Miſericordia dñi plena ē terra. Luc. 1. Miſericordia eius a ꝓgenie in ꝓgenies timentibus eū ⁊c. Sic ergo aplūs couerſionē iudeoꝝ attribuit veritati diuine. conuerſionē gentiliū, diuine miſericordie. Contra q̄d videt eſſe q̄d dicit in pſ. Uniuerſe vie dñi miſericordia ⁊ veritas. Sed dicēdū eſt q̄ p̄ hoc q̄ aſcribit vocationē iudeoꝝ diuine veritati nō excludit miſericordiā: q̄z ⁊ aplūs ex iudeis natus dicit. 1. thi. 1. Miſericordiā conſecutus ſum. Et hoc ipſum miſericordie fuit q̄ deus patribus ꝓmiſſiones fecit de poſteriozuꝫ ſalute. Similiē ēt p̄ hoc q̄ vocationē gentiū aſcribit diuine miſericordie nō excludit totaliē diuinam ꝟitatē: q̄z hoc ipm ad diuinā ꝟitatē ꝓtinebat q̄ ꝓpoſitū ſuū de ſaluatiōe gētiū ſpleuit q̄d ad ep̄s 3. dicit apls eē ſacramētū abſcōditū a ſeculis in deo. Sed aliq̄s mod⁹ veritat⁹ ſ. ꝑ ipletiōe ꝓmiſſoꝝ ꝓſideraꝛ i vocatiōe iudeoꝝ. q̄ nō ꝓſideraꝛ i vocatione gētiū q̄b⁹ ꝓmiſſiones nō ſunt facte. ¶Deinde cū dicit. Sicut ſcriptū ē ⁊c. confirmat q̄d dixerat de puerſiōe gētium p̄ auctoritatē. Licz enī gētib⁹ nō fuerit re ꝓmiſſa vocatio ad fidē xp̄i nō tñ ex ꝓuiſo accidit: ſz fuit ꝓnūciata vaticinijs ꝓphaꝝ. Inducit aūt q̄tuoꝛ auctoritates quaꝝ ꝑma ꝓtinet gr̄aꝝ actiones xp̄i ad patrē. ꝑ puerſiōe gētiū ꝑ ipm̄ factā. Un̄ dicit. Sicē ſcriptū ē in pſ. ex ꝑſona xp̄i. 17. Conſtitues me in caput gentiū ⁊ ab inſurgētib⁹ ī me iudeis exaltab⁹ me o de⁹ ꝑ ego xp̄s ꝓfitebor tibi ꝓfeſſione gr̄aꝝ actiōis ī gētib⁹. i. ꝑ gētiū puerſiōe q̄ me facta ⁊ cātabo noua quadam mētis exultatione nomini tuo q̄d eſt manifeſtum eſt ſm illud Johan. 17. Manifeſtaui nomē tuū hominibus quos dediſti mihi. Uel aliter. Cōfitebor tibi in gentibus id eſt faciā q̄ tibi; gētes cōfiteanꝛ cōfeſſione fidei. pſ. Confiteanꝛ tibi populi deus confiteanꝛ tibi populi omnes. ⁊ nomini tuo cātabo id eſt faciā q̄ gentes cantent tibi canticū q̄d cōſiſtit in exultatiōe ſpūs renouati. pſ. Cantate dño canticū nouum. cātate dño oīs terra. Secunda auctoritas continet adunationē gentiū ⁊ iudeorum. Unde ſubdit. Et iterū dicit ſcriptura Eſa. 35. Letamini gentes cū plebe eius id eſt ſimul cōmunē exultationem aſſūmatis cū iudeis qui olim erāt plebs ei⁹. Eſa. 9. Letabunt coram te ſicut qui letanꝛ in meſſe. Jo. 10. Fiet vnū ouile ⁊ vnus paſtoꝛ. Noſtra aūt īra habet. Letamini cum hieruſalē ⁊ exultate in ea omnes q̄ diligitis eā. Tertia auctoritas continet deuotionē gentiū ad deum. Unde ſubdit. Et iterū ſcriptū eſt in pſ. Laudate omnes gentes dominū ſcilicet eius bonitatē cōfitentes. pſ. A ſolis oꝛtu vſq̄ ad occaſuꝫ laudabile nomē domini. Et omnes populi non ſolū populus iudeoꝝ magnificate eū id eſt credite magnū id eſt q̄ ſua magnitudine omnē laudē exceḋat. ecc. 43. Benedicētes dñm exaltate illū q̄tū poteſtis. maioꝛ eſt enī omni laude. Mal. 1. Ab oꝛtu ſolis vſq̄ ad occaſum magnū eſt nomē meū in gentibus. Quarta auctoritas continet reuerentiā gentiū ad xp̄m. Unde ſubdit. Et rurſus Eſaias ait. 11. Erit radix yeſſe. In quo ꝓnūciat xp̄i oꝛiginē ex dauid ſemine naſciturū. Yeſſe nāq̄ fuit pater dauid. Dicit ergo Erit radix yeſſe ex cui⁹ pullulatione xp̄s naſcet. Eſa. 11. Egredietur virga de radice yeſſe et flos ⁊c. Uel chriſt⁹ erit radix yeſſe: quia licet ex yeſſe p̄ceſſerit ſm carnis oꝛiginē tamē ſua virtute yeſſe ſuſtentauit ⁊ gratiam ei influxit. ſ. 11. Non tu radicē portas ſz radix te. ¶Deinde tangit xp̄i officiū ſubdens. Et qui exurget in tantā gratie excellentiā vt poſſit regere gētes eos diuino cultui ſubiugando quod nullus ante eū facere potuit. pſ. Dabo tibi gentes hereditatē tuā. Reges eos in virga ferrea. Ultimo ponit deuotionē gentiū ad chriſtum dicens. In eum gentes ſperabunt. vt ſcilicet per eū hereditatē celeſtis glozie conſequantur. 1. Pe. 1. Regenerauit nos in ſpem viuā per reſurrectionē ieſu chriſti ex mortuis. ¶Deinde cū dicit. Deꝰ autē ſpei ⁊c. ſubiungit oratiōnē dicens: dictū eſt q̄ in chriſtū gentes ſperabūt. Deus autē ſpei id ē qui nobis hanc ſpem infundit ſm illud pſ. Spes mea domine. Uel deus ſpei id eſt in quo ſperādum eſt repleat vos omni gaudio ſez ſpūali q̄d eſt de deo Mee. 8. Haudiū enī dñi eſt fortitudo vr̄a q̄ quā bō in ſeipſo ⁊ ad deū ⁊ ad ꝓximum eſt pacatus. pſ. Dar⁹ mīta diligentibus legē tuā dñe. In credendo. Quaſi dicat. Utcū hoc q̄ creditis etiā pacem ⁊ gaudiū habeatis que quidem ſunt caritatis effectus. ſm illud gal. 5. Fructus autem ſpūs ſunt caritas gaudiū par. Unde patet q̄ a deo qui eſt datoꝛ ſpei optat eis vt cū fide habeant caritatem per quā fides operat. vt gal. 5. Ne fides eoꝝ ſit ſterilis ⁊ moꝛtua: quia fides ſine operibus moꝛtua eſt. vt dicitur Jac. 2. Et vt ſic p̄ plenitudinē harū virtutū abūdet ꝓficiendo de bono in melius. nō ſolū i ſpe ſed etiā in virtute ſpiritusſancti id eſt in caritate que in coꝛdibus noſtris diffundit⁹ per ſpiritūſanctū vt. ſ. 5. dictū ē. 2. coꝛ. 9. Potēs eſt aūt dñs omnē gratiā abūdare facere in vobis.

Lectio ſecunda.

Certus ſuz autem fratres mei ⁊ ego ipſe de vobis: q̄m ⁊ ipſi pleni eſtis dilectiōe. repleti omni ſcientia. ita vt poſſitis alterutꝝ monere. Audacius aūt ſcripſi vobis fratres ex ꝑte. tanq̄ ī memoriā vos reducēs ꝓpter gratiā q̄ data ēmihi a deo vt ſim miniſter xp̄i ieſu in gētibus ſanctificans euāgeliū dei: vt fiat oblatio gentiū accepta ⁊ ſanctificata in ſpiritu ſancto. Habeo igitur gloriā in xp̄o ieſu ad deū. Non enī audeo aliquid loqui eoꝝ que p̄ me nō efficit xp̄s ī obedientiā gentiū in verbo ⁊ factis in virtute ſignoꝝ ⁊ ꝓdigioꝝ in virtute ſpūſſancti. ita vt ab hieruſalē p̄ circuitū vſq̄ ad illiricū repleuerim euāgeliū xp̄i. Sic autē ꝓdicaui euāgeliū hoc. nō vbi nominatus eſt xp̄s ne ſup alienū fundamentū edificarē: ſed ſicut ſcriptū ē Un̄ quibus nō ē annūciatū de eo videbūt: ⁊ qui nō audierūt de eo intelligent.

Poſt q̄ apoſtolus generalibus āmonitionibus romanos inſtruxerat: hic intipit eis quedā familiaria ſcribere. Et primo quedā pertinentia ad ſeipſum. Secundo quedam pertinentia ad alios. 16. cap. ibi. Cōmēdo autē vob⁹ phēben ⁊c. Circa primū tria facit. Primo excuſat preſūptionem de hoc q̄ eos inſtruxerat ⁊ reprehenderat. Secūdo excuſat ſuā tarditatez circa viſitationē eoꝝ ibi. Propter quod plurimū impediebar. Tertio petit ſuffragia orationum ipſoꝝ ibi. Obſecro autē vos fratres ⁊c. Et circa p̄mum duo facit. Primo excludit oppoſitā cauſam inſtruēndi et arguēdi eos. Secundo aſſignat veꝝ cauſā ibi. Audacius enī ſcripſi ⁊c. Circa primū conſider andū eſt q̄ ali quis poſſet credere apoſtolū ideo ſcripſiſſe romanis quia eſtimaret nullū eſſe apud romanos qui poſſet inſtruere ⁊ coꝛrigere. Sed hoc ipſe excludit dicens. Certus ſum enī fratres mei p̄ ea que de vobis audiui q̄m idonei eſtis ad admonendū qui inter vos admonitiōe indigent. Ad hoc autē vt aliquis recte admoneat duo requiruñ. quoꝝ ꝑmum eſt vt nō ex odio vel ira ſed ex dilectiōe moneat. Ps illud pſ. Coꝛripiet me iuſtus in miſericordia. Et gal. 6. Vos qui ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis. Et q̄tum ad hoc dicit. q̄m ⁊ ipſi pleni eſtis dilectiōe. Eze. 10. Imple manū tuā ꝑunis ignis q̄ fuit īter cherubin qui eſt ignis caritatis. Secundo requirit ſcientia veritatis eo q̄ quidā habent zelū dei in coꝛrigendo ſz nō ſm ſcientiā vt. ſ. 10. dictū eſt. Et ideo ſubdit. Repleti omni ſcientia ſcilicet ⁊ humana ⁊ diuina ⁊ veteris ⁊ noue legis. 1. coꝛ. 1. In omnibus diuites facti eſtis in illo in omni verbo ⁊ in omni ſcientia. Et ex hoc ꝓcludit ſic. Ita vt poſſitis cōuenienter ꝓpter dilectionē ⁊ ſcientiā alterutrum monere. Quia enī in multis offendimus omnes vt dicit Jac. 3. Oꝛtet vt inuicē moneamus: q̄z vt dicit eccl. 17. Uni cuiq̄ mādauit de⁹ de ꝓximo ſuo. ¶Deinde cū dicit Audacius ⁊c. aſſignat veꝝ cauſaz quare eos ammonuerat ⁊ coꝛexerat. Et circa hoc duo facit. Primo oſtendit q̄ hoc ꝓtinebat ad auctoritatē apoſtolat⁹ ſibi cōmiſſam. Secūdo oſtendit qualiter hac poteſtate vſus fuerit ibi. Habeo igit gloriā ⁊c. Dicit ergo Audacius autē id eſt ſecurius ſcripſi vobis errores ⁊ defectus vr̄os arguendo. q̄d q̄dē ad audacie ꝓſumptionē poſſet aſcribi. ꝓp̄ hoc q̄ offenſionē vr̄am nō timui. Job. 39. Audacē in bellū current. armatis. Sed hec ꝓſumptio excuſat ex trib⁹. Primo q̄dē ex ꝓditiōe eoꝝ q̄b⁹ ſcribebat q̄z ⁊ ſi inēquitia ī nos eſſent aliq̄ reſpectu quoꝝ talis reprehēſio audax ⁊ ꝓſumptuoſa vt̄ereꝛ. erant tñ aliq̄ q̄ indigebāt vera reꝓ

hensione propter contentionum insolentiam. ritū. primo
Increpa illos dure. Et hoc est quod dicit. Ex pte. Quasi
dicat Nō videt mea scriptura esse audax tm ad oēs
vos: sed tm ad partem aliquā vestrū. Vel potest intel
ligi ex pte epistole in q̄ eos reph̄ēdit. Pōt intelligi et ex
parte ecclesie que scilicet mecū est. Sedo excusat p̄dicta
audacia ex intentione apostoli. Nō em̄ scripsit eis tanq̄
instruens ignorantes sed in memoriā eos reducēs cogni
tos. Et hoc est quod subdit. Tanq̄ in memoriā vos re
ducens quasi oblitos eos que sciebat: sicut et phil. 4. di
citur. Occupati autē eratis. heb. x. Rememoramini pri
stinos dies in quibus illuminati magnū certamē sustinu
stis passionū. Tertio excusatur ex auctoritate apostoli q̄
hoc requirebat. Unde subdit. Per gratiā scilicet aposto
latus mihi cōmissi. 1. cor. 15. Gratia dei sum id q̄ sum.
Huius autē gratie primo describit auctoritatē cum dicit.
Que data est mihi a deo. Quasi diceret. Nō ab homini
bus. gal. 1. Paulus apostolus nō ab hominibus: neq; p
hominē. Secundo specificat istam gratiā cū dicit. Ut sim
minister christi iesu in gentibus id est vt seruā xp̄o in gē
tium cōuersione. 1. cor. 4. Sic nos existimet homo vt mi
nistros christi supra. xi. Quamdiu sum gentiū apostolus
ministerū meum honorificabo. ¶ Tertio ostēdit huius
actū cum dicit. Sanctificans euangeliū dei id est sanctū
esse ostendens et verbo et opere bone cōuersationis et mi
raculorum. col. primo. In verbo veritatis euāgelij quod
peruenit ad vos sicut et in vniuerso mundo est et fructifi
cat et crescit. prouer. 8. Recti sunt sermōes mei. Quar
to ponit finē huius gratie cum dicit. Ut fiat oblatio gen
tium id est gentes per meū ministeriū cōuerse. In quo q̄
si quoddā sacrificium et oblationez deo obtuli cōm illud
phil. 2. Et si immoloz super sacrificiū et obsequiū fidei ve
stre gaudeo et congratuloz omnibus vobis. Fiat accepta
scilicet deo per rectitudinē. p̄s. Tunc acceptabis sacrifi
cium iusticie oblationes et holocausta. Et sanctificata in
spiritusancto id est per caritatē et alia spiritussancti dona
1. cor. 6. Sanctificati estis in nomine domini nostri iesu
christi et in spiritu dei nr̄i. ¶ Deinde cū dicit. Habeo igi
tur gloriam tm. ostendit quomodo auctoritate apostolica
fuerat vsus. Et primo ponit fructū quem fecit. Secundo
ostendit huius fructus magnitudinē ibi. Ita vt tm. Tertio
ostendit difficultatē ibi. Sic autē predicaui tm. Circa pri
mum tria facit. Primo dat gloriā deo de fructu quē fecit
dicens. Igitur quia talē gratiā accepi et diligenter execu
tus sum id ad quod mihi hec gratia data est: habeo glori
am sicut fidelis minister. 1. cor. 9. Melius est mihi mori
q̄ vt gloriā meā q̄s euacuet Sed hāc gloriā nō mihi prin
cipaliter attribuo: sed eā habeo in christo iesu id est per te
sum christū cuius virtute fructificare potui. Jo. 15. Sine
me nihil potestis facere. Et quia christo oīa tradita sunt
a patre vt dicit Mat. 11. Et pater in eo manens ipse facit
opera. Jo. 14. Ideo vlterius hanc gloriā refert ad patrē
dicens: Ad deū scilicet patrē. p̄s. Non nobis domine nō
nobis sed nomini tuo da gloriā. Assignat autē rationem
eius quod dixerat subdens. Non enim audeo loqui aliq̄d
eorum que per me non efficit christus. Quasi dicat. Nihil
referā de fructu p me facto q̄ p me factū nō sit. Alio
quin gloriaz non haberem apud deū et si apud homines
Que quidē refero nō tanq̄ per me principaliter facta: sz
sicut que p̄ me christus fecit. Et ideo hanc gloriam vi
p̄ me habere in christo iesu. Esa. 26. Omnia opera no
stra operatus est in nobis. Secundo ponit ipsum fructuz
dicens. In obedientiam gentium. Quasi dicat. Gloria
mea hec est, quo eo q̄ feci gētes fidei obedire. supra primo
Ad obediendum fidei in omnibus gentibus. psalmista.
In auditu auris obediuit mihi. Tertio ostendit quemo
do gentes ad hanc obedientiā adduxerit. Quia autem
supra. x. dictum est fides ex auditu: auditus autē per ver
bum christi. Primo dicit in verbo id est per verbum pre
dicationis fidei. Argumenta autem fidei predicate: sunt
bona conuersatio predicantis. et tm ad hoc subdit. Et
factis. quasi scilicet per recta opera vos ad fidem allexi.
Mat. 5. Videant opera vestra tc. Et opera miraculoz
quibus deus dat testimonium doctrine predicate sm il
lud Marci vltimo. Domino cooperante et sermonem cō
firmante sequentibus signis. Unde subdit. In virtute si
gnorum id est miraculorum minorū puta sanatiōes egri
tudinū. Et prodigioz id est maiorum miraculorū que ex
sua magnitudine aliq̄d magni portēdunt id est ostendūt
Sed hoc totū non sufficeret, nisi spiritussanctus intus coz
da audiētiū ad fidem cōmoueret. Unde dicitur act. x. q̄
loquente petro verba fidei cecidit spiritussanctus sup om
nes qui audiebant illū. Et ideo subdit. In virtute spiri
tussancti. heb. 2. Contestāte deo signis et prodigijs et va
rijs spiritussancti distributionibus. ¶ Deinde cum dicit
Ita vt ab hierusalem tc. ostendit magnitudinē fructū ex
multitudine locorū in quibus predicauit dicēs: Ita vt in
cipiens ab hierusalem vbi in principio fue conuersionis
predicauit in synagogis iudeoz vt dicitur act. 9. vt sic im
pleret qd̄ dicitur Esa. 2 De syon exibit lex et verbuz do
mini de hierusalē. Usq; ad illiricū quod est mare adriati
cum ex parte opposita ytalie repleuerim euangelū chri
sti id est omnia illa loca repleui predicatiōe euāgelij. Et
ne aliquis intelligat q̄ solum vadēs per rectā viaz a hie
rusalem in illiricū predicauerit euangeliū addit Per cir
cuitum. quia scilicet gentibus circumquaq; predicauit et
eas ad fidem cōuertit. Unde sibi potest cōpetere quod di
citur Job. 38. Quis dedit vehementissimo ymbri cursū
¶ Deinde cū dicit. Sic autē predicaui tc. ostendit diffi
cultatem hunc fructū faciendi. Difficile enim est omnino
ignaros ad fidē conuertere Primo igitur difficultatez se
passum ostendit dicens. Sic autē predicaui euangelium
non vbi nominatus est christus id est non apud illos q̄ no
men christi audierant. p̄s. Populus quē non cognoui
seruiuit mihi. Esa. 55. Ecce gentes quas nesciebas vo
cabis et gentes q̄ te non cognouerunt ad te currēt. Sub
dit autem rationē dicens. Ne super alienum fundamen
tum edificarē. Potest autē alienum fundamentū dupli
citer intelligi. Uno modo doctrina heretica que est aliena
a vere fidei fundamēto. Et sic hoc quod dicit. Ne. pōtur
causaliter. Ea enim intentione apostolus voluit predica
re illis qui nomen christi non audierant ne si preuenti es
sent a doctrina pseudo apostoloz. difficilius esset eos ad
veritatē reducere. Unde Mat. 7. dicitur. Stult⁹ est qui
edificat domū suam super harenam cui comparatur falsa
doctrina. Alio modo per alienū fundamentū potest intel
ligi doctrina vere fidei ab alijs predicata. et sic potest su
mi ly ne consecutiue. Non enim vitauit apostolus predi
care illis quibus ante fuerat ab alijs predicatuz. sic ipsis
romanis specialiter predicauit quos prius petrus instru
xerat: sed eo predicāte illis qui nihil de christo audierāt
consecutum est vt non edificaret super alienū fundamen
tum sed ipse iaceret prima fidei fundamenta sm illud. 1.
cor. 3. Ut sapiēs architectus fundamentū posui. ¶ Se
cundo ad hoc quod dixerat auctoritatem inducit dicens:
Sicut scriptum est Esa. 2. Quoniam quibus non est an
nunciatum de eo videbunt et qui non audierunt contem
plati sunt. In quibus verbis propheta videtur predicere
qm̄ gētes excellētioz mō ad cognitiōez dei eēnt puēturi
q̄ iudei q̄ aīs cognouerāt. ostēdit q̄ primo excellētia q̄tū ad

causam cognitionis que scilicet duplex est: scilicet verba
audituz res vise. Hij ei duo sensus sunt disciplinabiles.
Judei ergo in noticiam misterioz xp̄i quenerunt per ver
ba annūciata eis a pphetis. i. Pe. 1. Prophete q̄ de fu
tura in vobis gratia pphetauerūt scrutātes in q̄s vl qua
le tpo significaret i eis spūs xp̄i p̄nūcias eas q̄ in xp̄o sunt
passiones et posteriores glorias. Sed gētiles huiusmodi
xp̄i misteria ia realiter ipleta vidēt ideo dicit: Aīs gentes
q̄bus nō est annūciatū p pphetas de eo id est de xp̄o sicut
fuit ānunciatū iudeis videbūt res ia impletas. Luc. 10.
Multi reges et pphete voluerunt videre q̄ videris et nō
viderunt. Secundo ostendit excellentia q̄tū ad modum
cognoscendi q̄ iudei ex annūciatiōe pphetaz solum au
ditum habebant. Abdie. 1. Auditum audiuimus a domi
no legatos ad gentes miss̄t. Sed gentiles ex visione intel
lectum perceperunt: Unde dicit. Et gentiles scilicet qui
ante nō audierunt p̄nūciari xp̄m p pphetas intelligent
scilicet fidei veritatē. p̄s. Et nunc reges intelligite tc.

Lectio tertia.

Ropter quod impediebar plurimū
{p vēire ad vos et phibit⁹ sum vsq; ad-
huc. Nunc vero vlteri⁹ locum nō ha
bēs in his regiōib⁹. cupiditatē āt habēs ve
niendi ad vos ex mltis iā p̄cedētib⁹ annis:
cū in hispaniā p̄ficisci cepero: spero q̄ pteri
ens videā vos et a vobis deducar illuc: si vo
bis p̄mū ex pte fruit⁹ fuero. Nunc igit̄ p̄fici
scar in hierlm ministrare sanctis. Probaue
runt em̄ macedonia et achaia collationez ali
quā facere i paupes sanctorū q̄ sunt in hieru
salē. Placuit em̄ eis et debitores sunt eorum
Nā si spūaliū eoz ptices facti sunt gētiles
debēt et in carnalibus ministrare eis. Hoc igi
tur cū cōsumauero et assignauero eis fructū
hunc: p vos p̄ficiscar in hispaniā. Scio autē
q̄m veniēs ad vos: in abūdātia bñdictionis
xp̄i veniā. Obsecro ergo vos fratres p dñm
nr̄m iesum xp̄m et p charitatē sanctispiritus
vt adiuuetis me i oratiōib⁹ vr̄is p me ad de
um. vt liberer ab infidelib⁹ q̄ sunt in iudea:
et obsequii mei oblatio accepta fiet in hier'lm
sctis. vt veniā ad vos in gaudio p voluntatē
dei vt refrigerer vobiscū. Deus aūt pacis sit
cum omnibus vobis Amen.

Postq̄a plus excusault se de p̄sumptiōe q̄ ei potuisset as
scribi ex hoc q̄ romāos instruxerat et coexerat: hic se ex
cusat q̄ eos visitaī distulerat. Et circa hoc tria facē. Primo
pōt impedimentū visitatiōis pteritū. Secō pōt visitādi p
positū ibi. Nūc vero vlteri⁹ tc. Tertio p̄mittit visitatio
nis fructū ibi. Scio aūt tc. Dicit ergo primo. Dictū est p
dicaui euāgeliū p multa loca in quib⁹ xp̄s nō fuerat nomi
natus. propter qd̄ hactenus impediebar plurimuz ex hu
iusmodi occupatione venire ad vos. Et istud impedimen
tū vsq; nunc durauit: Unde subdit. Et p̄hibit⁹ sum vsq;
adhuc. Quod quidē pōt referri ad multitudinē occupa
tionū quas in alijs locis habuerat. Vel etiā ad diuinā p
uidentiā p quā apli impediebant ne pueniret ad quosdam
et dirigebant in salutē alios. Sm illō act. 16. Transeūtes
frigiā et galathie regionē vetati sum⁹ a spūsancto loq̄ ver
bū in asia. Unde et supra primo dictum est. Sepe pposui
venire ad vos et phibitus sum vsq; adhuc. Et hoc est qd̄
dicitur. Job. 37. de nubibus p quas p̄dicatores itelligūtur.
Luitrant cuncta p circuitū quocūq; eos volūtas gu
bernātis duxerit. ¶ Deinde cū dicit. Nūc vero vlteri⁹ tc.
manifestat, ppositū suū de eoz visitatiōe. et primo, pmit
tit eis suā visitationē Secūdo assignat causaz quare opor
teat eaz differre ibi. Nunc igit̄ p̄ficiscar tc. Tertio assig
nat eis visitatiōis terminū ibi. Hoc igit̄ cū consumauero tc.
Dicit ergo p̄mo. Ita vsq; modo sum, phibit⁹ nunc vero
iam peragratis omnibus his locis vlteri⁹ nō habēs locū
id est necessitatē pmanēdi in his regionib⁹ in quib⁹ iam
p me fundata est fides. cupiditatē habēs veniēdi ad vos
ex mltis ia p̄cedentib⁹ annis. Sm illud. 3. 1. Desidero ei
videre vos vt aliq̄d impriar vobis gr̄e spiritalis cū in hi
spaniā p̄ficisci cepero quo scilicet ire intēdebat vt etiā ex
tremis tere fundam ēta fidei collocaret. Sm illō Esa. 49.
Dedi te in lucē gentiū vt sis salus mea vsq; ad extremuz
terre. Spero q̄ pteriens videbo vos. p quod dat intelli
gere q̄ nō itēdebat ad eos p̄cipalit ire q̄ reputabat eis
sufficere doctrinā petri qui primus inē aplos romanis fidē
p̄dicauit. Et q̄ tunc romani dominabāt in toto occiden
te: eoz auxilio et ducatu se sperabat in hispaniam p̄ficisci:
Unde subdit. Et a vobis deducar illuc. Intēdebat tamē
aliquam moram apud eos contrahere: Unde subdit. Si
vobis fruitus fuero id est cōsolat⁹. Sm illud quod supra
p̄dictū est. Simul consolari in vobis. et hoc ex pte i cī
licet temporis quia per aliquod tempus intēdebat cū eis
consolari. Sed contra est q̄d aug. dicit in libro de doctri
na xp̄iana q̄ illis solis rebus fruendum est que nos bea
tos faciunt scilicet patre filio et spiritusancto. Inconueni
enter ergo dicit se fruitur esse romanis. Sed dicendus ē
q̄ sicut augusti. dicit ibidem homine in se nō esse fruen
dum sed in deo. Sm illud ad philo. 1. Ita frater ego te fru
ar in domino quod est delectari in homine ppter deum.
Et sic intelligendū ē quod dicit. Si fuero fruit⁹ vobis sci
licet i deo. Vel quod dicit. ex pte. potest referri ad bonos
quibus poterat frui in deo. Ram alia parte scilicet malis
nō poterat frui sed magis de eis dolere sicut dicit. 2. cor.
8. Ne cū venero humiliet me deꝰ apud vos et lugeā mul
tos ex his qui ante peccauerūt. ¶ Deinde cuz dicit. Nūc
igitur proficiscar. assignat causam quare differebat visita
tionem. et circa hoc tria facit. Primo ponit causaz dicēs
Nunc igitur p̄ficiscar id est ideo nō statim venio ad vos
quia proficiscor hierusalē ministrare sanctis. Circa quod
sciendum est q̄ sicut legitur actuuz. 4. illi qui ex iudeis a
principio conuertebantur ad fidem venditis possessioni
bus suis de precio cōmuniter viuebant. quod cū defeciss̄
maxime quadam magna fame iminente vt legitur act. 11.
discipuli scilicet xp̄iani ex diuersis partib⁹ mundi prout
quisq; habebat proposuerunt singuli in ministerium mit
tere habitantibus in iudea fratribus quod et fecerunt: mit
tentes ad seniores per manus barnabe et sauli. Muniste
rium igitur sanctoz hic dicit ecclesiā quā fidelibus chri
sti attulit in hierusalē sm illud. 1. cor. vltimo. Quos p
baueritis hos mittā perferre gratiā vestram in hierusalē
q̄ si dignū fuerit vt et ego eam: mecum ibunt. Secundo
exponit quod dixerat de ministerio sanctoz dicens: Pro
bauerunt enim id est approbauerunt macedoniā achaia
id est fideles vtriusq; regionis per eum conuersi collectio
nem aliquā facere id est aliquā collectaz in pauperes xp̄i
id est ad vsuz pauperum qui sunt de numero sanctoz sm
illud eccles. 12. Da iusto et nō recipias pecōr. Qui sunt
in hierusalem in paupertate viuentes. 2. cor. 9. De minī
sterio q̄d fit i scōs ex abūdāti ē mihi scribere vob. Scio eī

promptū animū vestrū pro quo de vobis glorior apō macedones. Tertio assignat rationes dictoꝝ quoꝝ prima ē beneplacitū. Unde dicit. Placuit eī illis. 2. cor. 9. Uᵇ quisq; put destinauit i corde suo nō ex tristitia aut ex necessitate. Secūda causa est debitū. Unde subdit. Et debitores sunt eoꝝ. ꝯ. 13. Reddite omnibus debita. Rationē autē debiti assignat dicēs: Mā si gentiles facti sunt participes bonoꝝ spūaliuꝝ que erāt specialiē eoꝝ id est iudeorum scilicet noticie diuine ⁊ ꝓmissionū ⁊ gratie ꝑm illud supra. 9. Quoꝝ ē adoptio filioꝝ dei ⁊ glā ⁊c. ⁊ supra. 11. Socius radicis ⁊ pinguedinis olive factus es. Sunt etiam facti participes spiritualiuꝝ eoꝝ ꝙ hoc ꝙ illi p̄dicatores eis miserunt debēt ⁊ in carnalibus ministrare eis. Fꝫ illud ecc. 14. In diuisione sortis dā ⁊ accipe. Et p̄s. Sumite psalmū id est spiritualia. ⁊ date tympanū id est temporalia. Et ex hoc sumit argumentū ꝙ debent sumptus non solū illis qui p̄dicant sed etiā qui p̄dicatores mittunt

Hic aplus ponit necessitatẽ effectus resurrectionis ab ipa causa progredientis. Et circa hoc duo ponit correspondẽtia duobus que posuerat in progressu effectũ ab ipa causa. Primũ fuit generale omniũ scilicet q̃ mortui resurgẽt incorrupti. Et ideo primo ꝫtum ad hoc dic. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionẽ. Scõm fuit speciale aplis et bonis scilicet Et nos ĩmutabimur. ⁊ ideo secũdo ꝫtum ad hoc dicit. Et mortale hoc induere ĩmortalitatẽ quia enim corruptibile opponit incorruptibili ⁊ in statu p̃sentis vite subijcimur corruptioni. Ideo dicit q̃ cũ resurgemus oportet hoc corruptibile ⁊c. necessitate scilicet congruentie. Et hoc propter tria. Primo propter completionẽ hũane nature. Hã sic etiã dic̃ aug. aia q̃diu est separata a corpore est imperfecta non habens perfectionem sue nature. et ideo non est in tanta beatitudine separata existens in ꝫta erit corpori vnita in resurrectione. Et ergo p̃fruatur beatitudĩe perfecta. oportet corruptibile hoc id est corpus induere vt ornamẽtũ incorruptionẽ vt vlterius aliquatenus non ledatur moztale. Secũdo ꝓpt̃ exigentiam diuine iustitie vt scilicet illi qui bona fecerũt seu mala in corpore premientur vel puniantur: etiam in ipsis corporibus. Tertio ꝓpter conformitatem mẽbroꝝ ad caput. vt sicut x̃ps resurrexit a mortuis per gloriã patr̃: ita et nos in nouitate vite ambulemus. Ro.6. ¶ Notanduꝫ autem q̃ ipsam incorruptionẽ seu ĩmortalitatẽ assimilat vestimento cũ dicit. induere. vestimentũ enim adest vestito et abest manente eadem numero substantia vestiti. vt p̃ hoc ostendat q̃ corpora eadem numero resurgant ⁊ idem homines idem numero erunt in statu incorruptionis et ĩmortalitatis in quo sunt modo. Unde ex hoc excludit error dicentiũ q̃ corpora non resurgent eadẽ numero. Unde et signanter dicit. Oportet corruptibile hoc scilicꝫ corpus. Nam anima nõ est corruptibil̃. Excludit etiaꝫ errorem dicentium q̃ corpora glorificata nõ erũt eadem cũ istis ꝫ celestia. et de isto modo simile habetur.2.coꝝ.5. Haꝫ in hoc ingemiscimus ⁊c. Esa.52. Induere vestimẽtis glie tue Job.40. Circũda tibi decorẽ ⁊c. ¶ Sed contra hoc est quia videtur ipossibile q̃ corruptibile hoc induat incorruptionẽ id est q̃ corpora resurgant eadez numero. qz impossibile est ea que differunt genere vel specie esse eadem numero. sed corruptibile et incorruptibile nõ solum differunt specie sed genere. Ergo impossibile est q̃ corpora resurgentiũ sint incorruptibilia ⁊ remaneãt eadem numero. Preterea philosophus dicit q̃ ipossibile est q̃ illa quorum substantia corruptibilis mota est reintegrentẽ eadem numero. sed eadẽ specie. substantia aũt corporum humanorum est corruptibilis. ergo impossibile est reintegrari eadem numero. Respondeo dicendũ est ad primuꝫ q̃ vnumq̃q̃ consequitur genus ⁊ speciẽ ex sua natura ⁊ nõ ex aliquo alio extrinseco sue nature et ideo dico q̃ si resurrectio corporum futura esset ex principijs nature corporꝝ impossibile esset q̃ corpora resurgerent eadem numero. Sed dico q̃ incorruptio corporꝝ resurgentiuꝫ habitur ab alio principio ꝫ a natura ipsorum corporum scilicet a gloria anime ex cuius beatitudine ⁊ incorruptione tota beatitudo et incorruptio corporum deriuabit̃. Sic̃ ergo eiusdem nature et idẽ numero est liberũ arbitriũ modo nũ est volubile ad vtrũq̃ ptẽ ⁊ cũ erit firmatũ in fine vltimo. ita et eiusdem nature ⁊ idẽ numero erit corpus quod modo ẽ corruptibile. et tunc qñ per liberũ arbitriũ firmatũ erit p̃ gloriam anime erit incorruptibile. ¶ Ad secundũ dicendum q̃ ratio philosophi procedit contra illos qui ponebãt omnia in istis inferioribus causari ex motu corporꝝ celestium et q̃ revolutis eisdem revolutionibus corpora superiorum sequebantur eidez effectus numero qui aliquãdo fuerant. Unde dicebant q̃ adhuc plato idem numero leget athenis ⁊ q̃ habebit easdem scholas et eosdẽ audito res quos habuit. Et ideo pbus contra eosdẽ arguit. q̃ licet idem celũ numero ⁊ idem sol sit in in eisdez revolutionibus: tamen effectus qui inde pueniunt non consequũr idẽtitatẽ numero sed specie. ⁊ hoc fm viaꝫ nature. Similiter dico q̃ si corpora induerent incorruptionem ⁊ surgerent fm viam nature q̃ non resurgerent eadẽ numero ꝫ eadem specie. Sed cum reintegratio ⁊ resurrectio sicut dictum est fiant virtute diuina. dicimus q̃ corpora erũt eadem numero cũ neq̃ p̃cipia indiuiduãtia huius homis sint aliud q̃ hec anima ⁊ hoc corpus. In resurrectione autem redibit et anima eadẽ numero cum sit incorruptibil⁹ ⁊ hoc corpus idem numero ex eisdem pulueribus in quibus resolutum fuit ex virtute diuina reparatũ. sic erit idẽ homo numero resurgens. Hec facio vim in formis inẽme diꝫs quia non pono esse aliquã aliã formã substantialẽ in homine nisi animã rationalẽ a qua habet corpus humanũ q̃ sit animatũ natura sensibili ⁊ vegetabili ⁊ q̃ sit rationale. Forme vero accidentales nihil impediunt idemptitatem numeralẽ quã ponimus. ¶ Consequenẽ cũ dicit. Cũ autẽ corruptibile ⁊c. Confirmat quod dixerat p̃ auctoritatem. Et circa hoc duo facit. Primo põit auctoritatẽ. Secundo ex ea concludit tria ibi. Ubi ẽ mors victoria ⁊c. Dicit ergo primo. Dixi q̃ oportet corruptibile hoc iduere ⁊c. Sed cum mortale hoc induerit ĩmortalitatẽ tũc sez in futuro. Quod est contra illos qui dicunt iam resurrectionẽ factã. Fiet sermo qui scriptus est. s. Absorpta est ⁊c. Hoc fm translationẽ nostrã non inuenit̃ in aliquo libro biblie. sed tamen inueniatur in translatione. lxx. non est certũ unde sumptum sit. Potest tamen dici hoc esse sumptũ Esa. 25. Viuent mortui tui ⁊c. Et.25. Precipitabit mortem in sempiternum. Ose.13. vbi nos habemus. Ero mors tua o mors. lxx. habent Absorpta est mors ĩ victoria. id ẽ ꝓpter victoriã x̃pi. Et ponit preritũ p̃ futuro. ꝓpt̃ certitudinez ꝓphetie. i. Pe.3. Negligties morte ⁊c. ¶ Consequẽter cũ dic̃ Ubi ẽ mors victoria tua ⁊c. Cõcludit tria ex p̃missa auctoritate. Insultatõez sctõꝝ ptra mortẽ. Gratiarũactiones ad deum ibi. Deo autẽ gratias. Et ammonitionẽ suã cozinthijs ibi. Itaq̃ fratres mei ⁊c. Circa primũ duo facit. Primo ponit insultationẽ. Secundo expõit ibi. Stimulus autẽ ⁊c. Loquens ergo apostolus de victoria x̃pi contra mortem quasi in quodam speciali gaudio positus assumit personam virorꝝ resurgentiũ dicens Ubi est mors victoria tua: hoc non inuenit̃ in aliquo loco sacre scripture vtrũ aũt ex se vel aliunde habuerit hoc apostolus incertũ est. Si tamen aliũde accepisset videtur accepisse de Esa. 14. Quomodo quieuit tributum cessauit ⁊c. Dicit ergo Ubi est mors ⁊c. scilicet corruptionis victoria tua id ẽ potentia qua totũ humanũ genus ꝓternebas de omnib⁹ triumphabas. 2. reg. 14. Oẽs morimur ⁊c. Job. 18. Calez super eum quasi rex interitus ⁊c. ¶ Ubi est mors stimul⁹ tuus? Quid autem sit stimulus cõsequenẽ exponit dicẽs Stimulus aũt ⁊c. Unde duo ponit. Unum q̃ quod exponit quod dixit. Aliud per quod obiectionem excludit ibi. Virtus peccati ⁊c. Sciendum est autẽ q̃ stimul⁹ mortis potest dici vel stimulans ad mortẽ. vl quo vitur seu quẽ facit mors. sed litteralis sensus est. stimulus mortis id est stimulãs ad mortẽ qz homo per peccatũ est ꝓpulsus ⁊ delectus ad mortẽ. Ro.6. Stipẽdia peccati mors ⁊c. ¶ Sꝫ quia aliquis posset obijcere q̃ iste stimulus est remot⁹ p̃ legem. ideo consequenẽ hoc apostolus excludit subdens: Virtus vero id est augmentuꝫ peccati lex. Quasi dicat. Non est remotum peccatum p̃ legem. imo virtus peccati lex id est augmentũ occasionaliter scilicet nõ q̃ induceret ad peccatũ sed inꝫtum dabat occasionẽ peccati ⁊ nõ conferebat gratiã ex qua magis accendebatur concupiscẽtia ad peccandũ. Ro.5. Lex subintrauit vt habundaret delictum. Ro.7. Occasione accepta peccatũ p̃ mandatũ ⁊c. Est autem alius sensus sed non litteralis vt stimul⁹ mor-

tis dicatur quo vtitur moꝛs.et sic per moꝛtez intelligitur dyabolus. Apoc.6. Nomen illi moꝛs. Et sic stimul⁹ moꝛtis est temptatio dyaboli. Et sic totum quod dicit de moꝛte exponitur de diabolo .vt in glo.habetur . Vel stimul⁹ moꝛtis id est a moꝛte factus id est a carnali concupiscẽtia Jaco.1.Concupiscentia cũ conceperit ꝛc. Concupiscẽtia enim primo volentes allicit sicut in intemperatis. Secũdo repugnantes trahit vt in incõtinentibus. Postea cõrendit sed non vincit vt in continentibus. Postea debilitatur eius contentio sicut in rẽperatis ꝛ vltimo totaliẽ deficit sicut in beatis quibus dicere cõpetit. Vbi ẽ moꝛs cõtentio vel victoria tua?. Quia ergo stimulus moꝛtis destructus est non ꝙ legem sed victoriam xpi . ideo deo sunt reddende gratiarũactiões. Et hoc est quod dicit. Deo autem gratias scilicet ago seu agamus qui dedit nobis victoriam moꝛtis et peccati per iesum xpm non per legem . Joh.16. Hec est victoria ꝛc. Ro.15 . Quis me liberabit ꝛc. Gratia dei ꝛc. Nã quod impossibile ꝛc. ¶ Consequẽter cum dicit. Itaq; fratres mei ꝛc. Subdit ãmonitionez sicut enim dictum est pseudo apostoli coꝛrũpebant coꝛinthios negando resurrectionẽ. et ideo posꝯ iaz astruxit fidem resurrectionis et per exempla ostẽditammonet eos ꝙ bene se habeant ne seducantur a pseudo apostolis . Et circa hoc tria facit. Primo eos in fide cõfirmat dicẽs Itaq; scilicet iam ostensa resurrectione fratres mei ꝙ fidẽ per quam omnes sumus filij dei. Johan.1. Dedit eis postestatem ꝛc. Dilectissimi per charitatez qua debem⁹ nos inuicem diligere.1. Johan. 4. Hoc mandatum habem⁹a deo ꝛc. Stabiles estote scilicet in fide resurrectiõis ne recedatis a fide. Ephe.4. Non simus sicut paruuli fluctuãtes ꝛc.et ĩmobiles ne scilicet ab alijs seducamĩ. Coll.1. In fide fundati stabiles et ĩmobiles ꝛc. Secundo inducit ad bona opera dicens: habundantes in omni opere boño semper. Hall. vlti. Dum tempus ꝛc. puer.3. In habũdanti iusticia. Tertio roborat eos per spem dicens: Sciẽtes per ꝙ ꝛc. Sap. 3. Bonoꝝ eni laboꝝ gloꝛiosus ẽ fructꝰ.

Incipit capitulũ sedecimũ.

D

E collectis autem que fiunt in sãctos. sicut ordinaui in ecclesijs galatie:ita ꝛ vos facite per vnã sabbati. Vnusquisq; vestrum apud se reponat recondẽs qõd ei bene placuerit: vt non cum venero tunc collecte fiant. Cum autem presens fuero quos per epl̃as hos mittam perferre gratiam vestrã in hierusalem. Ꝯ si dignum fuerit vt ego eam:mecũ ibũt. Veniam autẽ ad vos cuz macedoniã ptransiero. Nã macedoniã pertransibo .Apũd vos autem forsitan manebo.vl etiã hyemabo vt vos me deducatis quocunq; iero. Nolo eniz vos modo in transitu videre.;Spero eñ me aliquantulũ temporis manere apud vos: si dominus permiserit . Permãebo autẽ epheſi vsq; ad penthecosten. Ostiuz eñ mihi aptum est magnum ꝛ euidens ꝛ aduersarij multi.

Supza per totam seriem epistole proposuit apostolus coꝛinthijs quandam doctrinam generalem .in hoc vltimo capitulo proponit eis quedam specialia et familiaria . Et circa hoc duo facit. Primo monet eos quid ipsi debeant alijs facere. Secundo ostendit quid alij faciant ipsis ibi. Salutat vos ecclesia ꝛc. Circa primuz duo facit. Primo instruit eos de his que debent facere ad absentes . Secũdo vero de his que debent facere ad presentes ibi. Vigilate et state in fide ꝛc. Circa primum tria facit. Primo instruit eos de his que pertinent ad absentes pauperes sanctos qui sunt in hierusalem. Secũdo de his que pertinẽt ad apostolum ibi. Veniam ad vos cum ꝛc. Tertio de his que pertinent ad discipulos ibi. Si aũt venerit ꝛc. Circa ea que debent fieri sanctis qui erant in hierusalẽ de trib⁹ instruit eos apostolus . Primo qualiter elemosina sancti facienda:sit colligenda. Secundo qualiter sit conseruanda ibi. Vnusquisq; autem vestruz ꝛc. Tertio qualiter sit in hierusalem transmittenda ibi. Cum autem presens fuero ꝛc. Circa primũ sciendum est ꝙ sicut legitur actu. 4. Mos erat in primitiua ecclesia vt conuersi ad fidem venderent possessiones et omnia que habebant et precũ ponerent ad pedes apostolozuz et de eis vnicuiq; prout erat opus proꝛideretur . vt sic nullus haberet proprium sed essent illis omnia communia . Et sicut dicitur in collationibus patrum omnis religio ab illa sancta societate sumpsit exordiũ. Contigit autẽ vt fame perualida exorta pauperes sancti qui erant in hierusalem inopia maxima laboꝛarent. vnde factum est vt apostoli ordinarent ad ipsoruz subuentionẽ ꝙ q alias ecclesias xpi collecte fierent. et hec commissio facta est paulo et barnabe . Hal. secundo Deuerunt mihi et barnabe ꝛc . Et quia apostolus super hoc sollicitus erat monebat illos quos conuerterat vt eis subuenirent quia sicut ipse ad Roma . dicit. Justum est vt a quibus spiritualia receperant temporalia ministrent. Et hoc est quod dicit. De collectis autem que fiunt per ecclesias in sanctos id est in vsum sanctoꝝ et non quozumlibet. Ecclesiast.12. Da iusto et ne reciplas peccatoꝛez. Nõ ꝙ peccatoꝛibus non sit aliquid dandum .sed quia magis debet quis dare elemosinam iusto indigenti ꝙ peccatori ¶ Sic ordinaui i ecclesia galathie .ita et vos facite id est colligite per vnam scilicet diem sabbati id est septimane. Et hoc ideo ordinatum est vt paulatim qualibet ebdoma da aliquid paruum soluerent.ne si simul totum soluissent grauarentur Et licet eis paululum videretur et quasi insensibile palatim dare tamen cõpleto anno elemosine insimul collecte magne erant. Vel per vnam sabbati intelligitur prima dies post sabbatum scilicet dies dominicus. Et hoc ideo illo die fieri voluit apostolus. quia iam inoleuerat consuetudo vt populus in dominicis diebus ad ecclesiam conueniret. Leuitic.23. Dies primus celeberrimus erit atq; sanctissimus ꝛc . Et post Est enim cetus atq; collecte ꝛc. De huiusmodi elemosina dicitur Danielis quarto Peccata tua elemosinis redime. Et Ecclesia. vicesimo nono. Elemosina viri q̃si saccul⁹ ꝛc. ¶ Quia vero non solum debet apponi modus in colligendo sed etiã in conseruando. ideo consequenter instruit qualiter collecte conseruentur cum dicit. Vnusquisq; autem vestrũ ꝛc. In quo ostenditur maxima industria apostoli. Ne aliqui crederent ꝙ apostolus faceret collectas istas magis causa questus proꝑij ꝙ propter necessitatem sanctoꝝ . ideo suspitionẽ hanc vitans et ꝙtum ad se et ꝙtuz ad suos ministros noluit dictam pecuniã a se seu a suis ministris custodiri. sed ordinauit ꝙ quilibet illud quod sibi placebat elargiri reposꝛtaret domi et conseruaret seoꝛsum : faciens sic per totum annum. Et huius ratio erat qz aplus nolebat ꝙ q̃n vẽiret coꝛinthũ vacarẽt collectis iʒ doctrie reb⁹ spiritualibus . Et ideo dicit. Et non cũ venero. ꝛc. Act. 6. Nõ est equũ nos relinquere ꝛc. qualiter aũt debeant

mitti in hierl̃m subdit dicens. Cuz autẽ pẽs fuero ꝛc. Quasi dicat. Nec in hoc volo aliquos spẽaliter onerare cũ presens fuero. s. ad portandũ pecuniã: sed mittã illos quos pbaueritis. i. approbaueritis mittendos mittaz inꝯ per epistolas. i. cum eplis missis a vobis ꝛ a nobis laudatorijs ꝛ cõmẽdatorijs scz in quib⁹ cõtineat quanti tas pecunie cõmendatũ studiũ nostrũ ꝛ charitas. Mittã inꝯ perferre gr̃am vestram. i. ꝙ gratis habitis sanctis pauperibus in hierlm. 2. Coꝛ. 8. Notam facimus vobis gratiam dei ꝛc. In hierlm. i. sanctis qui sunt in hierusalem: ꝛ nõ solum mittam alios quos probaueritis ſz si dignũ fuerit ꝛc. i. si magna quantitas fuerit mecũ ibũt in quo inducit eos ad bene ꝛ liberaliter soluendu Ro. 15. Nunc igit proficiscar hierusalem ministrare sanctis ꝛc. ¶ Cõsequenter apostol⁹ instruit eos de his que pertinent ad seipm. Et circa hoc tria facit. Primo ꝓmittit eis suam presentiam dicens. Veniã ad vos cũ macedoni am ꝓtransiero ꝛc. Circa quod sciendũ ẽ ꝙ sicut dr Act. 16. Vir macedo apparuit apostolo cũ eẽt troade deprecans eum ꝛ dicens et. Transiens iin macedoniaz libera nos. Et ergo apostolus iussa impleret disposuit se macedoniã iturũ. Et q: macedonia erat media inter asiam et achaiam in qua est coꝛinthum: ideo dicit. Cum pertransiero in macedoniã veniã ad vos: imo veniã ad vos inde scz quia tunc ero vobis propioz. Scdo promittit se facturũ apud eos diutinã moꝛam dicens. Apud vos forsitan manebo. i. moꝛã contrahã vel etiã hyemabo: id est ꝙ totam hyemẽ permanebo vobiscũ: quia multa coꝛrigenda sunt in vobis. Vel causam quare ad eos vadit subdit cũ dicit Et vos me deducatꝫ quocũq; iero. Et dicit q̃cũq; qz nesciebat determinate quo iret nisi fm ꝙ spiritus sanctus inspirabat sibi. Deducatis inꝯ non defendatis me sed vt doceatis vias. Tertio cũ dicit. Nolo eñ vos. ꝛc. excusat dilationẽ sue pẽsentie dupliciter. Uno modo quia coꝛinthij possent dicere nõ est necesse ꝙ tantũ differas venire: ꝛ ꝙ primo vadas in macedoniam: quia tu potes venire in achaiam ꝛ permanere ita ꝙ nõ transeas per macedoniã. Et ad hoc dicit licet sic posset venire ad vos tamẽ non diu posset manere vobiscum: quia statim oporteꝛet me esse in macedonia vel redire in asiaz: vnde qz nolo vos modo in transitu videre: ideo modo non venio primo ad vos: nam ego spero aliquã moram contrahere vobiscum si dominus ꝓmiserit. Dicit si domin⁹ ꝓmiserit quia forte vel anteꝯ eẽt ibi vel posꝯ iã esset ibi dñs in spiraret ei ꝙ iret ad alium locum vbi faceret maius bonum. Alio modo excusat se ꝛ hoc videtur magis litterale quia oportebat eum diu manere apud ephesum qõ est in asia: ꝛ ideo dicit. Permanebo autem epheſi vsq; ad penthecosten ꝛc. Forte hec epistola missa fuit i hyeme seu in vere ꝛ tunc post penthecosten debebat ire in macedoniam ꝛ morari ibi vsq; ad hyemẽ: et tunc ire coꝛinthum est hiemare. Rationem autem quare volebat morari epheſi vsq; ad penthecosten subdit cũ dicit. Ostium autẽ ꝛc. id est magnũ fructũ facio in epheso. Et dicẽ ostiũ esse apertum magnum. id est multa coꝛda hominum ad credendum paratas: ꝛ euidens: quia sine contradictione Coll. 4. Orantes simul ꝛ pro nobis vt de⁹ aperiat nobis ostium. ꝛc. Sed quia sunt multi aduersarij qui conãtur impedire vel subintrare. Si ergo absentarẽ me tãt⁹ fruct⁹ posset defacili impediri: iõ nolo recedere quousqz fitis bene firmati, Apoc. 3. Ec ce vedi coraz te ostiũ aptũ.

Lectio secunda.

S

I aũt venerit thimothe⁹ videte vt sine timore sit apud vos: opus eniz domini operatur sicut ꝛ ego. Ne ꝙs ergo illũ spernat. Deducite aũt illũ in pace vt veniat ad me. Expecto eni illũ cũ fratrib⁹ De apollo aũt fratre vobis notũ facio: qñ multũ rogaui eũ vt veniret ad vos cũ fratrib⁹: ꝛ vtiq; nõ fuit voluntas eius vt nũc veniret: Veniet aũt cũ ei vacuũ fuerit. Vigilate state in fide: viriliter agite ꝛ confortamini: oia eñ vra in charitate fiãt. Obsecro autẽ vos frẽs nostis domum stephane ꝛ fortunati et achaici qñ sũt primitie achaie ꝛ in ministerũ scoꝝ ordinauerũt seipos vt ꝛ vos subditi sitis eiusmodi: ꝛ omni cooperãti ꝛ laboãti Gaudeo aũt ĩ pẽsentia stephane ꝛ fortunati ꝛ achaici qñ id qõ vobis deerat ipi supplerũt. Refecerũt eni ꝛ meũ spũm ꝛ vestrũ. Cognoscitur ergo ꝙ eiusmodi sũt. Salutãt vos oẽs ecclie asie. Salutat vos in domino multũ aquila ꝛ prisca cũ domestica sua ecclia apud quos ꝛ hospitoꝛ. Salutãt vos oẽs fratres. Salutate inuicẽ ĩ osculo scõ. Salutatio mea: manu pauli. Si quis nõ amat dominũ nostrũ iesum xpm sit anathema maranatha. Gratia dñi nostri iesu xpi ꝛ obiscum Charitas mea cum omnibus vobis ĩ xpo iesu amen:

Hic instruit eos de his ꝙ ptinẽt ad discipl̃os suos ꝛ prio de his ꝙ ptinẽt ad thimotheũ. Scdo de his ꝙ ptinẽt ad apollo ibi De apollo ꝛc De thimotheo tria mãdat. Primo vt secure custodiat. Ibi videte. Tertio dicit. Si aũt venerit ad vos thimothe⁹ videte studeat⁹ vt sine timoꝛe sit apud vos. Forte aliq; cõmotio fuerat ibi propter pseudo apl̃os .2. Coꝛ. 7. Foris pugne intus timoꝛes ꝛc. Et hoc debetis facere qz op⁹ dñi opat sicut ꝛ ego p̃dicãdo. ꝛ. Timo. 4 Tu vero vigila: ĩ oibus laboza. Scdo vt honoze habeatur: ꝛ iõ dicit. Ne ꝙs ergo illũ spnat. Et rõ hui⁹ ẽ forte qz iuuenis erat. 2. Thi. 4. Nemo adolescẽtiã tuã spernat. Luc. 10. Qui vos spnit me spnit. Tertio vt pacifice deducat: ꝛ hoc ẽ qõ dicit. Deducite aũt illũ ꝛc. Et rõ hui⁹ ẽ: qz expecto illũ cũ fribus q̃ sũt cũ eo. ¶ De apollo ꝛc. Iste ẽ ille apollo de ꝙ habet Act. 18. Q̃ iude⁹ q̃dam ꝛc. ꝛ iste fuit in achaiã ꝛ fuit q̃si spẽalis doctoꝛ eoꝝ post aplm. 1. Coꝛ. 3. Ego plãtaui apollo rigauit ꝛc. ꝛ vt glo. dicit eps erat. Et qz coꝛinthij male se habuerant recesserat ab eis ꝛ iuerat ad aplm. Postmodũ xo coꝛinthij rogauerũt aplm vt remitteret illuc ipsũ ad qõ rñdet eis dicẽs. De apollo aũt frẽ quẽ rogastis remitti ad vos notũ vobis facio tria. Prio pces meas sibi factas qñ multuz rogaui eũ vt veniret ad vos cũ fribus. Et dicit rogaui eũ iʒ possit pcige: qz magnis viris non defacili dz fieri pceptũ. 1. Thi. 5. Seniozẽ obsecra ꝛc. Ecc. 32. Rectoꝛem te posuerũt ꝛc. Sz nũq̃d licuit sibi relinq̃re populũ suũ ꝛ Ad hoc dicendũ ꝙ sicut Grego. dicit qñ omnes subditi male se habent ꝛ nolũt coꝛrigi: licet epo recedere ab eis. Unde qz isti erant tales licuit ei. Vel dicendũ ẽ ꝙ forte nõ erat epus eoꝝ sed spẽaliter p̃dicauerat eis. Scdo responsum apollonis: qz renuit venire ad eos ibi. Et vtiq;

non fuit voluntas eius vt nunc.ꝛc. Et ratio huius est: quia forte nondum erant bene correcti. Vel qz, ipe erat ī alijs arduis occupatus. Tertio ꝓmittit eum aliquādo ad eos iturum. Unde dicit. Veniet autem cum ei vacuum id est oportunum fuerit scz quādo vos eritis correcti ¶ Consequenter postq̄ instruxit eos quid debeant facere absentibus: hic instruit eos qualiter se habeant ad ꝑsentes. Circa hoc duo facit. Primo ostendit qualiter se habeant quātū ad oēs in cōi. Scdo quantū ad quosdam in speciali ibi. Obsecro aūt vos frēs. Instruit autez eos aplꝰ in cōi de tribus. s. de fide de bona opatiōe ꝛ de mō bene opandi. Sed tñ istis tribus ꝑmittit vnū qđ est omnibus necessariū. . sollicitudo. Unde dicit. Vigilate et orate. De fide ergo instruit eum dicit. State scz in fide. Ephe. 6. State succincti ꝛc. De bona opatione cū dicit Viriliter. i. fortiter agite qz fides sine operib⁹ mortua ē. Jac. 2. Sed qz bona opatio nō est attribuenda nobis sz deo: tō subdit. Et cōfortamini in dño. ꝑs Viriliter agite ꝛ cōfortet cor vr̄m ꝛc. De mō agendi cū dicit. Omia vr̄a in charitate fiant: id est oia debent referri ad finē charitatis scz vt fiant ꝓpter deū ꝛ primū. Col. 3. Sup omia charitatē ꝛc. ¶ Cōsequenter cū dicit. Obsecro aūt. ꝛc. instruit eos qūo se habeant ad quosdam in spāli ꝛ primo quantū ad illos qui videnť habere aliquā progatiuaz in spūalibus. Scdo ꝙtum ad illos qui in corporalib⁹ opibus ibi. Gaudeo aūt ꝛc. Dicit ergo. Obsecro autē vos frēs Vestis id est approbasti⁹ domū stephane ꝛ fortunati ꝛ achaici. Approbastis inq̄ ꝓpter duo: ꝛ qz sunt primitie. i. primo cōuersi quia ab ipo apostolo in ꝑmis baptizati supra ꝓio. Baptizaui aūt. ꝛc. Et qz magi⁹ deuoti ꝛ ꝓmpti ad ministeria sanctoꝝ. Un dicit. Et in ministerio sanctoꝝ ordinasse ipos. Ro. 12. Necessitatib⁹ sanctoꝝ ꝛc. ꝛ tō obsecro vt ꝛ vos subditi ꝛc Heb. 12. Obedite ꝓpositis ꝛc. Et omni cooperanti. Philipē. 4. Adiuua eos qui mecū laborauerunt. Sap. 3. Bonoꝝ labor gloriosus ꝛc. ¶ Gaudeo ꝛc. Hic instruit eos ꝙtū ad illos q̄ ꝓeminent in ministerijs ꝛ pōt dupliciter exponi. Uno mō vt dicat Gaudeo aūt in ꝑsentia stephane ꝛ fortunati ꝛ achaici qui sunt ꝑsentes vobis quoꝝ ꝑsentia est vobis ꝓficua. Un ipi id qđ vobis deerat suppleuerūt docendo vos. Et in hoc ēdem refecerūt spūm meū in ꝙtū gaudeo de bono vestro: ꝛ spūs vestrū in ꝙtuz instructi estis. Philip. 4. Sauisus suz valde qz inueni ꝛc. Et tō qz sic se habuerūt: ergo cognoscite id ē honorate eos ꝛc. Aliō mō vt dicat gaudeo in ꝑsētia stephane fortunati ꝛ achaici: qz scz ꝑsonaliter mecū sunt ꝛ seruiūt mihi in quo supplent qđ deerat vobis. i. qđ vos nō poteratis mihi corporaliter exhibere. In quo quidē refecerūt spūs meū in quantū mihi seruierunt ꝛ pauerunt me et vestrū in ꝙtuz de bono meo gaudetis: et ideo cognoscite ꝛc. ¶ Salutat vos ꝛc. Hic apostolus insinuat qđ alij faciāt corinthijs Et circa hoc duo facit. Primo insinuat qūo salutent ab alijs. Scdo subdit suā salutationē ibi. Salutatio mea. ꝛc. Circa primū tria facit. Prio insinuat qūo salutat eos tota ecclesia asie in cōi. Unde dicit. Salutāt vos omnes ecclesie asie. Roma. vlti. Salutant vos omnes ecclesie ꝑi. Secūdo qūo salutat eos spāliter hospites pauli. vn de dicit. Salutant vos in dño multū aąla ꝛc. Isti erant hospites apostoli ꝛ de his habeť Roma. 16. et Act. 18. Tertio qūo salutāt eos apli ꝛ familiares sui. Unde dicē Salutāt vos oēs frēs qui scz mecū sunt. Philī. vlt. Salutant vos qui mecū sūt frēs. Ex quo ergo oēs salutant vos ꝛ vos etiā salutate inuicē in osculo sancto nō libidinoso quo mulier apēhensū deosculať iuuenē. Prouer. 7. Mō fraudulento quo iudas osculaťꝰ ē xp̄m: Mat. 26 ꝛ Mar. 14. ¶ Salutatio. ꝛc. hic suā salutationē subdit ꝛ circa hoc duo facit. Prio ponit titulū salutationis dicēs. Salutatio mea. s. scripta ē manu mea pauli. Et hoc faciebat in ep̄lis suis ꝓpter quosdā qui sub spē apostoli scribebant falsas litteras. Un vt non deciperent. postq̄ scripta erat epla per aliquē in fine: ꝓsequenter scribebat apostolus manu sua. Secūdo ponit ipsaz salutationē in qua primo maledicit malis dicēs. Si quis nō amat. ꝛc. anathema sit. i. separaťꝰ vl excōicaťꝰ. maranatha. i. dns veniet. Quasi dicat. Qui nō amat dn̄m nr̄m ihesū xp̄m sit anathema in aduentu dn̄i. Sz nunqđ sunt excōicādi oēs qui nō sunt in charitate. Rndeo dicēdū qz hoc intelligiť si quis nō amat dn̄m ihesū xp̄m. i. fidē xp̄i ꝛ isti sūt heretici ꝛ sūt excōicati. Vel si quis vsq; ad finē mortis nō ꝑseuerat in amore dn̄i ihesu xp̄i in aduentu erit separaťꝰ a bonis. Secūdo benedicit bonis bene optans eis. s. gratiā xp̄i cuz dicit. Gra domini nostri ihesu xp̄i. Et hoc optans optat eis oē bonū qz in gra dn̄i nostri ihesu xp̄i continēť omne bonū. Optat etiā eis charitatē suam dicens Charitas mea ꝛc. in vos inuicē ꝛ deū diligatis ea charitate qua ego vos diligo ꝛ nō ꝓpter aliqđ aliud nisi in xp̄o ihesu. i. ꝓpter amorē xp̄i. Amen. i. fiat.

Incipit postilla doctoris angelici sancti Thome ordinis fratrū predicatorū sup secūda epistola ad corinthios

Jnistri dei no

m stri dicēť vobis. Esa. 16. In his verbis congrue tangitur materia huius secunde epistole ad corinthios. Nam in ꝑma epistola agit apostolus de ipis sacramentis: sed in hac secunda agit de ministris ipsoꝝ sacramentorum tam bonis ꝙ malis. Ratio autem hanc epistolaz scribendi fuit q̄ corinthij post predicationem eius admiserāt pseudo apostolos quos apostolo preferebāt. Proꝑter hoc scribit eis hanc epistolam in qua cōmendat apostolus ꝛ ostendit verozum apostolozum dignitatem: ostendit etiam et vituperat falsozum apostolozum falsitatem commendat autem verorum apostolorum dignitatez ex hoc q̄ sunt ministri dei. Ministri inquit dei diceť vobis scz apostolis: qui quidem dicuntur ministri quantuz ad tria. Primo quantum ad dispensationem sacramentorum. ꝓñe Coꝛ. 4. Sic nos existimet homo vt mi. ꝛc. Christus enim institutor est sacramentozum sed apostoli ꝛ eozum successozes ea dispensant: ꝛ ideo subditur in predicta auctozitate ꝛ dispensatozes ministeriozum dei. Secundo quantum ad gubernationem scz inquantū gubernant populum dei. Sap. 6. Cum essetis ministri nō recte iudicastis. ꝛc. Deus enim gubernat omnia ꝓ prudentiam. Unde quicunq; aliquid gubernat dicitur minister dei Tertio quantum ad humane salutis operationem inquantum scilicet eozum ministerio ꝛ predicatiõe homines ad salutem conuersi sunt: cuius salutis solꝰ deus est auctoz quia ipse est qui venit saluum facere quod perierat apostoli vero ministri. ꝓñe Coꝛ. 3. Quid ergo ē apollo quid paulus ? ministri eiꝰ cui credidistis. ꝛc.

Capitulum primum.

Aulus apꝰ iesu xp̄i ꝓ voluntatem
p **dei ꝛ thimotheus frater eccleſie dei que est corinthi cū oibus sanctis q̄ sunt in vniuersa achaia gratia vobis ꝛ paz a deo patre nostro et dño iesu christo.**

De istis ergo ministris tractat hic apꝰ oñdēs in hac epla

eoꝝ dignitatē etiā scribēs corinthijs. Jn q̄ qdē premittit. Prio salutationē. Scdo prosequitur epłam ibi Bñdictꝰ deꝰ ꝛc. Jn salutatiõe aūt tria ponit Primo enī de scribit personas salutantes. Secundo personas salutatas ibi. Ecclesie que est ꝛc. Tertio bona optata ibi. Gratia vobis ꝛc. Circa primum primo describitur persona salutans principalis q̄ paulꝰ. Scdo ꝑsona adiuncta: qz thimotheus. Persona salutans describiť ab humilitate qz paulus q̄ latine dr modicꝰ. Iste ē ille modicꝰ de quo Esa. 60. Minimꝰ erit in mille ꝛc. Vel a doctrina: quia paulus dr os tube. Ista ē illa tuba de qua zach. 9. Bñs in tuba canet ꝛc. Et cōpetit qđ dr Esa. 58. Quasi tuba exalta vocē tuā ꝛc. A dignitatis auctoritate qz apłs ꝛc Ubi tria ponunť. Primo q̄ sit legatꝰ. vñ dr apłs. i. ꝑticipaliter missus. Soli eñ duodecī apłi electi missi sunt a xp̄o. Luc. 9. Elegit duodecī quos ꝛ apłos ꝛc. Alij aūt discipuli nō missi sūt ꝓncipaliter sed secūdario. Et inde ē q̄ apostolis succedūt epi qui hūt spēalē curā gregis dn̄i Alij aūt sacerdotes succedūt. lxxij. discipulis qui gerūt vices cōmissas sibi ab epīs. Est ergo eiꝰ dignitas. quia apłs. 1. Coꝛ. 9. Si alijs nō sū apłs sed tñ vobis suz ꝛc. Gal. 2. Qui operatus ē petro. ꝛc. Sz quare vocat se hic aplm dicens. Paulus apłs cū in epła ad romanos scribat se seruū. Rō hui⁹ ē qz romanos reꝑhendit de dissensione ꝛ supbia q̄ ē mater dissensionis qz inter supbos sꝑ iurgia sunt. Un vt eos reuocet a dissensione inducit eos ad humilitatē vocādo se seruū. Corinthij vero erāt pertinaces ꝛ rebelles: ꝛ tō vt reꝑimat eoꝝ ꝑteruiā vsus est hic noīe dignitatis dicēs se aplm. ¶ Scdo ponit cuius sit legatꝰ: qz iesu xp̄i. infra. 5. Pro xp̄o legatõe fungimur ¶ Tertio ponit modus quo adeptus ē legationē: qz nō ingessit se vt pseudo. Jere. 23. Nō mittebā eos et ipi curebāt. Rō est daťꝰ ꝑ pło ex diuino furore: iuxta illud iob 34. Qui facit regnare ypocritā ꝛc. Osee. 12. Dabo tibi regē. sed in furore meo Est adeptꝰ apostolatū ex voluntate dei ꝛ bñplacito Act. 9. Vas electōis ē mihi iste Et tō dicē. ꝑ volūtatē dei. Persona ãt adiūcta ē thimotheꝰ Un dicit. Et thimotheꝰ frāt. Frater inq̄ ꝓpter fidē Ma. 23 Oēs vos frēs estis ꝛc. Et ꝓpter dignitatē qz eps: ꝛ inde ē q̄ papa vocat oēs epos fratres. Cōnumerat autem sibi thimotheū qz cū ipe transisset ꝑ eos sicut dixit ī ꝓima epła vltio capitulo possent credere q̄ malicioſe retulisset apostolo ea de quib⁹ ipe scribit ad eos. ¶ Cōsequēter ponunť ꝑsone salutate: ꝛ primo ꝓncipales. Scdo adiūcte ꝓncipaliꝫ in hoc qz dicit. Ecclie dei q̄ ē totꝰ populꝰ fidelis tam clerus ꝙ laici. 1. Thi. 3. Ut scias qūo oporteat te cōuersari. Que ē corinthi qz corinthus erat metropolis achaie. Sed adiuncte ꝑsone sūt oēs sancti qui sunt vnius spūs sancti gra renati. 1. Coꝛ. 6. Sed abluti estis sed sanctificati ꝛc. Qui sunt in achaia cuiꝰ metropolis est corinthus Istis aūt ꝑsonis salutatis optat apłs bona. Unde dicit Gra vobis ꝛc. Et circa hoc duo facit. Prio ponit ipa bona. Scdo ipoꝝ actoꝛē ibi. A deo pr̄e ꝛc. Ponit aūt ista duo extrema bona vt in eis intelligāt media Primū eñ bonū est gra q̄ ē ꝓncipiū oīm bonoꝝ. Nā ante gram nihil ē nisi diminutū in nobis. Ultimum aūt oīm bonoꝝ ē pax: qz pax ē generalis finis mētis. Nā qualitercūq; pax accipiať habet rōnē finis ꝛ in glia eterna: ꝛ in regimine ꝛ in cōuersatione finis ē pax. ꝑs. Qui posuit fines tuos pacē. Quis aūt sit actoꝛ hoꝝ bonozum ostendit: subdēs. A deo pr̄e ꝛc. Et hec duo possunt dupliciter distingui qz cuz dicit: a deo pr̄e. pōt intelligi ꝑ tota trinitate. Nā licet ꝑsona ꝑris dicať pr̄ xp̄i q̄ naturā tñ tota trinitas ē pater noster ꝑ creationē ꝛ gubernatiõez Esa. 63. Et nūc dñe pr̄ noster es tu. Jerc. 3. Prem vocabis me. A deo ergo pr̄e nr̄o id est a tota trinitate pro

uenīūt bona. Mat. 7. Si vos cū sitis mali ꝛc. Sz si deꝰ pater noster accipiať ꝑ tota trinitate quare addit persona filij cū dicit. Et dño iesu xp̄o: nunqđ ē alia ꝑsona a trinitate? Dicēdū q̄ addit nō ꝓpter aliā ꝑsonā sz ꝓpter aliā naturā scz hūanitatis assūpte a filio in ꝑsonā diuinā quā quidē trinitati cōnumerat. qꝛ oīa bona ꝓueniūt nobis a trinitate ꝑ incarnationez xp̄i. Et ꝓio gra. Joh. 1. Gratia ꝛ veritas ꝛc. Scdo pax. Ephe. 2. Ipe ē pax nr̄a ꝛc. Iterū cū dicit A deo pr̄e nostro: pōt intelligi persona patris solū: ꝛ licet tota trinitas sit pater noster vt dictū ē tñ ꝑsona pr̄is ē pater noster ꝑ appꝛopriationē: ꝛ sic hoc q̄ dicit. Et dño iesu xp̄o: intelligiť de ꝑsona filij. De ꝑsona aūt spūs sancti nō fit hic mētio: qz sicut dicit Aug. Cū sit nexus pr̄is ꝛ filij vbicunq; ponit ꝑsona pr̄is ꝛ ꝑsona filij intelligiť persona spūssancti.

Lectio secunda.

Enedictus deꝰ ꝛ pater dn̄i nr̄i iesu
b **xp̄i. pater misericōdiaꝝ ꝛ deꝰ totiꝰ cōsolatiōis qui cōsolať nos in oī tribulatiõe nr̄a. vt possimus ꝛ ipi consolari eos qui in omni ꝑssura sunt ꝑ exhortationē qua exhortamur ꝛ ipsi a deo. qm̄ sicut abundant passiones xp̄i in nobis. ita ꝛ ꝑ xp̄m abūdat consolatio nostra.**

Hic incipit epła in qua apostolus duo facit. Prio eñ excusat se de eo q̄ non iuerat ad eos sicut ꝓmiserat. Secundo ꝓsequit intentionē suā ca. 3. ibi Incipim⁹ iterum ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ponit excusationē de mora. Scdo more assignat cām secūdo ca. ibi. Statui aūt ꝛc. Circa primū duo facit. Prio eñ reddit eos benivolos. Scdo excusationē ponit ibi. Et hac confidentia ꝛc. Circa primū duo facit. Prio captat eoꝝ benivolentiam recitando quedā ī generali Secūdo q̄dā ī ꝑticulari ibi. Nō eñ ꝛc. Benivolentiā aūt eoꝝ captat apostolus oñdēdo q̄ ex quid facit totū facit ad eoꝝ vtilitatem. Et circa hoc duo facit. Prio ꝓmittit vtilitatē que ex ipo alijs ꝓuenit Scdo rōnem eoꝝ assignat ibi. Qm̄ sicut habundāt ꝛc. Circa primū tria facit. Prio eñ ponit gratiarū actio. Secundo actiōis gra modus ibi. Qui cōsolať ꝛc. Tertio cā ibi. Et possim⁹ ꝛ ipi cōsolari. Agit ergo gras toti trinitati a qua ꝓuenit oē bonū. Et tō dicit. Benedictꝰ deꝰ id est tota trinitas. Iterū persone pr̄is cū dicit. Et pr̄ dn̄i nostri iesu xp̄i ꝑ quē scz xp̄m: pater nobis oīa donauit. Sed sciendū qz nos benedicim⁹ deū ꝛ deꝰ bñdicit nobis sed aliter ꝛ aliter. Nā dicere dei ē facere. ꝑs. Dixit ꝛ facta sunt. Un benedicere dei ē bonū facere ꝛ bonū infundere: ꝛ sic habet rationem causalitatis. ꝛ Gen. 1. ꝛ. 22. Benedicens benedicam tibi ꝛc. Dicere autem nostrum non est causale sed recognoscitiuum seu expꝛessiuū. Unde benedicere nostrum idem est qđ bonuz recognoscere Cum ergo gratias agimus deo: benedicimus sibi id est recognoscim⁹ eū bonum ꝛ datorem oīm bonozū. Tob. 12. Benedicite deū celi ꝛc. Dan. 3. Benedicite omnia opera ꝛc. Recte ergo gratias agit patri quia misericors est. Unde dicit. Pater misericoꝛdiarū. Et quia consolator. Unde dicit. Et deus totius consolationis. Et agit gratias de duobus quibus homines maxime indigent. Primo enim indigēt vt auferaťꝰ ab eis mala: ꝛ hoc facēmia que aufert miseriā: ꝛ miserere ē ꝓprium patris. ꝑs. Quomō misereť pater filioꝝ. ꝛc. Scdo indigent vt sustentenť in malis q̄ aduenīūt. Et illud ē ꝓprie cōsolari: qz nisi hō haberet aliquid in quo quiesceret coꝛ eius qñ supueniūt mala nō subsisteret. Tunc ergo aliqs consola

tur aliquẽ qñ affert el aliqs refrigeriũ in quo quiescat in malis. Et licet in aliquibus malis hõ possit in aliquo cõsolari ꝛ quiescere ꝛ sustentari tñ solus deus ẽ q̃ nos consolatur in oĩbus malis: ꝛ ideo dicit. Deus totius cõsolationis: qz si peccas cõsolaꝫ te deus qz ipe misericors est. Si affligeris cõsolaꝫ te vel eruẽdo ab afflictione per potentiã suã vel iudicando p iustitiã. Si laboras consolaꝫ te remunerãdo Heñ. 15. Ego merces tua ꝛc. Et iõ dicit Mat. 5. Beati qui lugent ꝛc. Materiã autem gratiarũ actionis subdit dicens: Qui cõsolaꝫ ꝛc. quasi dicat. Jõ benedictus qz consolatur nos in omni tribulatione infra 7. Qui consolaꝫ ꝛc. Cãm autem huius ponit cum dicit Ut possimus ꝛ ipsi cõsolari. Ubi notandũ est q̃ in ꝺ onis ꝺinis ẽ ordo. Ad hoc eñ deus dat aliquibus spãlia dõa vt ipi effundant illa in vtilitatẽ aliorum. Non enim dat lumen soli vt sibi soli luceat sed vt toti mundo. Uñ vult q̃ ꝺe oĩbus bonis nostrĩ sive sint diuitie sive sçia sive potẽtia sive sapia accrescat aliqua vtilitas alijs. pzie. ℔e. 4. Unusquisq; grã quã accepit ꝛc. Hoc ẽ ergo qõ apostolus dicit. Cõsolaꝫ nos in omni tribulatione. Sz quare nõ vt solũ nobis hoc sit ad bonũ sed ꝛ etiã alijs. ꝓlit. Uñ dicit. Ut possimus ꝛ ipi cõsolari eos ꝛc. possimus p exemplũ cõsolatiõis nostre. Qui eñ non ẽ cõsolatus nescit cõsolari. Eccl. 33. Qui nõ ẽ temptatus q̃lia scit qui sunt in omni. i. in qualibet pressura. Esa. 61. Spũs ꝺñi misit me ꝛc. vt cõsolarer omnes lugentes ꝛc. Eccl. 48. Consolatus ẽ lugentes ꝛc. Possimus dico cõsolari per exhortationẽ ad tolerantiã passionũ ꝓmittendo ꝓmia eterna: qua sçz exhortamur vos p scripturas ꝛ i eternas inspirationes vt patienter sustineamus ꝛ alios exhortemus exemplo nostri ꝛ p ipsas scripturas. pzie Cor. xi. Ego eñ accepi a ꝺño ꝛc. Esa. 48. Que audiui a ꝺño. ꝛc. ¶ Posita vtilitate q̃ ex aplis alijs ꝓuenit: dictorum cõsequẽter rõnem assignat dicẽs: Cñ sicut abundant. ꝛc. Et qz duo dixerat. s. q̃ deus cõsolaꝫ nos in omni tribulatione ꝛ q̃ possimus ꝛ ipi ꝛc. hĩc rõnem hoꝝ duoꝝ exponit: ꝛ pzio ostendit quo deus cõsolaꝫ nos in oĩ tribulatiõe. Secõ quo cõsolatio nostra cõuertit in cõsolatoẽz alioꝝ ibi. Sive aũt tribulamur ꝛc. Dicit ergo. Recte dico q̃ cõsolaꝫ nos in oĩ tribulatiõe nr̃a qz ñm q̃ ꝺ abũdant passiões xpi in nobis: ꝛ dicit xpi. i. inchoate a xpo. Eze. 9. A sanctuario meo incipite. In xpo eñ inceperũt passiones ꝓ peccatis nr̃is qz ipe pctã nr̃a ptulit in corpore suo sup lignũ. pzie ℔e. 2. Deinde p aplos qui dicebãt Mortificamur tota die. p̃s ꝛc. Deinde p martyres qui secti sunt tẽptati sunt ꝛc. Heb. xi. Ultimo ipi pctores ꝓ suis pctis patienter irã ꝺñi portabũt qz peccauerunt ei. Uel passiones xpi. i. quas sustinemus ꝓpter xpm. Act. 5. Ibant apli gaudentes ꝛc. ex ps. Propter te mortificamur ꝛc. Sicut inq̃ huiusmodi passiones abũdãt sic abũdat per christum consolatio nostra. p̃s. Scõm multitudinem dolorum ꝛc.

Lectio tertia

Jue aũt tribulamur pro vestra exhortatiõe ꝛ salute sive consolamur ꝓ vr̃a cõsolatiõe. sive exhortamur pro vr̃a exhortatiõe ꝛ salute q̃ operatur tolerantiam earundẽ passionuz quas ꝛ nos patimur. vt spes nr̃a firma sit ꝓ vobis scientes qñ sicut socij passionũ estis. sic eritis ꝛ cõsolationis. Nõ enĩ volum⁹ ignorare vos frẽs de tribulatiõe nr̃a que facta ẽ in asia. q ñ supra modum grauati sum⁹ supra virtutem. ita vt taderet nos etiã viuere. Sed ipi in nobisipis responsũ mortis habuim⁹. vt nõ sim⁹ fidentes in nobis. sed in deo qui suscitat mortuos qui de tantis piculis nos eripuit ꝛ eruit in quẽ speram⁹ qñ adhuc eripiet adiuuãtibus vobis in or̃one ꝓ nobis. vt ex multarũ psonis faciez eius que in nobis ẽ donationis. ꝓ multos gr̃e agantur pro nobis.

Postq̃ apls ostendit q ꝺe⁹ cõsolaꝫ seruos suos in tribulationib⁹ scz ministros fidei ꝛ ꝓdicatores: hic ꝓsequẽter manifestat q eoꝝ cõsolatio cedit ad bonũ aliorum. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat qualiter eozũ consolatio sit ad alioꝝ vtilitatem ꝛ salutẽ. Secũdo ordinem huius cõsolatiõis ꝛ saluris insinuat ibi. Que operãtur tolerantiã ꝛc. Circa ꝓmũ aduertendum ẽ q̃ tria dicit apls se recepisse. Tribulatiõz cũ dicit. In omni tribulatiõe vestra: cõsolationẽ cũ dicit Qui cõsolaꝫ nos Exhortationẽ cũ subdit. Ut possim⁹ ꝛ ipi ꝛc. Accipiẽdo ergo hec tria passiue dicimus q apli cõsolanẽ tribulanẽ ꝛ exhortanẽ. Unde ꝛ tria oñdit apls cedere ad cõsolationez aliorũ: ꝛ hoc in quoꝺ ordine. Et pzio eorum tribulatio nẽ cũ dicit. Sive inquit tribulamur ꝛc. quasi dicat: vere quicquid recipimus est in bonũ vestrũ. Quia sive tribulamur ꝓ vestra exhortatiõe ꝛ salute: qz sçz nostro exẽplo monet vos de⁹ ad passionũ tolerantiã: vnde ꝓuenit vobis salus eterna Unde ꝑmi Macha. 6. legit. Qñ ostenderũt elephantis sanguinẽ vue ꝛ morozum: vt acuerent eos ad bellũ. Quod fit quãdo tepidis ꝛ pigris adhibẽt passiones scoꝝ in exemplũ. Scõo ostendit q eoꝝ consolatio in alioꝝ vtilitatem cedit cum dicit. Sive consolamur quasi dicat: ipa nostra cõsolatio qua nos spe ꝓmij consolamur ẽ ad cõsolationẽ vestrã inquãtũ exemplo nostro vos etiã eandẽ spem ꝓmij habentes gaudetis. Tertio ostendit q eozum exhortatio passiua est ad bonũ aliorum dicẽs. Sive exhortamur ꝓ interna inspiratione vel per flagella: hoc ẽ pro vestra exhortatione sçz vt vos ad maioza animemini ꝛ salutẽ speretis. Unde ꝺt. 2. Machab. vlt. q exhortati sermonib⁹ iude. ꝛc. Sexto adiungãtes aũt vos ꝛc. Hui⁹ aũt cõsolatiõis ꝛ salutis ordinez insinuat cũ subdit. Que operanẽ tolerantiã ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit patientiam habitam in aduersis. Secundo manifestat fructum qui ex patientia ꝓuenit ibi. Ut spes firma ꝛc. Dicit ergo. Dico q hec ad vestram salutem cedunt que salus est vobis in hoc in quantum exemplo nostri estis fortes ad tolerantã passionum: ꝛ vt patienter sustineatis passiones quas ꝛ nos patimur. Luc. 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Jac. 5. Exemplum accipite fratres mei ꝛc. Et qũa quidẽ patia ꝓuenit vobis fructus: qz ex hoc spes nostra firma ẽ ꝓ vobis q vos efficiamini heredes vite eterne. Ro. 5. Tribulatio patiam opaꝫ patia vero spez. Greg⁹. Tanto spes in deũ solidior surgit: q̃to quis grauioza ꝓ no ẽ el⁹ ꝓtulerit. Hã ex passionibus quas sustinẽt sci ꝺei ꝓ xpo cõsurgit eis spes vite eterne. Et cã spei hui⁹ ẽ qz sum⁹ sciẽtes qz sicut estis socij nr̃i in passionibus eritis socij ꝛ cõsolatiõis. i. vite eterne. 2. Timo. 2. Fidelis sermo nã si cõmortui sum⁹ ꝛ conuiuem⁹. ꝛc. ℔e. 4. ℓ Oĩcates xpi passionib⁹ gaudete ꝛc. ¶ Cõsequẽter cũ dicit. Nõ enĩ volum⁹ vos ꝛc. Captat eoꝝ benivolentiã recitando q̃dã ĩ spãli. Et circa hoc tria facit. Primo enĩ ꝺescribit persecutoẽz quã passus ẽ in asia. Secõo spãlẽ ei ꝓsolatoz collatã ibi. Qui de tantis. Tertio subdit consolationis causam ibi Hã gr̃ia ꝛc. Dicit ergo primũ ñ solũ ea q̃ dcã sũt de tribulatiõibus ĩ generali bonũ est vos scire: sed nõ volumus vos ignorare quia scire est vtile nobis inquantum exemplo nostri patiẽtiozes estis Nolumus inq̃ vos ignorare de tribulatione nostra. ꝛc. Treñ. 3. Recordare paupertatis mee ꝛc. Hec ẽ illa persecutio de qua legitur. Act. 19. Que facta est apostolo ab asiano quodã argentario cõcitante plebẽ contra eum quã quidẽ apostolus exaggerat a tribus. Ex loco qz in asia ꝛ hoc ẽ qõ dicit. Que sçz tribulatio. Facta ẽ in asia id ẽ apud ephesum q̃ ẽ in asia vbi debuisset magis honorari ꝛ cõsolari. Ex acerbitate qz supra cõsuetudinem humanaz passionũ. ꝛ ideo dicit. Cñ supra modũ sumus. ꝛc. Itẽ supra posse ꝛ iõ dicit supra virtutẽ. Sz cõtra. 1. Cor. 10. Fidelis deus qui non patietur vos temptari supra. ꝛc. Rñdeo dicendũ q̃ pati supra virtutẽ põt intelligi dupliciter. Uel supra virtutẽ naturalez: ꝛ de hac loquit hic supra q̃ ꝺeus aliq̃n ꝓmittit sctos temptari. Uel supra virtutẽ gratie: ꝛ de hac ĩtelligit illud. 1. Cor. 10. Fidelis de⁹ ꝛc. supra q̃ nõ ꝓmittit aliquem ꝺe⁹ temptari. Et q̃ apostolus loquaꝫ hic ꝺ virtute naturali ostẽdit cõsequẽter cũ dicit. Ita vt tederet nos viuere. Constat enĩ q̃ inter alia viuere magis ꝺesideraꝫ. Cñ ergo ẽ tanta ꝓsecutio vt ꝛ ipa vita reddaꝫ tediosa manifestũ est q̃ ẽ supra virtutẽ nature. Et hoc est qꝺ dicit. Ita vt. ꝛc. quasi dicat. Sic erat grauis ꝓsecutio vt vita esset nobis tediosa. Job. 10. Tedet aĩam meã vite mee. Cõtra Jac. 1. Omne gaudiũ existimate frẽs mei ꝛc. Rñdeo dicẽduz q̃ tribulatio põt cõsiderari dupliciter. Uel ex ꝑte se ꝛ sic ẽ tediosa: vel in cõparatione ad finẽ: ꝛ sic ẽ iocunda inq̃tũ ꝓpter deũ ꝛ spem vite eterne sustineꝫ. Et nõ solum erat nobis tediosa vita sed eram⁹ certi de morte. Unde dicit Sz ipi in nobis responsũ mortis. i. certitudinez mortis habuim⁹ quasi ꝺicat. Opinio mea dictabat mihi hoc q̃ ꝺeberẽ mori. Uel aliter responsũ mortis. i. ipsa rõ diceret ꝛ eligeret mori ꝓpter tediũ vite. Exaggerat etiã tribulationẽ ex cã. Uñ dicit. Et nõ simus in nobis. ꝛc. s. vt repzimaꝫ humana superbia. Jere. 16. Ꝺñe fortitudo mea ꝛ robur. ꝛc. Sed in oĩbus cõfiꝺam⁹ ꝺ deo. Jere. 17 Benedictus qui cõfiꝺit in ꝺño ꝛc. Et iõ dicit. Sz i deo qui suscitat ꝛc. i. Re. 2. Ꝺñs mortificat ꝛ viuificat. Sz qz ꝺñs nõ derelinquit sperãtes in se: iõ subdit apostolus cõsolationẽ ei factã a ꝺño ꝺicens. Qui de tãtis piculis ꝛc. Et circa hoc tria facit. Pzio describit cõsolationẽ ꝓsentẽ cõtra mala ꝓterita. Secũdo cõsolationẽ futurã. Tertio cãm spei. Dicit ergo cõsolati sum⁹ a deo qui eripuit nos ĩ ꝓterito de tantis periculis ꝛ eruit in ꝓsenti qz nõ cessat liberare. Esa. 43. Cũ trãsieris p aquas. ꝛc. In quẽ speramus qñ eripiet ꝛ adiecit ĩ futuro Ecc. 2. Qui timetis ꝺñm sperate in illũ. Huius aũt spei cãm nobis ꝓbent or̃ones vr̃e. Uñ dicit. Adiuuantibus vobis nos in or̃onibus quas ꝓ nobis facitis. Prouer. 18. Frater qui iuuaꝫ a fratre ꝛc. Ro. 15. Obsecro vos frẽs p ꝺñm Iesum xpm ꝛ p charitatẽ sancti spũs vt adiuuetis me in or̃onibus vr̃is. ꝛc. Que quidẽ or̃ones necessarie sũt qz ꝺe⁹ multa bona cõfert vni ad ꝓces multoꝝ: cui⁹ rõ est. qz ꝺe⁹ de bonis q̃ cõfert vult exhiberi sibi gr̃as ꝛ q multi ex hoc teneanꝫ ad gr̃aruactiões: hoc aũt fit qñ ex eo q̃ dat vni ad ꝓces multoꝝ obligat sibi oẽs ad quoꝝ preces cõfert bonũ aliq̃ vt sic nõ solũ ille cui cõfert sed etiã ipi rogãtes gr̃as referant deo Et hoc ẽ qꝺ dicit. Et ex multarũ psonis. Et dicit ex multaz faciez vel quantũ ad etatem vel q̃tũ ad cõditionẽ vel q̃tũ ad ꝺiuersitatẽ gẽtium vel moꝛũ. Eius q̃ in nobis ẽ ꝺonatiõis. i. ꝑ illa ꝺonatione. s. fidei q̃ in nobis ẽ. Per multos aganeꝫ gratie deo. ꝓ nobis Ephe. 5. Gratias agentes deo ꝛ patri ꝛc. Uel aliter. Ut ex multaz psonis faciez. i. cõditionez personis. Dico eius ꝺonatiõis q̃ ẽ in nobis. i. q̃ habẽt idẽ ꝺonum sçz fidei vel charitatis. i. ex multis psonis illoz q̃ui sunt in fide xpi. Aganẽ ꝛc. Et sic ñm hãc expositionẽ per ꝺiuersas facies intelligunẽ ꝺiuerse virtutes vt facies vni⁹ ꝺicaẽ illa virtus in qua ꝓeeminet sicut facies iob patiẽtia. facies ꝺauid humilitas: ꝛ sic ꝺ e alijs.

Lectio quarta.

Am gloria nostra hec est testimonium cõscie nr̃e: q in simplicitate cordis ꝛ sinceritate ꝺei: ꝛ nõ in sapientia carnali: sed in gr̃a ꝺei cõuersati sum⁹ in hoc mũdo. habũdanti⁹ aũt ad vos. Nõ enĩ alia scribim⁹ vobis q̃ ꝓ que legistis ꝛ cognouistis. Spero aũt q̃ vsq; in finẽ cognoscetis sicut ꝛ cognouistis nos ex ꝑte qz gl̃ia vr̃a sumus: sicut ꝛ vos nostra in die ꝺomini nostri iesu christi.

Posita cõsolatione apls a ꝺeo facta post ꝓsecutionẽ: hic cõsequenter cõsolatiõis cãm assignat que ẽ de spe viuini auxilij. Et circa hoc duo facit. Pzio ꝓponit causam spei. Scõo adducit ad hoc testimoniũ eoꝝ quib⁹ scribit ibi. Nõ enĩ alia ꝛc. Dicit ergo. Dico q̃ speram⁹ ad huc eripi a ꝺño ꝛ cõsolari. Hã gloria ꝛc. quasi dicat: cã hui⁹ ẽ bona conscia nostra Spes eñ ẽ expectatio futurorum ex gratia ꝛ meritis ꝓueniens. Uñ ꝛ circa hoc tria facit Pzio oñdit gloziã quã habet de testimonio pure ꝑscie. Scõo cãm hui⁹ glorie insinuat ibi. Q in simplicitate. Tertio manifestat vnde ꝓueniat hec cã ibi. Et nõ in sapientia carnali. Dicit ergo. Jõ spero ꝛ cõfiꝺo de ꝺeo qz gloria nostra. i. glorioz ex testimonio ꝛ puritate conscie nostre: ex quib⁹ secure põt cõfiꝺere de ꝺeo. 1. Jo. 4. Si coz nostrũ nõ reꝑhenderit ꝛc. Ro. 8. Ipe spũs testimoniũ ꝛc. Notandũ aũt q̃ cõscietie testimoniũ veꝝ ẽ q̃ nõ decipit. Multi enim exterius videntur boni qui in conscientia sua nõ sunt boni. Et semper dura. Sed non dicit conscientie aliozum sed nostre: quia semper hõ plus debet stare conscientie sue ꝺe se tanq̃ testimonio aliozũ quod nõ faciunt illi qui reputant se bonos ex hoc q̃ alij sunt mali nõ ex hoc q̃ ipi in veritate boni sint Et illi qui glorianẽ ꝺe bonitate alicuius boni viri qui eis aliq̃ affinitate coniungitur. Causam autem huius glorie insinuat ꝺicens q̃ in simplicitate ꝛc. q̃ consistit in ꝺuobus. In ꝺuobus enim consistit puritas conscientie: vt sçz ea que facit sint bona ꝛ q̃ intentio facientis sit recta: ꝛ ista ꝺicit apls ꝺe se. Pzio q̃ habet intentionem rectam ad ꝺeum in ogibus suis ꝛ iõ dicit. Q in simplicitate. i. in rectitudine intentionis. Sap. pzio. In simplicitate coꝛꝺis ꝛc. Prouer. 11. Simplicitas iustoꝝ. ꝛc. Scõo q̃ ea q̃ facit sunt bona. ꝛ iõ dicit. Et sinceritate opatõis. Phil. pzio Ut sitis sinceres ꝛ sine offensa. Unde aũt ꝓueniat huius glorie causa manifestat subꝺens: Sed non in sapia carnali. hoc põt ꝺupliciter legi. Primo vt referatur ad hoc qꝺ immediate precedit sçz ꝺei. Et tunc est insinuatiũ: vnꝺ veniat ei sinceritas ꝛ simplicitas: quasi ꝺicat. Multi antiqui fuerunt sapientes in sapientia terrena sicut phi. Et multi iudei pure vixerunt confidentes in iustitia legis: sed nos nõ in sapientia carnali q̃ ñm naturas rerũ vel ꝺesideria carnis est sed in gratia ꝺei cõuersati sum⁹ in hoc mundo. Ro. 8. Prudẽtia carnis mors ẽ ꝛc. pzie Cor. 2. Nõ in psuasibilib⁹ humane ꝛc. pzie Cor. 15. Gratia ꝺei sũ id qꝺ sum. Uel etiã ñm hunc modũ. Nõ in sapiẽtia ꝛc. i. nõ quasi innitus hũane sapie sz gr̃e ꝺei Prouer. 3. Ne innitaris prudentie tue. Alio mo põt exponi vt hoc

Explanatio sancti Thome

in epistolā II ad Corinthios II

qđ dicit ī simplicitate. ꝛc. referaꝫ ad puritatem vite. hoc vero qđ dicit Nō ī sapīa. ꝛc. referaꝫ adveritatē doctrine q̄si dicat. Sicut vita nostra est ī simplicitate ꝛ sinceritate dei: sic doctrina nō in sapia carnali sed in gratia dei. Sz tñ due ꝓne magis valent. Et licet sic bñ conuersati simus in mundo ista tñ abundanti⁹ q̄tuz ad vos. qz scz ab alijs ecclīs receperat sumpt⁹ ab eis nō. infra. II. Alias ecclias expoliaui. Et rō hui⁹ pōt eē: qz auari erāt. vnde ne cōtristaret eos noluit ab eis recipe sūpt⁹. ¶ Consequēter hui⁹ sancte sue cōuersatiōis testimoniū eoz inuocat dicens. Nō em̄ alia. ꝛc. quasi dicat. Hec que scribimus vobis nō sunt vobis incognita: qz iam legistis ea ī ꝓma epla ꝛ cognouistis ꝙ experientiā opeꝝ. 2. Jo. 2. Nō mandatū nouū. ꝛc. Et licet non ꝓfecte cognoueritis qz cōparastis vobis pseudo aplos: spero tamē q̄ vsq; in finem. s. vite cognoscetis. s. ꝓfecte sicut vsq; mō cognouistis nos ex ꝑte. Cui⁹ ratio ē: qz cuz quis videt aliquē aliquid bene incipe debet sperare q̄ semp̄ bñ ꝓficiat. Et quare: qz qui cepit in vobis opus bonum. ꝛc. vt dicitur Phi. I. Et cognoscet⁹ qz nos sum⁹ gloria vestra. i. ꝑ nos debetis cōsequi gl̄iam eternā ad quā homo ꝙuenit ꝑ fidem xp̄i quā ꝑdicam⁹ vobis. Nozoner. 10. Sīa filiorum sunt patres eoz. Ita dico sum⁹ gloria vestra sicut ꝛ vos nostra gloria estis: qz ꝙ vos a nobis instructos bñe spēramus ꝓmiū eterne glie. I. Thes. 2. Que ē spes nostra aut cozona glie nostre: nōne vos. Et hec gloria erit nob ex vobis in die vñi nostri iesu xp̄i. i. in die iudicij qui dicitur dies xp̄i: qz tunc faciet voluntatē suā cū ꝑtoribus puniendo eos qui in hoc mūdo fecerunt voluntatē suam peccādo. ꝑs. Cū accepero tēpus ego iusti. ꝛc. Apoc. 20 Libri aperti sūt. ꝛc.

Lectio quinta:

b Abentes igitur talem spem multa fiducia vtimur. Et non sicut moyses ponebat velamen sup faciem suã vt non intenderent filij israel in faciẽ eius qõ euacuatur sed obtusi sunt sensus eorum. Usq; in hodiernũ diem idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatũ.quod in christo euacuatur.sed usq; in hodiernũ diem cũ legitur moyses velamen positum est sup cor eorum. Cũ autez conuersus fuerit ad deum auferetur velamen. Dominus autẽ spirit? est. Ubi autẽ spiritus domini ibi libertas. Nos vero omnes reuelata facie gloriam domini speculantes in eandẽ imaginẽ transformamur a claritate in claritatẽ tanq̃ a domini spiritu.

Positis his q̃ pertinent ad cõmẽdationẽ doni? percepti a deo:hic cõsequenter ponit ea q̃ ptinẽt ad cõmẽdatiõez fiducie de ipo dono cõcepte. Circa hoc autem duo facit. Primo ponit fiduciã ex dono cõceptã. Secõo vero cõparat fiduciã veteris ꝛ noui testamẽti. ibi. Et nõ sicut moyses. Dicit ergo primo. Habẽtes igit talẽ spem ex hoc.i. qõ nobis dictũ ẽ scz videndi gloriã dei. Ro. 8. Spe salui facti sumus. Multa fiducia vtimur.i. cõfidenter opamur ea que ptinent ad vsum huius ministerij ex quo ercscit nobis spes. Prouer.28. Justus quasi leo cõfidens absq; terroze erit. Jere.17. Benedictus vir qui cõfidit in dño. ¶ Consequẽter sicut ꝓtulit donũ dono ita prefert fiduciã noui testamẽti fiducie veteris testamẽti cum dicit. Et nõ sicut moyses ꝛc. Et ci rca hoc duo facPrio ꝓponit factũ in veteri testamento. Secũdo exponit ibi. Quod euacuaꝝ. ꝛc. Factum autẽ qõ ꝓponit legit Exo. 24. vbi dicit Q moyses quãdo loquebat ad populum velabat faciẽ suã qz ꝓpter claritatẽ vultus ei? nõ poterant respicere in eum filij isrl. Et ideo dicit. Et nõ sicut moyses ꝛẽ. quasi dicat. Dico q vtimur fiducia ꝛ tanto q nõ accidit nobis sicut moyses faciebat eis. s. nõ velando faciem suã populo:qz nõdum venerat tempus reuelandi claritatẽ veritatis. Habem? ergo nos fiduciã absq; velamine. ¶ Cõsequenter exponit hoc qõ dixerat de velamine dicens. Qõ euacuaꝝ ꝛc. Velamẽ eñ illõ erat obscuritas figurarum que per xp̃m euacuata ẽ. Et circa hoc tria facit. Primo ponit enacuationẽ huius velaminis. Secõo quomõ hec euacuatio habet locũ i iudeis ibi. Sed obtusi ꝛc. Tertio qũo nõ habet locũ in mistris noui testamẽti ibi. Nos vero reuelata ꝛẽ. Dicit ergo q moyses ponebat velamẽ. s. figure sup faciẽ suã. qõ. s. velamen euacuaꝝ. i. tollit ꝑ xp̃m. s. implẽdo in veritate ꝙõ moyses tradidit in figura:qz oĩa in figura contingebant illis. Sic enim xp̃s per mortem suam remouit velamen de occisione agni paschalis. Et iõ st atim cum emisit spm̃ velum rempli scissum est. Item in mittendo spiritũ sanctum in cordẽ credentium vt intelligerent spiritualiter quod iudei carnaliter intelligunt. Et hoc velamẽ removit cum aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas. Luc, vlt. Qualẽ aũt effectũ habeat in iudeis hec euacuatio ondit dicens. Sed obtusi. ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo oñdit q remotũ ab illis non fuit in statu infidelitatis. Secundo ostendit q remouebitur in eorum conuersione. ibi. Cum autem conuersus fuerit. ꝛẽ. Circa primũ duo facit. Prio ostendit rõem quare hec euacuatio nõ habet effectum in iudeis. Secõo ex hoc oñdit eos adhuc habere velamẽ ibi. Sz usq; in hodiernũ diẽ ꝛc. Dicit ergo q euacuatur in his qui credunt:sed non quantũ ad iudeos infideles:ꝛ rõ hui? est:qz obtusi sunt sensus eoꝝ. i. rõ eoꝝ hebes ẽ ꝛ sensus eoꝝ imbecilles ꝛ obtusi sunt. nec pñt videre claritatẽ dini luminis. i. dñe veritatis absq; velamine figuraꝝ. Et hui? rõ ẽ qz claudunt oculos vt nõ videãt qz velũ tẽpli scissuz ẽ. Et ideo est ex eorum culpa infidelitatis non ex defectu veritatis quia remoto velamine oĩbus aperientib? oculos mentis

per fidē clarissime manifestatur. Ro. xi. Cecitas ex parte contingit in israel. Jo. 9. In iudiciū veni in hūc mundum. ꝛc. Sic enim prophetauerat Esa. 6. cap. Excecauit populi huius. ꝛc. Et vere in tantum obtusi sunt sensus eorum vt veritatem nobis manifestatā vsq; in hodiernū diem non intelligant Sed idipsum velamen quod erat in veteri testamento anteq; velum templi scissuz eēt in lectione veteris testamenti: quia non aliter intelligūt illud q̄ ante quia adhuc innitunt figuris vt veritatē nō reuelent. id est nō intelligant sic velamē dei non figuraz sed veritatem credunt quod sez euacuatur quantū ad fideles ꝛ quantum in se ē omnibus per xp̄m. i. in fide xp̄i: sed in eis nō manet: qz nō credunt venisse xp̄m. ¶ Consequenter cū dicit. Sed vsq; in hodiernū die ꝛc. ostēdit quomodo adhuc apud iudeos est velamen quātum ad fideles licet remotū sit per christum. Circa quod sciendum est q̄ velamen dicit apponi ali cui duplicit. Aut q: apponitur rei vise ne possit videri. Aut quia apponitur vidēti ne videat: sed iudeis in veteri lege vtroq; modo appositū erat velamen. Nam ꝛ corda eorum excecata erāt ne cognoscerent veritatem ꝓpter eorum duricies: ꝛ vetus testamentū nōdum completū erat quia nondū veritas venerat. Unde in signum huius velamē erat in facie moysi ꝛ non in faciebus eorū sed veniente xp̄o velamen remotum est a facie moysi id ē a veteri testamento: quia iā implerum est: sed tamē non est remotū a cordibus eorum. Et hoc ē quod dicit. Sez vsq; in hodiernū diem. Quasi dicat āmotum est a fidelibus veteris testamenti velamē ¶ Sed adhuc cū legitur moyses. id est cum exponit eis vetus testamentū. Act. 15. Moyses a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eū predicent in synagogis ꝛc. Velamē. i. cecitas ē positū super cor eorum Ro. xi. Cecitas ex pte cōtingit ꝛc. ¶ Quādo aūt ꝛ quo modo remouet ab eis illud velamē: ostendit cōsequēter cū dicit. Cū autē conuersus ꝛc. Et primo describit modum remouendi hoc velamen. Secūdo rōnez huius reddit ibi. Dñs aūt spiritus ꝛc. Dicit ergo q̄ illud velamē adhuc est in eis sed nō q̄ vetus testamētū sit velatuz sed quia corda eorum velata sūt. Et ideo ad hoc vt remoueat nihil restat nisi q̄ cōuertant: ꝛ hoc est qđ dicit. Cū autē conuersus fuerit sez aliquis eorum ad deuz per fidez i xp̄m ex ipa conuersione auferetur velamē. Esa. 10. Reliquie conuertent ꝛc. Et hoc idem habet. Roma. 11. ¶ Et nota q̄ cum ageret de cecitate loquit in plurali. Unde dicit, Sup corda eorum: cū vero loquitur de conuersione loquitur in singulari dicēs. Cū autē cōuersus vt ostendat eorum facilitatem ad malū ꝛ difficultatem ad bonum quasi pauci conuertant. Ratio aūt quare cōuertant ꝛ velamē remoueat hoc modo est: quia deus vult. Posset em̄ dicere q̄ velamen illud appositū est ex precepto domini: ꝛ iō non potest remoueri. Sed apostol⁹ ostendit q̄ nō solum potest remoueri: imo quia remouet per eum qui ē dominus: ꝛ hoc est quod dicit. Domin⁹ em̄ ꝛc. Nō potest dupliciter legi. Uno modo vt spiritus teneat ex parte subiecti: vt dicatur: spiritus. i. spiritus sanctus sez qui ē auctor legis est dominus id est operatur ex ꝓpio libertate arbitrio. Jo. 3. Spiritus vbi vult spirat. Prie. Cor. 12 Diuidens singulis ꝓout vult. Ubi autē spirit⁹ dei ibi libertas. Quasi dicat. Quia spiritus est domin⁹: potest dare libertatē vt possimus libere vti scripturaveteris testamenti absq; velamine. Et iō qui nō habēt spiritū sanctū nō possunt libere vti. Hab. 5. Vos in libertatē vocati estis. 1. Pet. 2. Quasi liberi ꝛ nō quasi velamē habētes malicie libertatē. Alio modo vt per dominū intelligatur xp̄s: ꝛ tūc legit sic. Dominus id est xp̄s ē spiritus id est spūalis potestat⁹: ꝛ iō vbi est spiritus dñi. i. lex xp̄i spūaliter intellecta non scripta litteris sed per fidem cordibus impzessa: ibi est libertas ab omni impedimēto vel laminis. ¶ Sciendum ūat q̄ occasione istorum verborum sez vbi spiritus domini ibi libertas ꝛ illorum sez iusto lex non est posita aliqui erronee dixerunt q̄ viri spirituales non obligantur preceptis legis diuine. Sed hoc est falsum: nam precepta dei sunt regula voluntatis humane. Nullus autem homo est nec etiam angelus cui? voluntatem non oporteat regulari ꝛ dirigi lege diuina Unde impossibile est aliquem hominem preceptis dei non subdi. Hoc autem quod dicitur iusto lex non est posita. exponitur. id est propter iustos qui interiori habitu mouentur ad ea que lex dei precipit. lex non est posita sz propter iniustos non quin etiam iusti ad eam tenentur Et similiter vbi spiritus domini ibi libertas intelligitur quia liber est qui est causa sui. seruus autem est causa domini: quicunq; ergo agit ex seipso libere agit: qui vero ex alio motus non agit libere. Ille ergo qui vitat mala non quia mala sed propter mandatum domini non est liber: sed qui vitat mala quia mala: est liber. Hoc autē facit spiritus sanctus qui mentem interius perficit per bonum habitum: vt sic ex amore caueat ac si preciperet lex diuina. ꝛ ideo dicitur liber non quin subdatur legi diuine: sed quia ex bono habitu inclinatur ad hoc faciendum quod lex diuina ordinat. ¶ Deinde cum dicit. Nos vero omnes. ꝛc. ostendit quomodo christi fideles sunt omnino liberi ab hoc velamine. Dicit ergo. Dico q̄ ab illis aufertur velamen hoc: cum aliquis conuersus fuerit sic nos non aliquis sed omnes qui sumus xp̄i fideles Luc. 8. Vobis datū est ꝛc. ¶ Reuelata facie nō habentes velamen supra cor sicut illi: ꝛ intelligitur per faciez cor seu mens: quia sicut per faciem videt quis cor ꝓpoz aliter tra g mentem spūaliter. ps. Reuela oculos meos ꝛc. ¶ Gloriam domini non moysi. gloria enim significat claritatē vt dicit Augu. Judei autem videbāt quandam gloriam in facie moysi ex hoc q̄ locutus est cum deo: sed hec gloria est imperfecta: quia non est claritas ex qua ipse deus ē gloriosus: ꝛ hoc est cognoscere ipsum deū. Uel gloriā domini. id ē filiū dei. Prouerb. 10. Gloria patris filius sapiens. ꝛc. ¶ Speculantes nō sumit hic a specula sed a speculo. id ē ipsū deū gloriosum cognoscentes per speculū rationis in qua est quedam imago ipius ꝛ hoc speculamur quando homo ex consideratione suiipsius assurgit in cognitionem aliquā de deo transformatur. Cum enim omnis cognitio sit per assimulationez cognoscentis ad cognitum oportet q̄ qui vident aliquo modo trāsformentur in deum. Et siquidem perfecte vident: perfecte transformantur sicut beati in patria per fruitiōis vnionem. ꝓie Job. 3. Cum autē apparuerit ꝛc. Si vero imperfecte: imperfecte sicut hic per fidem. ꝓie Cor. 13. Videmus nunc per speculum ꝛ in enigmate. Et ideo dicit. In eandem imaginē id ē sicut videm⁹. ¶ Transformamur inq̄ a claritate in claritatez in quo distinguit triplicem gradū cognitionis in discipulis christi. Primus est a claritate cognitionis naturalis in claritatē cognitionis fidei. Secundus est a claritate cognitionis veteris testamenti in claritatem cognitiōis gratie noui testamēti. Tertius est a claritate cognitionis naturalis ꝛ veteris ꝛ noui testamenti in claritatem visionis eterne infra. 4. Licet is qui foris est. ꝛc. Secundo est hoc: Non ex littera legis sed tanq̄ a spiritu domini. Ro. 8. Quicunq; spiritu dei aguntur. ꝛc. ps. Spiritus tuus bonus deducet. ꝛc.

Incipit capitulum quartum

Deo habētes hāc āministratōez iuxta qđ misericordiaz cōsecuti sum⁹. nō deficim⁹ sz abdicamus occulta dedecoris: nō ambulantes i astutia: neq; adulterātes v̄bū dei: sz in manifestatōe veritatis: cōmēdātes nosmet ipos ad omnē conscientiā hominū cora deo.

Ostensa dignitate ministerij noui testamenti: hic consequenter apostolus determinat de vsu ministerij. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit vsum hui⁹ ministerij qui debet esse in agendis bonis. Secundo illū qui debet esse in malis patienter tolerandis ibi. Habemus autem thesaurum ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ponit huius ministerij vsum. Secundo obiectionē excludit ibi. Q̄ si ꝛc. Dicit ergo: quia igitur huiusmodi ministerium ē tante dignitatis in se ꝛ in ministris. Ideo nos habentes hanc administrationē id ē hanc dignitatē administrandi spiritualia. prime Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros. ꝛc. Roma. 11. Quādiu sum gētium apostolus ministerium. ꝛc. Habentes inq̄ non ex nobis seu ex meritis nostris: sed iuxta quod misericordiam consecuti sumus a deo. i. ex misericordia dei quā in hoc cōsecuti sumus a deo. prime Thimo. 1. Misericordiam consecutus sum. ꝛc. ¶ Cōsequenter cum dicit. Nō deficimus. ꝛc. Describit vsum huius ministerij: qui debet esse circa bona agenda: ꝛ hoc quantū ad duo. Primo quantum ad vitationem malorum. Secundo quantum ad operationē bonorū. ibi. In manifestatione. ꝛc. Docet autē vitari mala in vsu huius ministerij: ꝛ quantum ad vitam ꝛ quantū ad doctrinā. Sed quantū ad vitam dupliciter: sez quantū ad operationem ꝛ quātū ad intentionem. Nam si quis vitat mala operari ꝛ bona intentione perfecte vitat mala. In operatione autē vitat maluz in aduersitate patienter mala sustinendo: ꝛ ideo dicit. Nō deficimus per impatientiā Hab. 2. Bonū autē faciētes nō deficiamus. 2. Cor. 1. Cum infirmor: tūc fortior sum ꝛ potens. Vitatur etiā in prosperitate tpate vtendo eis que prospere succedunt. ꝛ ideo dicit. Sed abdicam⁹ occulta dedecoris. id est amouemus a nobis que dominez turpem ꝛ dedecorosum faciunt sez immunda ꝛ turpia et etiam occulta non solum manifesta. Jac. 1. Abijcientes omnem immundiciā. Ephe. 5. Que in occulto ab eis fiunt turpe. ꝛc. In intentione autē vitatur malū vite sicut in intentione recta ꝛ quātum ad hoc dicit. Non ambulantes in astucia id est in astutia ꝛ simulatione ꝛ ypocrisi quod faciunt pseudo qui aliud prętēdūt exterius ꝛ aliud gerunt interius ī corde. Job. 36. Simulatores ꝛ callidi prouocāt iram dei. In doctrina aūt vitaē malū quando verbū domini debito modo ꝓponit: ꝛ quantū ad hoc dicit. Nō adulterātes verbū. Qđ dupliciter exponitur: vt patet supra. 2. Et primo nō permiscētes doctrine xp̄i falsam doctrinam quod faciebāt pseudo: dicētes legalia debere seruari cum euangelio. Secūdo nō predicantes propter lucrū vel gloriam. ꝓpriam. Et istorū primus est lupus. Secundus mercēnarius. Sed qui vera predicat ꝛ propter gloriā dei est pastor. Unde Augustinus. Pastor est amandus: lupus vitandus: sed mercēnarius ad tempus tolerandus. Sed qz nō sufficit ad perfectā iusticiam solū vitare mala: sed requiritur operatio bona. iō consequenter subiungit de operatione bonorum in ipso vsu huius ministerij. Et ponit triplex bonū qđ facit contra triplex malū. Primū bonū est contra malū doctrine. Secundū contra malū intentionis. Tertiū contra malum operationis. Contra malū doctrine quod debet vitari facit bonum manifeste veritatis. Et quantū ad hoc dicit. In manifestatione veritatis Quasi dicat. nō deficimus sed vitantes mala: ambulamus ꝛ proficimus in manifestatione veritatis id est veritatem puram manifestamus Jo. 19. Ad hoc natus sum vt testimonio perhibeam veritati. Eccl. 24. Qui elucidant me vitā eternam habebunt. Contra malū opatiōis facit bona opa ꝛ quātū ad hoc dicit cōmendantes nos. ꝛc. Et hoc nō facim⁹ dicendo de vobis bona quia nō defacili credit ei qui seipsū cōmendat: sed operando bona quia talia opera facimus vt ex ipis operibus reddamus nosmetipos cōmendabiles ad omnē cōscientiā hominū. prime Pe. 2. Conuersationem vestram inter gentes ꝛc. Contra malum intentiōis facimus bonū reddendo nos cōmendabiles nō solum ad oēm conscientiā hominū sed etiaz coram deo qui intuet corda. infra. x. Non enim qui seipsum cōmendat ille probatus est. ꝛc. Roma. 12. Prouidentes bona non solū coram. ꝛc. Et fm Augustī. in glo. apostolus implet in hoc mandatū domini. Mat. 5. Sic luceat ꝛc. Jtez sexto Attendite ne iusticiā. ꝛc. Primū in hoc quod dicit. Cōmendantes nos. ꝛc. Secūdū vero in hoc quod dicit Coram deo. Ro. 2. Non enī qui ī manifesto ꝛc. Uel potest totum hoc magis fm continuationem littere legi sic: vt dicatur. Ideo habentes hanc ministrationē: iuxta quod ꝛc. Non deficimus supple a bene operando sed abdicamus ꝛc. Et iterū non deficimus in manifestatione veritatis seruato tn eodē mō exponendi sicut in pma lectura.

Lectio secunda.

Quod si etiam opertū est euangeliū nostrū in his qui pereunt est opertum: i quibus deus huius seculi excecauit mentes infideliū: vt non fulgeat illuminatio euangelij gloria christi qui ē imago dei. Non enī nosmetipsos predicamus: sed iesum christū dominū nostrū. Nos autē seruos vestros per iesum. quoniā deus qui dixit de tenebris lucem splendescere: ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientie claritatis dei in facie xp̄i iesu.

Hic consequenter apostolus respondet cuidā tacite obiectioni. Posset em̄ dici sibi ab aliquo tu dicis q̄ nō deficitis in manifestatiōe veritatis xp̄i: sed hoc nō videtur qz multi ꝓdicūt tibi. Huic ergo q̄oni rñdet. Et circa hoc duo facit. Primo em̄ rñdet q̄oni predicte. Secō excludit qđā dubiū qđ videt ex rñsione sua seq̄ ibi. Non em̄ nosmetipos ꝛc. Circa primū tria facit. Primo ostēdit quib⁹ occultat veritas xp̄i. Secō occultatiōis cām assignat ibi. In quib⁹ de⁹ hui⁹ seculi. Tertio ondit q̄ hoc nō est ex defectu veritatis euāgelij vt occultetur ibi. Et nō fulgeat ꝛc. Dicit ergo. Dixi q̄ nō deficim⁹ in manifestatiōe q̄. i. sed si euāgeliū nr̄z qđ. s. nos p̄dicam⁹ ē opertum. i. occultū: nō ē opertū oībus sed illis tantū q̄ peunt sez ꝓbēdo impedimētū ne eis manifestet. i. Cor. 1. Verbum crucis pereuntibus stulticia ē. ꝛc. Cā ergo hui⁹ occultationis ē nō ex parte euangelij: sed ꝓpter eorum culpam ꝛ maliciam. Et hoc ē quod subdit. In quibus de⁹ huius seculi. ꝛc. Et hoc potest exponi trib⁹ modis. Primo mō sic. Deus huius seculi. i. deus qui ē dñs huius seculi ꝛ oīm rerū creatione ꝛ natura. iuxta illud. ps. Domini est terra ꝛ plenitudo eius. Excecauit mentē infidelium nō inducēdo malicia sed merito. imo de merito precedentium petō p subtrahendo gliaz. Esa. 6. Excecā cor

populi huius .ꝛc. Unde & precedentia peccata insinuat cum dicit: Infidelium quasi infidelitas eorum fuerit causa huius excecationis. Secundo modo sic. Deus huius seculi. id est diabol⁹ qui dicit de⁹ huius seculi id est seculariter viuentium non creatione sed imitatione qua seculares eum imitantur. Sap̃. 2. Imitantur eum qui sunt ꝛc. Et hic excecat suggerendo trahendo & inclinando ad peccata. Et sic quando iam sunt in peccatis operiuntur in tenebris peccatoꝝ ne videant Ephe. 4. Tenebris obscuratũ habentes intellectũ ꝛc. Tertio modo sic Deus habet rationẽ vltimi finis & complementũ desideriorum totius creature. Unde quicquid aliquis sibi profine vltimo constituit in quo eius desideriuꝫ quiescit potest dici de⁹ illius. Unde cũ habes ꝙ fine delicias tunc delitie dicunt deus tuus. Similiter etiam si voluptates carnis vel honores. Et tunc exponit sic De⁹ huius seculi id est illud qõ homines seculariter viuentes sibi ꝓ fine constituunt: vtputa voluptates vel diuitie & hmõi. Et hic de⁹ excecat mentes inquantũ impedit ne homies lumen gratie hic & glorie ĩ futuro videre possint. ℣s. Supercecidit ignis sꝫ cõcupiscẽtie vt nõ viderẽt solẽ. Sic ergo excecatio infideliũ nõ est ex parte euãgelij ꝫ ex culpa infideliũ. Et ideo subdit. Ut nõ fulgeat ꝛc. Ubi sciẽdum est ꝙ deus pater est fons totius luminis. i. Joh. 1. Deus lux ẽ & tenebre in eo ꝛc. Ex hoc aũt fontanoso lumine deriuatur imago huius luminis sꝫ filij⁹ verbũ dei ihe. i. Qui cum sit splendor ꝛc. Ihic ergo splendor glie imago fontanosi lucis carnem nostram accepit & multa gloriosa & diuina in hoc mundo opera fecit. Declaratio igitur huius lucis est euangeliũ vnde & euangelium dicit noticia claritatis xpi que quidem noticia virtutẽ habet illuminatiuã. Sap̃. 6. Clara est & que nunq̃ marcescit sapia. ꝛc. Et quidẽ quantũ est de se in omnibus refulget & omnes illuminat: sed illi qui ꝑhent impedimentum nõ illuminãt. Et hoc est ꝙ dicit. Jõ excecauit mẽtes infideliũ: vt sꝫ nõ effulgeat in eis. i. in mentib⁹ infidelium licet in se effulgens sit illuminatio euãgelij illuminantis quod quidem est illuminans quia est glia xpi id est claritas. Jo. prio. Vidimus gloriam .ꝛc. Que ꝙdez glia prouenit xpo exquo est imago dei. Col. 1. Qui est imago invisibilis dei. Nota ꝼm glo. ꝙ christus perfectissima imago dei est. Maꝫ ad hoc ꝙ aliquid perfecte sit imago alicui⁹ tria requirunt: & hec tria ꝑfecte sunt in xpo. Primũ est similitudo. Secundũ est origo. Tertiũ est perfecta equalitas. Si eñ inter imaginem & eũ cui⁹ est imago essset dissimilitudo & vnum nõ oriretur ex alio: similiter etiam si nõ sit equalitas perfecta que est ꝼm eãdem naturã non esset ibi perfecta ratio imaginis. Nam similitudo regis in denario non perfecte dicitur imago regis: quia deest ibi equalitas ꝼm eandem naturã: sed similitudo regis in filio dicit̃ perfecta imago regis ꝙ sũt ibi illa tria que dicta sunt. Cũ ergo ista tria sunt in xpo filio dei: quia sꝫ similis patri oritur a patre. & equalis est patri maxime & perfecte dicit̃ imago dei. ¶ Cõsequẽter cũ dicit. Nõ eñ nosmetipsos ꝛc. remouet apostolus qõdã dubiuꝫ. Posset enim aliquis contra predicta dicere apostolo. Supra dixisti euangelium vestrũ esse opertuꝫ modo dicis euangeliũ xpi illuminare. si ergo dek ꝙ euãgeliũ xpi sit illuminãs nõ põt hic sequi ꝙ opertũ sit euãgeliũ vestrũ. Et ideo ad hoc remouendũ duo facit. Primo ostendit ꝙ idem est euangeliũ suũ & xpi. Secõ ostendit vnde sit ꝙ euangeliũ suũ sit illuminatum ibi. Quẽ deus qui dixit. ꝛc. Dicit ergo primo. Dico ꝙ manifestatio claritatis xpi est euangeliũ xpi et nostrum. Nostrum quidẽ tanq̃ per nos predicatũ: xpi vero tanq̃ in ipo euãgelio ꝑdicati. Et hoc est ꝙ nõ predicamus nosmetipos id est non cõmendam⁹ nos: nec ad nos. id est ad laudem vel luerũ nostrũ conuertimus predicationẽ nostraꝫ: sed ad xpm totũ referimus et laudem eius. ꝓie. Cor. prio. Nos aũt predicamus xpm ꝛc. ℣s. Ut annunciẽ omnes predicationes tuas nõ meas in portis. ꝛc. Sed iesu dominũ nostrũ nos autem seruos vestros per iesum. Qua si dicat. iesum predicamus vt dominũ: nos autem vt seruos. Et huius ratio est: quia principaliter querim⁹ laudem christi & non nostram. Nam seruus est qui ẽ propẽ vtilitatẽ domini. Et inde est ꝙ minister ecclesie qui non querit honorem dei: & vtilitatẽ subditorum non dicitur verus rector sed tyrannus. Nam quicũq; bene regit debet esse sicut seruus querens honorem & vtilitatẽ subditorum. Deñ. 25. Maior seruiet minori. ꝓime Cor. 9. Cũ essem liber: omniũ vestrũ me seruum feci. ¶ Consequenter cum dicit. Quoniam deus qui dixit ꝛc. ostẽdit vnde euãgeliũ suũ habet virtutẽ illuminatiuã. Ubi nota ordinem procedendi seruatũ ab apostolo qui talis est. Nos aliq̃n sꝫ anteq̃ conuersi essemus ad christũ eram⁹ tenebrosi sicut & vos & alij in quibus non fulget claritas glie xpi. Nũc vero postq̃ xps vocauit nos ꝓ gr̃az suã ad se tenebre iste remote sũt a nobis & tã fulget ĩ nob⁹ glie claritatis xpi: & tantũ refulget in nobis ꝙ non solum illuminamur ad hoc qõ videre possimus: sed etiam ꝙ alios illuminem⁹. Ex spirituali ergo gratia & abundanti refulgentia claritatis glozie xpi in nos habet euangelium nostrum virtutem illuminatiuam. Et hoc est quod dicit. Dico & ideo illuminat euangelium nostrum quoniam deus qui dixit id ẽ precepto solo fecit lucem splendescere quod fuit in separatione elementoꝝum: quando chaos tenebrosum illuminauit per lucẽ quã fecit. Deñ. prio. Dixit fiat lux. ꝛc. Eccl. 24. Ego feci vt in celis oriretur lux. ꝛc. Iste inq̃ de⁹ illuxit in cordibus id ẽ in mẽtibus nostris ꝓius tenebrosis per absentiã luminis gratie & obscuritatẽ peccati. Luce ꝓmo. Illuminare his ꝙ in tenebris. ꝛc. Illuxit inq̃ non solum vt nos illuminaremur sed ad illuminationem id est vt alios illuminem⁹ Ephe. 3. Mihi omniũ sanctorum minimo data est. ꝛc. Matth. 5. Vos estis lux ꝛc. Ad illuminationẽ dico scientie id ẽ vt faciamus alios scire. Dico claritatis dei id est clare diuine visionis. In facie iesu christi glo. i. per iesum christum qui est facies patris quia sine ipo non cognoscitur pater: sed melius dicitur sic. Ad illuminationem sancte claritatis dei que quidem claritas fulget in facie christi iesu id est vt per ipsam gloziam & claritatem cognoscatur christus iesus Quasi dicat ĩ summa ad hoc deus illuxit nobis ad illuminationem: vt ex hoc ihesus xps cognoscatur & predicetur gentibus.

Lectio tertia

Abemus aũt thesauꝝ istũ in vasis
h fictilib⁹. vt sublimitas sit virtutis
dei & nõ ex nobis. In oibus tribula
tionẽ patimur: sed non angustiamur. Apo
riamur sed nõ destituimur. Persecutionez
patimur: sed nõ derelinquimur. Humilia
mur: sed nõ confundimur. Deiicimur: ꝛ nõ
perim⁹. Semp mortificationẽ iesu christi
corpore nostro circumferentes: vt & vita ie
su manifestetur in cordibus nostris.

Supra tractauit de vsu ministerij noui testamenti quãtum ad bona agenda: hic consequẽter tractat de vsu eius quantum ad tolerantiam malorum. Et circa hoc duo facit. Primo enim ostendit tolerantiam malorum que patiebant. Secũdo vero hoc manifestat ibi. Semp eñ nos qui viuimus ꝛc. Circa primum tria facit. Primo ponit causam quare tribulationibus exponantur a deo. Secundo ostendit ꝙ in istis tribulationibus patienter se habeant. ibi. In omnibus tribulationẽ patimur. ꝛc. Tertio vero rationẽ huius patientie assignat ibi. Semper mortificationẽ iesu ꝛc. Dicit ergo. Deus illuxit mẽtibus nostris ad illuminationẽ aliox ꝛque quidem lux ẽ maximus thesaurus. Sap̃. 7. Infinitus enim thesaur⁹ ꝛc. Esa. 33. Diuitie salutis sapientia ꝛc. Istũ autem maximũ thesaurũ non habem⁹ in preciosio loco: sed in re vili & fictili ꝛõ huius ẽ: vt. s. deo efficacia eius tribuatur Et hoc est quod dicit. Habemus thesaurum istũ id ẽ lucem illã qua alios illuminam⁹ in vasis fictilib⁹ id est in corpore fragili & vili. ℣s. Ipse cognouit figmentũ nostr̃. Jere. 18. Sicut lutum in manu figuli sic & in manu ꝛc. Esa. 64. Et nunc domine pater noster es tu: nos vero lutum. Ideo habemus in vasis fictilibus vt sublimitas istius lucis sit virtutis dei. i. deo attribuat & non ex nobis credat esse. Nam si essemus diuites si potentes si nobiles: ꝼm carnem quicquid magnum faceremus nõ deo sed nobisipis attribueret. Nũc vero quia pauperes & cõtẽptibiles sum⁹ huiusmodi sublimitas deo & nõ nobis. attribuit. Et iõ vult nos deus cõtemptui haberi & tribulationib⁹ exponi. Deutero. 32. Me dicerẽt man⁹ nostra excelsa ꝛc. Et prime Cor. 1. Ut nõ glorietur omnis caro ꝛc. Sap̃. 12. Misisti antecessores tuos ne dicerẽt ꝛc. ¶ Consequenter cũ dicit. In omnibus tribulationibus ꝛc. ostendit eoꝝ patientiã in his que patiunt. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit mala que patiunt̃ in generali. Secũdo enumerat ea in speciali ibi. Aporiamur. ꝛc. Dicit ergo. Vere habemus hunc thesauꝝ in vasis fictilibus: quia in omnib⁹ tribulationẽ patimur: quasi dicat. Nullus mod⁹ tribulãdi deest nobis. Act. 14. Per multas tribulationes ꝛc. Nec mirũ ꝙ vt dicit Luc. vlt. Oportuit xpm pati: & sic intrare ꝛc. Et licet; sic; tribulemur: nõ tamẽ angustiamur. Et loquitur ad similitudinẽ viatoris qui quãdo non patet ei via qua exeat de aliquo arto loco angustiat. Quasi dicat. Homines qui soluꝫ in mundo cõfidunt angustiank̃ si vndiqꝫ a mundo tribulantur: quia nõ patet eis via remedij cum non sperent nisi de mũdo. Sed nos licet tribulamur in mundo: ꝙ tamẽ ꝑfidimus de deo & speramus in ipo patet nobis via euasionis & auxilij a deo: & ideo nõ angustiamur. ¶ Cõsequẽter cũ dicit. Aporiamur. ꝛc. enumerat tribulationes ĩ speciali. Sunt aũt quattuor in quibus bones consueuerunt tribulari: & in istis tribulati sunt apli. s. in rebus exterioribus. in quietudine status. in lesione fame: & in afflictione ꝓprij corporis. Quantũ ergo ad primum dicit. Aporiamur. i. depauperamur A poros enim grece latine dicit pauper. Quasi dicat. Adeo pauperes sumus vt necessaria desint. ꝓie Cor. 4. Usq; in hãc horã esurimus. ꝛc. Sed nõ destituimur a deo qui est thesaurus noster. Diuitie eñ nõ querunt̃ ꝓpter se: sed ꝓpter sufficientiã vite Unde homines qui sine dei auxilio & ꝛpe sunt si careant diuitijs destituunt̃: sed qui solũ de deo cõfidunt & sperãt quãtũcũq; aporiant nõ destituũt̃. infra. 6. Tanq̃ nihil hñtes & omnia possidẽtes. Sed nec sufficit: imo cũ hoc inquietamur: persecutionẽ patimur sꝫ de loco ad locum Mat. 24. Persequent̃ vos Sed nõ relinquimur a deo quin ꝑheat auxiliũ. Ihe. vlti. Non te deserã ꝛc. ℣s. Spsrent in te: qui nouerũt te ꝛc. Sed & cum hoc ledimur in fama: quia humiliamur. i. contemp̃imur & ꝓ nihilo reputamur. Jo. 16. Uenit hora vt omnis q̃ interficit vos ꝛc. Mat. 5. Beati eritis ꝛc. Sed ꝙ qñ quis cõtẽnitur & es contẽptus ꝑheat: ille qui cõtẽnitur cõsueuit cõfundi qñ vero cã nõ ꝑheat nõ confundit̃: & istis nõ ꝑheret cã contemptus. ideo dicit: nõ confundimur. Quasi dicat. Quia ñ ꝑheat cã nõ curam⁹. ℣s. In te dñe speraui nõ cõfundar ꝛc. Sz quasi hec pauca sint addit ad tribulatiõis exaggerationẽ dicẽs. Deiicimur ad mortis picula ꝛ nõ perimus. i. a bono nõ cessamus: vel nõ perimus ꝙ deus sustentat nos. Job. ii. Cũ te cõsumptũ putaueris ꝛc. ꝓime Cor. 4. Tanq̃ purgamẽta huius mũdi ꝛc. ℣s. Esti mati sumus sicut oues ꝛc. ¶ Cõsequenter cũ dicit Semper mortificationẽ ꝛc. subdit rationem huius patientie. Circa qõ sciendum ꝙ in christo talis fuit processus. Ra a principio sue conceptionis carnem habẽs passibilem: & passus mortuus fuit: sed tamen interius viuebat spirituali vita. Post resurrectionem vero illa spiritualis et gloziosa vita vsq; ad corpus deriuata est: & factũ est ipsũ corpus glorioſum & immortale quia christus resurgens ex mortuis iam non moritur ꝛc. Unde ex hoc accipitur duplex status in corpore christi: sꝫ mortis & glozie. Et ideo dicit ꝙ ideo pericula mortis & passiones patienter sustinemus vt perueniam⁹ ad gloziosam vitã. Et hoc ẽ quod dicit. Jta sustinemus semp id est in omnib⁹ & vbiq; mortificationẽ iesu id est propter iesum vel ad similitudinẽ mortis iesu. Gal. vlt. Stigmata domini iesu ꝛc. Quia ꝓpẽ veritatẽ passi sum⁹ sicut & iesus. ¶ In corpore nr̃o nõ solũ in mẽte. ℣s. Propẽ te mortificamur tota die Ut vita iesu. i. vita gr̃e quã iesus dat: vl vita glie ad quã iesus ꝓ passiones quenit. Luc. 24. Nõne oportuit xpm pati & ita intrare in glo. i. manifeste appareat etiam inimicis. Dicit ergo in futura. s. resurrectione vl etiam nunc vita glie in cordibus nostris nõ solũ in animabus Judic. 7. Fractis lagunculis apparuerunt lucerne. Et idcirco dicit Ambro. Nõ timebat mori propter resurrectionem promissam. Circũferentes id est vbiq; portates & sustinentes: quia quocũq; eamus patimur & non cedimus. Et hoc ideo vt vita iesu que latet nũc in corde nostro in corporibus nostris manifestetur quãdo sꝫ reformabit corpus humilitatis nostre ꝛc. Philip. 3. Coll. 3. Mortui estis & vita vestra. ꝛc. 2. Thimo. 2. Si cõmortui sumus & cõuiuemus

Lectio quarta.

Emper enĩ nos qui viuim⁹ in mor
s tem tradimur ꝓpter iesum: vt & vi
ta iesu manifestet̃ in carne nr̃a mor
tali. Ergo mors in nobis opatur: vita autẽ
in vobis. Habẽtes aũt eundem spm̃ fidei sꝫ
cut scriptũ ẽ. Credidi ꝓpter qõ locut⁹ sum
& nos credim⁹ ꝓpter qõ & loquimur: sciẽ
tes qm̃ qui suscitauit iesũ. & nos cũ iesu susci
tabit & constituet vobiscũ. Oia enĩ ꝓpter
vos vt gratia abundans per multos in gra
tiarũactione abundet in gloriam dei.

Posita patientia apostolorum in malis & causa patientie ostensa: hic apostolus consequenter manifestat ea: & primo manifestat id quod dixit de spe glozie. Secũdo vero id quod dixit de sua patientia ibi. Propter quod nõ deficimus. ꝛc. Circa primum duo facit. Primo manifestat spem glozie quã habet. Secundo ostendit vñ hec spes sibi proueniat ibi. Habentes autem eundem ꝛc. Circa primum tria facit. Primo ostendit quomodo mortificationem iesu in corpore suo portet. Secundo vero manifestat quomodo portet vitam iesu. ibi. Ut et vita. ꝛc. Tertio manifestat quid ex hoc sibi et alijs proueni-

st ibi. Ergo mors ꝛc. Dicit ergo primo. Dico ꝙ portamus mortificationem ihu corporib⁹ nostris non ꝙ moriamur ꝙz quia nos qui viuimus corporali vita vel virtutibus semper tradimur in mortem vel in pericula mortis Et hoc quidem propter ihesum ps. Estimati sumus sic oues. ꝛc. Qualiter aũt vitã ihesu portemus in corpore exponit subdens ita ꝙz vt vita ihesu immortalis ꝛ ipassibilis manifestetur in carne nostra nũc mortali: ita vt caro nostra mortalis recipiat immortalitatẽ in resurrectione. 1. Cor. 14. Oportet aũt mortale hoc iduere ꝛc. Sz ex hoc quid ꝓueniat subdit dicẽs. Ergo mors operatur id ẽ exercet dñium suũ in nos. Vita aũt ꝙz ꝓsens operatur in vobis quia estis in prosperitate. iuxta illud. 1. Cor. 4. Nos stulti ꝛc. Et mors operet ī nobis magnũ bonũ ꝙz consecutione vite spũalis: sed vita terrena quaz amatis operatur in vobis magnũ malum. ſ. mortẽ eternã. Prouer. 10. Opus iusti ad vitam ꝛc. Jo. 12. Qui amat aiam suam in hoc mundo ꝛc. Vel aliter. Duo fuerunt in christo: mors corporalis ꝛ vita spũalis. Dicit itaq; Ergo mors ꝛc. Quasi dicat in nobis nõ solũ vita spiritualis operatur in ꝙtum imitamur spiritualiter sed etiã mors operatur. i. propter spem resurrectionis ꝛ ꝓpter amorem christi vestigia mortis xpi in nobis apparent inquantuz passionibus mortis exponimur. ps. Propter te mortificamur tota die sed in vobis operatur solum vita xpi ꝙ quã fides plantatur in vobis ꝛ vita spiritualis. Audita autem ꝓuentiat apostolo hec spes certitudinis subdit dicẽs Ipa bentes autem. ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo ponit causam certitudinis. Secõ concludit ipam certitudinẽ ibi. Scientes quoniã qui. ꝛc. Cã aũt huius certitudinis ẽ spiritus infundens fidem in cordib⁹ eoꝝ. Unde primo ponit cãm hanc. Secundo vero manifestat eã per exemplum ibi. Sicut scriptũ ẽ ꝛc. Dicit ergo ex hoc speram⁹ ꝛ nõ deficim⁹ ꝙz sum⁹ habẽtes eundẽ spiritũ fidei quã antiqui habuerunt quia licet tempora mutata sint spiritus tamẽ ꝛ fides nõ est mutata nisi ꝙ illi credebãt xpm venturũ ꝛ passurum: nos aũt credim⁹ ipm venisse ꝛ passum fuisse. Et hic spũs est spiritussanctus qui ẽ spiritus fidei. 1. Cor. 12. Hec aũt oĩa operat vnus atq; idẽ spũs ꝛc. Et ibidẽ. Alteri fides in eodẽ spiritu. Hunc ergo spiritum habentes quẽ antiqui habuerũt facim⁹ eadez que illi ꝛ credim⁹. Illi aũt ẽ quid fecerint. dicit ps. Credidi ꝙz deo ꝛ ꝓfecte. Et hoc oẽs antiq̃ fecerũt. ſ. de. xi. Mi omnes testimonio fidei ꝛc. ꝓpter qõ ꝙz credidi locut⁹ sum id est cõfessus in fide. Ro. 10. Corde credit ad iusticiam ꝛc. Ꝙ etiã nos facim⁹ qz nos ꝓp ẽ hoc ꝙ credim⁹ loq̃mur ꝛ ꝓfitemur fidẽ ꝛ ꝓdicam⁹ Act. 4. Non enim possumus que vidimus ꝛ audiuim⁹ nõ loqui. Spũs ergo sanctus ẽ causa huius certitudinis. Ultimo ergo concludit cõclusionẽ intentã. ſ. ipam certitudinẽ. Et ꝓ̃o de salute ꝓpria. Secõ de salute aliox ibi. Et cõstituet vobiscũ ꝛc. Dic ergo. Sciẽtes. i. certã sciaz hũtes qm̃ ꝙ suscitauit iesum. i. de⁹ pr̃ vel tota trinitas ꝛ nos cũ iesu suscitabit vt ꝙz sum⁹ eãdẽ gr̃iam cũ iesu: qz cũ sumus mẽbza eius debem⁹ eẽ cũ capite. Jo. 12. Volo pater vt vbi ego sum illic sit ꝛ minister me⁹ ꝛc. Ro. 8. Qui suscitauit dñm iesũ a mortuis suscitabit ꝛc. Et non solũ sũ cert⁹ de salute nr̃a sed etiã de vestra: qz cõstituet nos vobiscũ id est simul erimus: qz sicut nos sumus mẽbza xpi ita et vos per nos. 1. Thes. 4. Et sic semp cũ domino erimus Mat. 24. Ubicunq; fuerit corpus ꝛc. Et ideo dicit vobiscũ vt animet eos ad bonũ inquantũ ostendit eos non esse inferiores sed pares Et bñ hoc possũ certe dicere qz oĩa sunt ꝓpter vtilitatẽ vestrã. Maz oĩa ꝙ sustinem⁹ oẽs gratias quas recipim⁹ a deo sunt ꝓpter vos. ſ. instruendos nostro exemplo. Et hoc ideo vt gratia abundans a nobis in vos abundet per multos in gloriã dei. i. multi agant gratias deo sup beneficio tanto. Ephe. 5. Gratias agẽtes deo patri ꝛc.

Lectio quinta.

Propter qõ nõ deficim⁹. Sed licet p is qui foris ẽ noster hõ corrumpat̃ tñ is qui intus ẽ renouat̃ de die i die. Jd enim qõ in pñti ẽ momẽtaneuz ꝛ leue tribulatiõis nr̃e supra modũ in sublimitate eternũ gl̃ie pondus opat̃ in nobis nõ cõtẽplantib⁹ nobis ꝙ videnť: ꝙz que nõ videť Que enī videnť temporalia sunt: ꝙ aũt nõ vidẽtur eterna sunt.

Posita patiẽtia quã apostoli habebant in tribulatiõib⁹ ꝛ premio qõ expectabant manifestato: hic consequenter agit de patientie causa ꝛ patientie modo seu ratione. Et circa hoc tria facit. Primo enim insinuat sanctorũ patiẽtiam. Secũdo patiẽtie causam ibi. Nõ cõtẽplantib⁹ nobis ꝛc. Tertio patientie remunerationẽ ibi. Jd enim ꝛc. Circa primũ intendit ostendere ꝙ sanctox patiẽtia ẽ inuincibilis. Et hoc est qõ dicit. Propter qõ. ſ. qz sumus scientes ꝙ qui suscitauit iesuz a mortuis suscitabit nos ꝛ cõstituet nobiscũ ideo nõ deficim⁹. ſ. in tribulationib⁹ id est nõ deducimur ad hoc ꝙ non possim⁹ propter ipm amplius ferre ꝛ sustinere. Nam deficere idem ẽ qõ ferre non posse. Jere. 20. Defeci ferre nõ sustinui Causa aũt quare nõ deficimus ẽ quia licet quantũ ad exteriorem hominẽ: tamẽ quantũ ad aliquid semper renouamur ꝙz quantum ad interiorẽ hominẽ. Et hoc est qõ dicit. Sed licet is qui foris ẽ ꝛc. Ubi sciendũ est ꝙ occasione istorum verborum: hereticus tertullian⁹ nomine dixit ꝙ anima rationalis que est in hominis corpore habet corpoream figurã ꝛ membra corporea sicut ꝛ corpus habet: ꝛ hoc dicitur homo interior: corpus vero cum sensibus suis dicit homo exterior Qõ quidem falsum est. Unde ad intellectum huiꝰ verbi sciendum est ꝙ etiam ſm philosophum in ethi. ꝛ ſm consuetudinem loquendi. Unũquodq; dicitur esse illud qõ est principalius in ipo: puta quia in ciuitate principalius est potestas ꝛ concilium id quod facit potestas ꝛ cõcilium dicitur tota ciuitas facere. Principalius autem in homine potest aliquid iudicari ꝛ ſm veritatem ꝛ ſm apparentiam. Secũdũ veritatẽ quidem principalius in homine ipsa est mens. Unde ſm iudicium spiritualium virorum mens dicitur homo interior. ſm apparentiam vero principalius in homine est corpus exterius cuz sensibus suis. Unde ſm iudiciũ illozum qui tantũ corporalia ꝛ sensibilia considerant ꝛ terrena sapiunt quorum oculus venter est corpus cum sensibus dicitur homo exterior, Et ideo ſm hunc modum loquitur hic apostolus dicens. Licet homo noster ꝙz corpus cum natura sensitiua corrumpatur in tribulationibus ieiunijs ꝛ abstinentijs ꝛ vigilijs. Roma. 6. Uetus homo noster simul ꝛc. Abachuc. 3. Ingrediatur putredo ꝛc. Tamen is homo qui intus est ꝙz mens seu ratio munita ispe futuri ꝓmij ꝛ firmata munimine fidei renouat̃. Quod sic intelligẽdũ est. Uetustas enim est via ad corruptionez. Heb. 8. Ꝙ antiquatur ꝛ senescit ꝛc. Natura autem humana fuit in integritate condita ꝛ ſi in illa integritate ꝓmansisset semper esset noua: sed per peccatuz incepit corrumpi quo fit ꝙ quicquid consecutuz est sic ignorantia difficultas ad bonum et ꝓnitas ad malum: penalitas et alia huiusmodi: totum pertinet ad vetustat̃ em. Cum ergo natura humana huiusmodi peccatũ sequẽtia deponit: tũc dicit renouari. Que quidẽ depositio hic incipit in sancti sed perfecte ꝓsumabit in patria ibi nec enī deponit vetustas culpe. nã spiritus deponit vetustatẽ peccati ꝛ subiicit nouitati iusticie. Ibi intellectus deponit errores et assumit nouitatẽ veritatis ꝛ ſm hoc is qui intus est homo ꝙz aia renouat̃. Ephe. 4. Renouamini in spiritu mẽtis vestre. Sed in patria tollet etiã vetustas pene. Unde ibi erit cõsumata renouatio. ps. Renouabit vt aq̃le ꝛc. Sed quia sancti quottidie ꝓficiũt in puritate cõscientie: ꝛ in cognitione diuinoꝝ. ideo dicit. De die in diẽ. ps. Ascensiones in corde suo. Sic ergo patria est inuincibilis: qz renouat̃ de die in diẽ. Terciũ ꝓcipale sed hui⁹ patiẽtie causa est recogitatio ꝓmij: que est efficacissima: qz ſm Gregoriũ recogitatio ꝓmij diminuit vim flagelli. Et hoc est qõ dicit: Jd enim qõ ꝛc. quasi dicat. Nihil sunt tribulatiões q̃s hic patimur: si respiciaẽ ad gloriã: quã ex eis ꝙsequimur. Unde cõparat statũ sanctoꝝ qui sunt in vita ista ad statũ eoꝝ qui sunt in patria. ꝛ ponit quiq; in vtroq; statu: correspondětia sibi inuicẽ. Nã primo status istius vite in scties est status quantũ in se est paruus ꝛ quasi imperceptibilis Unde dicit. Jd id est minimũ. Esa. 54. Ad ꝓctuz in modico dereliqui te. Item trãsitoriũ. Unde dicit. In pñti. i. in vita ista: que est in afflictiõibus ꝛ erũnis. Job. 7. Militia est vita hominis ꝛc. Item ꝓpter breuitas. Unde dicit momentaneũ. Esa. 54. In momẽto indignatiõis absc̃di faciem meã parũper a te ꝛc. Nam totũ tempus hui⁹ vite cõparatũ ad eternitatẽ nõ est nisi sicut momentũ Item est leuis. Unde dicit leue. Maz licet. ſ. primo dicaẽ. Grauati sumus supra modũ. qz ſcz graue est corpori: tamẽ spiritui caritate feruẽti leuissimũ est. Aug. Ubi gratia ꝛ imania facilia ꝛ ꝓpe nulla facit amor. Item est penosus ꝛ ideo dicit. Tribulatiõis. Mich. 7. Iram dñi portabo ꝛc. Sed quantũ ad statũ beatitudis ponit quiq;. qz contra hoc qõ dicit Jd ponit supra modũ id est supra mẽsurã. ¶ Sed cõtra. Mat. 16. Reddet vnicuiq; iuxta opa sua. Non ergo supra mensurã. Respondeo dicendũ est ꝙ ly sed nõ designat equalitatẽ ꝓportionis vt ꝙz sed nõ designat equalitatẽ ꝓportionis vt ꝙz qui plus premiẽ sed designat equalitatẽ ꝓportiõis vt ꝙz qui plus premij accipiat. Item ꝓtra id qõ dicit. In pñti ponit. In sublimitate. i. in statu sublimi absq; ꝓturbatiõe. Esa. 58 Sustollaz te super altitudinẽ nubiũ ꝛc. Cõtra id qõ dicit momẽtaneũ ponit eternũ. Esa. 55. Leticia sempiterna super capita eoꝝ ꝛc. Cõtra hoc qõ dicit leue: ponit põdus. Et dicit pondus ꝓpter ꝙo. Pondus enī inclinat ꝛ trahit ad motũ suũ que subsunt sibi. Sic gloria eterna erit tãta ꝙ torũ hominẽ facit glorioſuz ꝛ in anĩa ꝛ in corpe nihil erit in hoĩe quod nõ sequat impetũ glorie. Vel dicit pondus ꝓpter preciositatẽ. Nam preciosa solũ ponderari cõsueuerũt. Contra hoc qõ dicit tribulatiõis ponit. Glorie. vl hoc ꝙ dicit glorie potest esse cõmune ad alia quattuor que de statu patrie dicunt. Hoc vero ꝙ dicit tribulatiõis ad quattuor que de statu ꝓsentis vite dicta sunt. Operat supza id ꝙz ꝙ tribulatiões patimur. nã hec sunt causa ꝛ meritũ quare deus istam gloriã nobis cõferat. Est ergo sanctoꝝ patientia inuincibilis: eoꝝ remuneratio ineffabilis. sed remuneratiõis eoꝝ recõpẽsatio recta et delectabilis. Unde dicit. Non cõtemplãtibus nobis ꝛc. Quasi dicat. Licet hec que speramus sint futura et interim corpꝰ nostrũ corrumpat̃: nihilominus tamen renouamur: qz nõ attendimus ad ista temporalia. sed ad celestia. Et hoc est qõ dicit. Operat in nobis pondus glorie: nobis dico nõ cõtemplantibus id est nõ attendentibus ad ea que videntur id est ad terrena sed ad ea que non videnť ſcz celestia. ꝓhil. 3°. Que retro sunt obliuiscẽs ꝛc. 1ª. Corinth. 2°. Oculus non vidit ꝛc. Et quare celestia ꝓtemplamur: qz ea que videnť id est terrena sunt tempalia ꝛ trãsitoria. ea autem que non videnť ſcz celestia sunt eterna. Esa. 49. Salus autẽ mea in sempiternũ erit.

Incipit capitulũ quintũ.

Limus autez quoniã si terrestris domus nostra huius habitatiõis dissoluatur: ꝙ edificationẽ ex deo habem⁹ domũ nõ manufactã: sed eternã in celis. Nã ꝛ in hoc ingemiscim⁹ habitationẽ nostrã que de celo est supindui cupientes: si tamẽ vestiti nõ nudi inueniamur Nã ꝛ qui sumus in hoc tabernaculo: ingemiscim⁹ grauati. eo ꝙ nolum⁹ expoliari sed superuestiri: vt absorbeať qõ mortale est a vita.

Postq̃ apostolus cõmendauit ministeriũ noui testamenti ꝛ quantũ ad dignitatẽ et quantũ ad vsum: cõsequenter hic cõmendat illud quantũ ad ꝓmiũ: licet de premio ꝙtuz ad aliquid aliqualiter ꝛ incõplete supra tractauit. hic tamen de hoc complete tractat. Circa qõ tria facit. Primo enī agit de premio. Secũdo vero de ꝓparatõe ꝛ premij susceptione ibi. Et ideo cõtendimus sine ꝛc. Tercio vero de causa vtriuscz ꝙz ꝓparatiõis ꝛ premij qõ expectaẽt ibi. Omnia aũt ex deo qui reconciliauit ꝛc. Circa primũ duo facit. Primo ponit premiũ qõ expectaẽ. Secũdo exprimit desideriũ premij expectati. ibi. Maz in hoc ingemiscim⁹ ꝛc. Sed quia premiũ quod expectaẽ est inestimabile ꝙz gloria celestis ꝛ ideo dicit. ¶ Scimus quoniã ꝛc. quasi dicat ſm glo. Uere operaẽ in nobis pondus glorie quia in corpoꝛib⁹ erit hec gloria nõ tantũ in aĩab⁹. Enim id est quia scim⁹ id est certi sumus: qz iam habem⁹ in spe quoniã si terrestris domus nostra id est corpꝰ. Homo enī vt dictũ est dicit mens cũ sit principalius in homine. que quidẽ mens se habet ad corpus sicut homo ad domũ. Sicut enī destructa domo nõ destruit̃ homo eam inhabitãs sed manet: sic destructo corpe non destruit̃ mens seu ania rationalis sed manet. Corpus ergo terrestre dicit̃ domus habitatõis id est in qua habitam⁹. Job. 4. Qui habitãt domos luteas ꝛc. ¶ Dissoluať id est destruať. Scimus in ꝙ habemus edificationẽ id est edificiũ ex deo. idest paratũ a deo. Edificiũ dico domũ non manufactã id est non opere homĩs nec opere nature sed corpus incorruptibile: qõ assumemus. qõ quidẽ non est manufactũ quia incorruptibilitas in corpibus nostris ꝓuenit solũ ex operatõe diuina. ꝓhil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostre ꝛc. ¶ Domũ eternã. id est domũ ab eterno nobis ꝓparatã. Esale. 33. Tabernaculũ quod nequaq̃ destruet̃ in celis. Matth. 5. Merces vestra copiosa est in celis. Hãc autem cõmutatationẽ vt ſcz ꝙ terrestri domo habeãt celestẽ desiderabat Job dicẽs. 14. Cunctis diebus q̃bus nũc militio expositio est ſm glo. sed tamẽ nõ est ſm intellectũ apostolicũ nec precedẽtibus nec sequẽtibus cõcordat. Maz ispe cũ habeat vnã materiã cõtinuã de qua loquiť non interponit aliã. Et ideo videam⁹ quid intendat aplus dicere. Sciendũ est aũt ꝙ aplus vult hic ostendere ꝙ sancti rationabiliter sustinẽt tribulatiões: ex quibus vita ꝓsens corrumpit̃. quia ex hoc statim ꝓueniũt ad gloriam nõ ad glorioſũ corpus vt dicit in glo. Et ideo dicit. Ideo sustinuimus enī id est quia scimus id est ꝓ certo habem⁹ quoniã si terrestris domus nostra hui⁹ habitatiõis id est corpus dissoluat id est corrũpat per mortẽ: habemus statim non in spe sed in re meliorẽ domũ scz edificationẽ domuz

non manufactā id est gloriā celestē non corpus gloriosū. De hac autem domo dicit Job.14. In domo patris mei mansiones multe sunt ꝛc. Que quidē est ex deo non manufacta quia gloria eterna est ipe deus. ꝑs. Esto mihi in deū protectorē et in domū ꝛc. Et eternā ad litterā qr ipse deus est eternus. In celis. i. in excelsis quia statim corpo ꝓto corpore aīa sancta cōsequit hanc gloriaz nō in spe sed in re. Si ergo premiū sanctoꝝ est admirabile et desiderabile: qr gloria celestis est ꝛ ideo consequēter subiūgit desideriū sanctoꝝ ad ipm premiū dicēs. Nam in hoc ingemiscimus ꝛc. Ubi tria facit. Primo exprimit desiderū gratie ad premiū ipm. Scdo ostendit q̄ desiderū gratie retardat ex desiderio nature ibi. Naz ꝛ qui sumus in tabernaculo ꝛc. Tertio ostendit quomō desiderū gratie vincit desiderū nature ibi. Audētes igit ꝛc. Sed desiderū gratie est cū feruore. Nā in hoc ingemiscimus ꝛc. quasi dicat hec est vera ꝓbatio q̄ habemus domū non manufactā qr si desiderū nature nō est frustra multomin⁹ desiderū gre frustra est. Cū igit nos habeam⁹ feruentissimū desiderū gratie de gloria celesti: impossibile est q̄ sit frustra. ꝛ hoc est qđ dicit. Ingemiscimus. i. in gemendo desideram⁹ in hoc scz aīe desiderio retardari. ꝑs. Heu mihi qr incolat⁹ me⁹ ꝛc. In hoc em q̄ cupiētes sum⁹. i. cupim⁹ supindui habitatione nostrā. i. fruitionē glorie que de celo est. i. celestis que dicit habitatio qr in ipa gloria sancti habitant sicut in suo cōsolatorio. Mat. 25. Intra in gaudiū dñi tui Per hoc aūt quod dicit superindui dat intelligere q̄ illa domus celestis de qua supra dixerat nō est aliquid ab homine separatū sed aliquid homini iuherēs. Nō em dicitur homo induere domū sed vestimentū. domū autē dicit aliqs inhabitare. Hec ergo duo cōiungit dicēs supindui habitationē per qđ ostendit q̄ illud desiderū est aliquid inherens qr induit. ꝛ aliquid cōtinens ꝛ excedēs qr inhabitat. Sed quia nō simpliciter dixit indui sed superindui rationē sui dicti subdit dicēs: Si tamen vestiti ꝛ nō nudi inueniamur. Quasi dicat si aīa indueret habitatiōe celesti q̄ nō exueret habitatiōe terrena. i. non corrūperet corpus nostrū per mortē sed celestis adeptio illius habitationis esset supinduitio. Sed qr oportet q̄ euacuet habitatione terrena ad hoc q̄ induat celesti nō potest dici superinduitio: sed induitio simplex. Et ideo dicit. Si tamē vestiti ꝛ nō nudi inueniamur. Quasi dicat. supindueremur quidē si inueniremur induti et nudi. Nudus em nō dicit supindui sed indui tantū. Ilo. vero aliter exponit de vestimēto spirituali dicēs. Cupimus supindui qđ vtiqꝫ fiet tamē hac cōditiōe si nos inueniamur vestiti scz virtutib⁹ ꝛ nō nudi scz virtutib⁹. De istis vestibus dicit Col. 3. Induite vos sicut electi dei ꝛc. Quasi dicat. Nullus ad illā gloriā perueniet nisi habeat virtutes. que quidem expositio non videt cōcordare intentiōi apostoli. Sic ergo desiderij gratie feruet ad premiū. sed tamen retardat a desiderio nature quod ostendit cū dicit. Nam dū sumus in tabernaculo isto ꝛc. Ubi primo ponit ꝓditionē desiderij naturalis. Scdo ostendit q̄ etiā hic status desiderij naturalis est a deo ibi. Qui aut̄ efficit nos ꝛc. Conditio aūt desiderij est naturalis retardans desiderū gratie. quia vellemus inueniri vestiti ꝛ nō nudi id est ita vellemus q̄ anīa peruenirent ad gloriā q̄ corpus nō corrumpet per mortē. Cui⁹ ratio est quia naturale desiderū inest anīe esse vnitam corpi alias mors nō esset penalis. Et hoc est qđ dicit Nam nos qui sum⁹ in tabernaculo. id est qui habitamus in isto mortali corpe. 2ª. Petri. 1. Scio q̄ velox sit depositio tabernaculi mei. Ingemiscim⁹ id est intus in corde. non solū extra in voce gemim⁹ Esa. 59. Et colūbe meditantes gemem⁹ quia durū est cogitare mortē. ꝛ tamē gratiꝫ quasi aliquo existēte contra desiderū nostrū eo q̄ nō possumus peruenire ad gloriā nisi deponam⁹ corpus qđ est ita cōtra naturale desiderū vt dicit Augs. Q̄ nec ipa senectus a petro timorē mortis auferre potuit. Et ideo dicit. Eo q̄ nolumus spoliari scz tabernaculo terreno. sed superuestiri gloria supcelesti. Uel sm glo. corpe glorioso Sed quia posset videri indecēs q̄ corpus ex vna parte esset corruptibile ex sui natura si nō fuisset ante dissolutū ex parte glorie esset glorioſum. subdit modū quomō fieri vellet dicens. Ut absorbeat: quod mortale est ꝛc. Quasi dicat. Nō sic supuestiri volum⁹ q̄ corpus remaneat mortale: sed ita q̄ gloria auferat ex toto corruptionē corporis absq̄ corpali dissolutiōe. Et ideo dicit. Absorbeat quod mors est. i. ipsa corruptio corpis a vita scz glie. 1ª. corint. 15. Absorpta est mors in victoria tua tē.

Lectio secunda.

Qui aut̄ efficit nos in hoc ipm deus qui dedit nobis pignus spiritus Audentes igit semper ꝛ scientes: quoniā dum sum⁹ in hoc corpore peregrinamur a dño. Per fidē enim ambulamus et nō per spem. Audemus aut̄ ꝛ bonā voluntatē habem⁹ magis peregrinari a corpore ꝛ presentes esse ad dñm ꝛ ideo contendimus siue absentes siue ꝑsentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal xpi. vt referat vnusquisq̄ ꝓpria corporis prout gessit: siue bonū siue malū.

Positis his que ꝓtinent ad tolerantiam malorum: ponit consequenter ea que ꝓtinent ad obseruantiam bonorum. Bonitas autem operis consistit in tribus. In perfectione virtutum. et hoc pertinet ad coz. In veritate locutionis. et hoc pertinet ad os. In virtute operis: et hoc pertinet ad opus. ꝓmo ergo ostendit apostolus qualiter se habeant in his que pertinent ad perfectionē virtutuz: que consistunt in corde. Secundo in his que ad virtutem oris ibi. In verbo veritatis. Tertio in his que pertinent ad p fectionem operis ibi. In virtute dei. Circa primuz ponit quattuor virtutes. Et primo virtutem castitatis que maximū locum tenet in virtute temperantie. et ꝙtū ad hoc q̄d est in castitate scz mentis ꝛ corporis. Ubi notandū est q̄ immediate post multos labores vigilias ꝛ ieiunia subdit de castitate. q̄z q̄ vult habere virtutē castitatis necesse habet laboriꝰ dari. vigilijs insistere ꝛ macerari ieiunijs. 1. cozin. 9. Castigo corpus meū ꝛ in seruitutem redigo ꝛc. Heb. 12. Pacem sequimini ꝛc. Si autez queratur quare nō facit mentionē de alijs virtutibus nisi solum de tēperantia. Dicendū est q̄ sic facit sed implicite. q̄z hoc q̄ dicit. In multa patientia in tribulationib⁹ ꝛc. ꝓtinet ad virtutē fortitudinis. hoc vero q̄ dicit. ꝓper arma iusticie ꝓtinet ad virtutē iusticie. Secundo ponit virtutē scientie. Unde dicit. In scia. Et si q̄dez scia referat ad scias qua alīq̄s scit bene cōuersari in medio natiōis praue ꝛ peruerse: sic refert ad virtutē prudentie. Si vero scia refertur ad certitudinē q̄ fideles certi sunt de his q̄ tinēt ad cognitionē dei sic ꝓtinet ad ꝟtutē fidei. Et vtraq̄ necessaria est xpianis: q̄z siue scia ꝓmo modo siue scdo mō accepta boies defacili ruūt in peccata. Esa. 5. Propterea captiu⁹ ductus est populus meus. q̄z non habuit sciam. Jere. 3. Dabo vobis pastores iuxta coz meū. Tertio ponit virtutē spei. Un dicit. In longanitate q̄ ꝓtinet ad pfectionē spei. Nihil aūt aliud est longanimis q̄ q̄ arduum aliq̄s ex spe semp ac diu vilatū patienter expectat. ꝛ hoc a spūſancto. Gal. 5. Fruct⁹ aūt spūs charitas ꝛc. Nō ganitas ꝛc. Col. 1. In oīm patia ꝛ longanitate. Quarto ponit virtutez charitatis. Charitas aūt duo habet scz effectuz exteriorē. Sed in effectu exteriori habet suauitatem ad ꝓximū. Non em̄ cōuenit q̄ aliq̄s nō sit suauis ad eos quos diligit. Et ideo dicit: In suauitate id est dulci conuersatione ad ꝓximos vt scz blandi simus. puer. 12. Qui suauis est vinit i moderationib⁹ ꝛc. Ecc. 6. Uerbū dulce multiplicat amicos ꝛc. Sed nō in suauitate mundi. ſz in ea q̄ causat ex amore dei scz ex spūſancto. ꝛ ideo dicit ex spūſancto id ē q̄ spūſancti⁹ causat in nobis. sap. 12. O q̄ bon⁹ ꝛ suauis ꝛc. In affectu aūt interiori habet veritatem absq̄ fictione vt scz nō ꝓtendat exterius q̄ intus eius qō habet interius. Et ideo dicit. In charitate nō ficta. 1. Jo. 3. Nō diligam⁹ verbo neq̄ lingua. ſz ꝛc Col 3. Sup oīa charitatē habentes. Et huius ratio est. q̄z vt dicit. sap. 1. Spūſanct⁹ discipline effugiet fictū. ¶Consequenter ostendit quō se habeant in his q̄ ꝓtinent ad veritatez ozis vt scz sint veraces. Et ideo dicit. In verbo veritatis scz vera loq̄ndo ꝛ p̄dicando. Quō aūt se habeāt in perfectione opis subdit dicēs. In virtute dei id ē non in opibus nostris cōfidam⁹. sed solum in virtute dei. et nō in ꝓpria. 1. cozin. 4. Regnū dei nō est in sermone ꝛc. ¶Consequenter cū dicit. ꝓper arma iusticie ꝛc. ostēdit qualiter se habeāt in opatione bonoꝝ ꝛ maloꝝ inter bona ꝛ mala ꝓspera ꝛ aduersa. ꝛ hoc ꝓtinet ad virtutē iusticie Et ꝓmo ostēdit hoc i generali. Secōo exponit in speciali Dicit ergo ꝓmo q̄ exhibeam⁹ nos sicut dei ministros in multa patientia. Et qō pl⁹ ē: p arma iusticie. Ubi sciendum est q̄ iusticia ordinat ꝛ facit hoiem tenere locum suum a dextris id ē in ꝓsperis vt scz nō eleuet: ꝛ a sinistris id ē ī aduersis vt s. in deiciat. phil. 4. Ubiq̄ ꝛ ī oīb⁹ ꝛc scio abūdare ꝛc. ¶Consequenter hoc exponit p partes. p sperozū ꝛ aduersoꝝ dicens: ꝓper gloziā ꝛc. Ubi sciendū est q̄ in reb⁹ temporalib⁹ ꝓsperitas vel aduersitas in trib⁹ ꝓsistit. In superbia vite: cōcupiscentia carnis: in concupiscētia oculoꝝ. Juxta illō. 1. Jo. 2. Oīne qō ē in mūdo aut est concupiscētia carnis ꝛc. Et hec ꝓsequit ordine suo q̄z ꝓmo dicit quō se habeāt in aduersis ꝛ ꝓsperis que ꝓtinent ad superbiaz vite dicens. ꝓper gloziā ꝛc. Secundo quō se habeant in his q̄ ꝓtinent ad concupiscentiā carnis. ibi. Quasi morientes ꝛc. Tertio quō se habeāt in his q̄ ꝓtinent ad concupiscentiā oculoꝝ ibi. Sicut egētes ꝛc. Sunt aūt duo q̄ ad superbiam ꝓtinent: scz sublimitas status ꝛ operum. Et ideo dicit. ꝓper gloziā id est p statū excellentie. q̄si dicat. Exhibeam⁹ nos dei ministros scz per gloziā id ē in ꝓsperitate Esa. 23. Dñs exercituū cogitauit ꝛc. Et q̄ apli gloriā appeant patet act. 14. Q paulus ꝛ barnabas credebāt esse dii. Et ignobilitatē q̄ est a sinistris. q̄si dicat. Nec in gloria eleuemur nec si cōtemptibiles sumus deiciamur. 1. cozin. 1. Ignobilia huius mūdi elegit de⁹ ꝛc. Quātū ad famā opū dicē p infamiā ꝛ bonā famā. Ubi sciendū est q̄ sicut gregoriꝰ dicit: Homo non debet ex se dare causaz infamie sue: sed potius debet procurare bonam famā iuxta illud Ecc. 41. Curaz habe de bono nomīe Et hoc ꝓpter alios. q̄z oportet nos bonū testimoniū habere ad eos q̄ foris sunt. 1. Ti. 3. Si vero cōtingat aliquē incurrere infamiam iniuste: nō debet esse ita pusillanimis vt ꝓpter hoc derelinq̄t iusticiā. Si vō sit in bona fama apud infideles nō debet ifi supbire: sed debet inter verūq̄ medio modo incedere. ¶Consequēnter exponit ista duo q̄ posuit. Et ꝓmo quā infamiā habuerūt ꝛ ostendit q̄ magnā. q̄z vt seductores ꝛc. q̄si di. A quibusdā habemur vt seductores: a q̄busda vero habemur vt veraces. Hec mirū q̄z etiā de xpo alij dixerūt q̄z bon⁹ est. alij vero q̄ nō. ſz seducit turbas vt dicit Jo. 7. Secūdo ostendit quō fuerūt gloſi ꝛ ignobiles. q̄si cut ignoti ꝛ cogniti id ē approbati a bonis ꝛ incogniti. i. despecti a malis. 1. cozin. 4. Tanq̄ purgamēta ꝛc. ¶Consequēnter ꝓsequit ea q̄ ꝓtinēt ad concupiscentiā carnis. Et ponit tria que cōcupiscit caro. Primo em̄ concupiscit longam vitam. ꝛ ꝙtum ad hoc dicit. Quasi morientes id ē licet exponimur periculis mortis. infra. 11. In mortib⁹ frequēter ꝛc. tñ ecce viuimus virtute et fide. Et ideo Habacuc. 2. Justus ex fide viuit. ps. Nō moziar sed viuā ꝛc Secūdo concupiscit incolumitatē ꝛ quietem. Et ꝙtum ad hoc dicit. Et castigati ꝛ nō mortificati. Quasi dicat licz diuersis flagellis castigemur a dño: nō tñ tradit nos mortī. ps. Castigās castigauit me dñs. et. 2. Ti. 3. Oīes q̄ pie volunt ꝛc. Tertio concupiscit gaudiū ꝛ iocunditatē. et ꝙtum ad hoc dicit. Quasi tristes semp aūt gaudētes q̄z licet in exterioꝝ ꝛ q̄ ad carnē sūt patiamur tristiciā ꝛ amaritudinē: interius tñ continuū gaudiū habem⁹ q̄s crescit in nobis ex ꝓsolationib⁹ spūſancti ꝛ spe remunerationis eterne. Jac. 1. Oīne gaudiū existimate ꝛc. Jo. 16 Tristicia vestra vertet i gaudiū ꝛc. ¶Consequēnter ꝓsequitur de his q̄ ꝓtinent ad cōcupiscentias oculoꝝ. Et circa hoc ponit duo. quoꝝ vnuz est in compatione ad alios. et ſm hoc ꝓsperū in ꝛ iuitijs est q̄ hō abundet ita q̄ possit alijs ministrare de diuitijs suis. Sinistruz aūt in hoc est q̄ homo sit ita paup q̄ oporteat eum ab alijs mendicare Et ideo dicit q̄ in his tēporalib⁹ sum⁹ sicut egētes id ē ab alijs accipientes. sed tñ ꝙtuz ad spūalia sum⁹ multos locupletantes. ꝛ nō dicit oēs: q̄z nō sunt oēs locupletari parati. puer. 13. Est q̄si pauper cū in multis diuitijs sit. Scōm est in cōpatione ad seipsos. ꝛ ſm hoc ꝓsperū in diuitijs est multa possidere. sinistrū aūt vt nihil penit⁹ habeat. Et ꝙtuz ad hoc dicit q̄ in exteꝛioꝝ sunt tanq̄ nihil habentes scz in temporalib⁹. q̄z oīa dimiserūt ꝓpter christū Matth. 19. Si vis ꝑfectus esse vade ꝛ vēde oīa que habes ꝛc. Sz interius ꝛ in spūalib⁹ oīa possidentes scz p interioreꝝ magnitudinē cordis. Et hoc ī est q̄z ipsi viuebant nō sibi sz xpo. Et ideo oīa que sunt christi reputabant vt sua. Unde cum christo oīa sint subiecta oīa possidebant. ꝛ omnia tendebant in eozum gloziam. Josue. 1. Et omnem locum quē calcauerit pes vester: vester erit. Nota autē circa premissa q̄ apostolus vtit in p̄missis miro mō loq̄ndi. Nā ipse q̄si sp ponit vnū ꝓtra vnū ꝛ tp̄ale ꝓtra spūale. Sz tñ ī tp̄alib⁹ semp addit

quandā ꝺditionē puta. vt. sicut. quasi. tanꝙ. ſz in oppoſito ſpūali nihil addit. Cuiꝰ ratio eſt: qz tēporalia ſiue ſint mala ſiue bona ſiue trāſmutabilia ⁊ apparentia. habent tamē ſimilitudinē vel boni vel mali Et ideo dicit vt ſeductores ⁊ ꝯſi ignoti. qz non erāt in rei veritate ſic. ſz in opinione hominū. ⁊ ſi erant tranſitoria erant bona aut mala Bona autē ſpiritualia exiſtentia ſunt ⁊ vera. ⁊ ideo non addit eis conditionē aliquā.

Lectio tertia.

S noſtrū patet ad vos corinthij: cor noſtrum dilatatum eſt. Nō angustiamini in nob: angustiami aūt in viſceribus veſtris. Eandez autē habentes remunerationē: tanꝙ filijs dico: dilatamini ⁊ vos Nolite iugum ducere cum infidelibꝰ. Que eñ ꝓticipatio iuſticie cū iniquitate: aut que ſocietas luci ad tenebras: Que autē conuēcio xpi ad belial: Aut q̄ pars fidelis cū infideli: Qui autē conſenſus templi cū idolis: Vos eñ eſtis tēpluz dei viui ſicut dicit deꝰ quoniā inhabitabo ī illis ⁊ inambulabo inter eos: ⁊ ero illoz deus: ⁊ ipſi erunt mihi populus. Propter qō exite de medio eoz ⁊ ſeparamini dicit dñs. ⁊ i mundū ne tetigeritis. ⁊ ego recipiam vos. ⁊ ero vobis in patrem. ⁊ vos eritis mihi in filios ⁊ filias dicit dñs omnipotens.

Poſtꝙ aplus docuerat vſum gratie collate ꝝtum ad bonas operationes exteriores: hic conſequēter inſtruit eos circa vſum predictū ꝝtum ad interiores deuotionē: q̄ cōſiſtit in leticia cordis que latitudinē cordis cauſat. Et circa hoc tria facit. Primo eñ exhibet ſe eis in exemplū latitudinis. Scō ondit q ab ipſo nō hūt contrariū exemplum nec poſſunt accipere ibi. Non angustiamini in nobis ⁊c. Tertio exhortat eos ad cordis latitudiez ibi Eadem habētes ⁊c. Circa primū duo facit. Primo ponit ſignum latitudinis cordis. Secūdo ponit ipſam latitudinem cordis quā habebat aplus ibi. Cor noſtrū dilatatus eſt ⁊c. Signuz aūt latitudinis eſt os latum: qz os inmediate adheret cordi. Unde que p os exprimiꝰ ſunt expſſa ſigna conceptionū cordis. Matth. 12. Ex abūdantia cordis os loquit. Et hoc eſt qō dicit. Os noſtruz patet ad vos. Os eñ clauſuz eſt aliquādo tūc ſcz qñ ea que ſunt in corde nō patent exterius. ſed apertū ⁊ patens eſt qñ ea que in corde ſunt manifeſtant Job. 3. Poſt hec aputt ⁊c Matth. 5. Aperiens os ſuū ⁊c. Et ne hoc videaꝫ ptinere ad vitiū vanitatis. qz manifeſtat ſe ſubdit rōez dicens Ad vos id eſt ꝓpter vtilitatē veſtrā manifeſtam. vobis ſecreta cordis noſtri. 1. cozin. 10. Nō queꝝs qō mihi vtile ſit ⁊c. Cauſa aūt huiꝰ dilatatiōis ꝓcedit ex dilatatiōe ⁊ latitudine cordis. Et ideo dicit. Cor noſtruz dilatatuz eſt ⁊c. puer. 21. Exaltatio oculoꝝ dilatatio ē cordis. Cor aūt aliqñ eſt ſtrictum tunc ſcz quādo compmik ⁊ concludik in modico. ſicut cum quis nō curat niſi de terrenis et contemnit celeſtia nō valens ea intellectu capere Aliqñ aūt eſt latum tunc ſcz quādo q̄s magna appetit ⁊ deſiderat. ⁊ talis erat apoſtol⁹ q̄ nō reputās ea que videnē deſiderabat celeſtia. Et ideo dicit. Cor noſtruz dilatatū eſt id ē ampliatū ad magna appetēda. ¶ Conſeqnter oñdit q nō habēt ab aplo ꝓtrariū exemplū dicēs. Nō angustiamini ⁊c. Quaſi dicat. Exquo oſtendim⁹ vobis latitudinem cordis noſtri non habetis a nobis exemplū nec cauſam vnde angustiamini. Sed ſi hoc facitis tūc quidē angustiamini ſed non ex nobis. immo in viſceribus veſtris id ē ex vobis. Ubi ſciendū eſt q angustiari idē eſt qō includi in aliq vnde nō patet aditus euadēdi. Iſti aūt erāt ſeducti adeo a pſeudo q non credebant poſſe ſaluē conſequi niſi in obſeruantijs legalib⁹ Et ideo efficiebanē ſerui cum eſſent liberi ſm fidez xpi. Unde angustiatio huiꝰ ſeruitutis nō ꝓueniebat eis ab aplo ſz ex viſceribꝰ cordis ipſoz Luc. 23. Nolite fieresup me ⁊c. ¶ Conſeqnter hortat eos ad latitudinē cordis dicens. Eandē aūt habentes ⁊c. Quaſi dicat: ſi aliquādo decepti a pſeudo angustiati eſtis nō oīno remanеatis in angustiat de. Immo ſtudeatis habere latū cor: ſicut nos habem⁹. q. eandē habebitis remuneratiōz quā nos habemus. Et ideo dicit. Eandez remunerationē habentes ſcz ſicut ⁊ nos. ē. 1. Sicut eſtis ſocij paſſionū ⁊c. Tanꝙ filijs nō inmicis dico vobis vt tanꝙ filijs dei. Quaſi dicat. Eandē remunerationē habētes quā filij dei ſcz here des vite eterne Ro. 8. Si filij ⁊ heredes Eandē inq̄ habentes remuneratiōz dilatamini ⁊ vos id ē habeatis cor magnū ⁊ liberū libertate ſpūs q̄ eſt in fide xpi. ⁊ nō coangustiamini in ſeruitute obſeruantie legalis. ¶ Conſeqnter cum dicit. Nolite iugū ducere ⁊c. docet eos vſuz collate gratie ꝝtum ad infidelium vitationez. Et circa hoc duo facit. Primo ponitur apoſtoli exhortatio. Secūdo exhortationis ratio ibi Que eñ participatio ⁊c. Tertio rationez huius ꝓ auctoritatem confirmat ibi. Eos enim eſtis templum dei ⁊c. Dicit ergo. Nolite iugum ducere ⁊c. Ubi eſt ſciendum q iugum dicitur oñe illud quod ligat plures ad aliquid faciendū. Unde quia aliquādo aliqui conueniunt ad faciendum aliquid boni qō eſt ex deo ⁊ aliqui ad faciendum aliquid mali quod eſt ex diabolo. Ideo dicit iugum dei ⁊ iugum diaboli. Jugū quidē dei eſt ipſa charitas q̄ ligat hominē ad ſeruiendū deo. Mat. 10. Tollite iugum meuz ⁊c. Jugum vero diaboli eſt ipa iniquitas que ligat ad malum ⁊ ad male faciendū. Eſa. 9. Jugū oneris eius ⁊c. Hoc ergo dicit. Nolite iugū ducere id ē nolite cōmunicare in operibus infidelitatis cuz infidelibꝰ. Et hoc ꝓpter duo. Primo quia aliqui erāt inter eos qui reputabanē ſapientioꝝ nō abſtinentes ab idolotitis. ⁊ ex hoc ſcandalizabant inferioꝝ. Aliꝫ aūerant qui cōmunicabant cum iudeis in traditionib⁹ ſenioꝝ. Unde apoſtolus hortaē eos cum dicit. Nolite ⁊c vt nō cōmunicent cum iudeis in traditionib⁹ legis nec cum gētibus in cultu idoloꝝ. Utriq eñ infideles ſunt. Rationem aūt huius aſſignat dicens: Que eñ participatio ⁊c. q̄ ſumit ex diſtinctione dupliciꝫ. Una diſtinctio eſt ꝝtum ad cauſam. ſed alia eſt ꝝtum ad ſtatuz. Diſtinctio ꝝtum ad cauſam duplex eſt. ſcz ꝝtū ad cauſam habitualē: ⁊ ꝝtuz ad cauſam efficientē. Cauſa aūt habitualis eſt duplex. Una ꝝtuz ad effectū ⁊ hoc eſt qō dicit. Que eñ ꝓticipatio iuſticie ⁊c. quaſi dicat. Non debetis iuguz ducere cum infidelibus. qz aliꝰ habitus eſt in vobis: aliꝰ in illis. in vobis quidē eſt habitus iuſticie: in illis vero eſt habitus iniquitatis. Maxima autem iuſticia eſt reddere deo qō ſuū eſt. ⁊ hoc eſt colere ipſum. Unde ē cū vos colatis deū eſt in vobis habitus iuſticie. Sūma aūt iniquitas eſt auferre deo qō ſuū eſt et dare diabolo. Eſa. 1. Iniqui ſunt cetus veſtri. Jere. 23. Quid paleis ad triticum: Alia cauſa habitualis eſt ꝝtum ad intellectū ⁊ hec diſtinctio eſt quia fideles ſunt illuminati lumine fidei. ſz infideles ſunt in tenebris erroꝝ. Et ꝝtū ad hoc vic. Aut q̄ ſocieras luci ad tenebras: ꝯſi di. Nō ē cōueniēs q eis cōmunicetis. qz nō ē aliꝙ ſocietas cōueniēs. qz vos eſtis

lux ꝓ ſcientiaz fidei. Eph. 5. Eratis aliquādo tenebre nūc aūt lux in domino ⁊c. Illi vero tenebre ſunt ꝓ ignorantiā ꝙuer. 4. Ita impioꝝ tenebroſa ⁊c. Unde dñs a ꝓncipio diuiſit lucem a tenebris vt dicitur Geñ. 1. Quantū vero ad cauſam efficientem dicit. Que autē conuentio xpi ad belial? Quaſi dicat. Vos eſtis ſerui xpi ⁊ membra eius. 1. cozin. 12. Vos eſtis corpus xpi. illi aūt ſunt mēbra diaboli. Et dicit diabol⁹ belial ablq iugo. qz noluit ſubijci iugo dei Jere. 2. A ſeculo fregiſti ⁊c. Q aūt nō poſſit ēe conuentio xpi ad belial patet ex verbis xpi. Jo. 14. Uenit ꝓnceps mundi huius ⁊c. ⁊ etiaz ex verbis diaboli. Mat. 8. Quid nobis et tibi ieſu ⁊c. Alia diſtinctio eſt ꝝtū ad ſtatum et hoc ꝝtum ad duo ſcz ꝝtum ad ſtatū fidei et ſm hoc dicit. Aut que pars eſt fidelis ⁊c. Quaſi dicat nō eadem eſt pars vtriuſq. q pars fidelis eſt ipſe deus qui habet ꝓmiū et vt finem ſue beatitudinis pſ. Dñs pars hereditatis mee ⁊c. Sed pars infidelis ſunt bona terrena. Sap. 2. Hec eſt ſors noſtra ⁊c. Matth. 24. Diuidet eum et partez ⁊c. Item quantū ad ſtatū gratie et ſm hoc dicit. Quis aūt conſenſus ⁊c. ſi dicat. Non eſt aliqua conueniencia templo dei et idolis. Unde vos eſtis templū dei ꝓ gratiā. 1. cozin. 3. Templū dei eſtis ⁊c. et. 6. Neſcitis qñ membra veſtra templa ſunt ⁊c. Non debetis ḡ cōmunicare cū infidelibꝰ qui ſunt templa idoloꝝ. Sed notanduz q dñs ꝓhibet p ezechielem q in templo dei nō colanē idola. Ezech. 26. Multo ḡ magis ꝓhibenē hoies quoꝝ aīe ſunt templum dei ne violent illa p ꝓticipationez idoloꝝ. 1. cozin. 3. Si quis templum dei violauerit ⁊c. ¶ Conſequenter cum dicit. Eos enim eſtis ⁊c. confirmat rationez ꝓpoſitam p auctoritatem. Et circa hoc duo facit. Primo eñ confirmat qō induxit rōne āmonitionis. Secūdo vero confirmat ipſam ammonitionē ibi. Propter qō exite ⁊c. Circa primū duo facit. Prio reſumit qō ꝓbare intendit. Secundo vero inducit auctoritatē ad ꝓpoſitū ibi Sicut dicit dñs qñ ⁊c. Dicit ḡ. Recte dico q nō ē ꝓſens templo dei cum idolis id ē nō debetis cū eis ꝓticipare. q vos eſtis templum dei viui ⁊ non mortui ſicut idolatre ad hoc ꝓbandū adducit auctoritatē ꝓbans hoc ipſum per vſum templi. vſus eñ tēpli eſt vt deus habitet in eo. Nā templū eſt locus dei ad inhabitandū ſibi conſecratus pſ. Dñs in templo ſancto ſuo ⁊c. Que quidē auctoritas ſumitur ex Leuit. 26. que talis eſt. Ponā tabernaculū meum in medio veſtri ⁊c. In qua auctoritate quattuor tāgit ꝝtum ad hunc vſum ptinet. Primū ptinet ad gratiā operationū qō eſt deū eſſe in aliquo p gr̄am. Et hoc eſt quod dicit. Inhabitabo in eis ſcz in ſanctis per gr̄am excolens eos. licz aūt de⁹ in omnib⁹ reb⁹ dicaē eſſe p preſentiā potēſtiam ⁊ eſſentiā: non tñ dicik in eis inhabitare. ſed in ſolis ſanctis p gr̄am. Cuius ratio eſt: qz deus eſt in oīnib⁹ rebus p ſuam actionē in ꝝtum coniungit ſe eis vt dans eſſe et cōſeruās in eſſe. In ſanctis aūt eſt p ipſoꝝ ſanctoꝝ operationē q̄ attingunt ad deū. ⁊ quodāmō cōprehendūt ipm q eſt diligere ⁊ cognoſcere. Nam diligens ⁊ cognoſcens dr ī ſe here cognita ⁊ dilecta. Secūm ptinet ad grāz cooperātem q̄ ſcz ꝓficiunt ſancti auxilio dei. et ꝝtuz ad hoc dicit. Inambulabo in eis id ē ꝓmouebo eos de vrtute in virtutem. Nam hic ꝓfectus ſine gratia dei eſſe non poteſt. 1. cozin. 15. Gratia dei ſum id qō ſum. Nam ſicut gr̄a operans facit nos eſſe aliquid in eſſe iuſticie: ita ⁊ gr̄a cooperans facit nos in ipſo eſſe ꝓficere. Tertium ptinet ad dei beneficium ⁊ hoc vel ꝓtectionis p ꝓuidentiā. ⁊ hoc tāgit dicēe: Ego ero illoꝝ deus id ē ꝓuidentia mea ꝓtegā eos pſ. Beatus popul⁹ cui⁹ dñs ⁊c. Uel beneficiū remunerationis. vt ſic dicaē. Ero illoꝝ deus id ē dabo eis meipm in mercedē geñ. 15. Ego ero merces tua ⁊c. Ecclesiasticus. 11. Non confundik deus coꝝ vocari deus. Quartū ptinet ad debitum cultū ⁊ſeruitiū ſanctoꝝ. et ꝝtū ad hoc dicit: Et ipſi erunt mihi in populū. id ē me colēt et mihi obedient vt mei ⁊ non alterius pſ. Nos aūt populus eius ⁊ oues ⁊c. Uel poſſunt ad preſentiā corporalem referri. ⁊ tūc exponik ſic. Eñ inhabitabo in illis ꝙ carnis aſſumptionez Jo. 1. Uerbum caro factū eſt ⁊c. Et ambulabo inter illos corporaliter cum eis cōuerſando Bar. 3. Poſt hec in terris viſus eſt ⁊c. Et ero illoꝝ deus ꝙ gloriā Deut. 4. Nō eſt alia natio tam grandis ⁊c. Et ipſi erunt mihi populus id ē ꝙ fidē me colent. ¶ Conſequenter cū dicit. Propter qō exite ⁊c. Confirmat ipſam āmonitionē ꝙ aliā auctoritatē Et circa hoc duo facit. Primo cōfirmat ipſam āmonitiōz ꝙ auctoritatē. Secundo oſtendit ꝑmiū ꝓmiſſum ſeruantibus monitionem ibi. Ego recipiā vos ⁊c. Dicit ḡ. ꝓpter qō id ē qz eſtis templum dei exite de medio eoz. Et ſumitur de Eſa. 52. Recedite recedite inde ⁊ pollutū nolite tāgere. Ubi ria dicit. Exite. ſepamini. ⁊ immundū nolite tāgere. qz tripliciter, debem⁹ nos habere ad infideles. Primo vt exeamus ab eis relinquendo peccata. Zach. 2. O. o. o fugite ō terra aquilonis ⁊c. Sed donatiſte dicūt q debemus corporaliter deſerere malā ſocietatē qō non eſt verū. Unde qō aplus dicit intelligendū eſt de ſeparatiōe ſpūali. et ideo ſic exponit. Exite ſpūaliter non ſequēdo vitam eoꝝ Laſ. 2. Sicut lilium inter ſpinas ⁊c. Et hoc ideo vt vitem⁹ ipas petoꝝ occaſiones ab eis datas. Et ideo dicit Sepamini id eſt longe ab eo conſenſu ſitis. Matth. 10. Ueni eñ ſeparare ⁊c. Numeri. 16. Recedite a tabernaculis hoīm impioꝝ ⁊c. Tertio vt arguamus eos cum male agunt. Et ideo dicit īmūdū ne tetigeritis ſcz ꝓſentiētes eis in malis. Ro. 2. Non ſolum q̄ faciūt ea: ſz et q̄ ꝓſentiunt ⁊c. Eph. 5. Nolite cōmunicare operibus infructuoſis. Et hoc qz qui tangit picez ⁊c. Ecc. 13. Premiū aūt repromiſſum ſeruantibus monitionē eſt duplex. ſcz diuina familiaritas. ⁊ diuina adoptio. Diuina familiaritas quia ego recipiā vos. Quaſi dicat Secure exeatis qz ego recipiam vos in meos. pſ. Eñ pater me⁹ et mater mea ⁊c. pſ. Beatus quē elegiſti ⁊c. Eſa. 42. Ecce ſeruꝰ me⁹ ⁊c. Sz diuina adoptio qz adoptat nos in filios qz dic. Et ero vobis in patrem. et vos eritis mihi in filios Ro. 8. Non accepiſtis ⁊c. Et dicit filios ꝝtum ad pfectos. ⁊ filias ꝝtum ad imꝑfectos. et hoc ſumik de. 2. reg. 7. vbi dicik de ſalomone. Ego ero ei in patrē. ⁊c.

Capitulū ſeptimū.

As igik habentes ꝓmiſſiones cariſſimi. mundemus nos ab oñi inq̄namento carnis ⁊ ſpūs. perficiētes ſanctificationē in timore dei. Capite nos. Neminē leſim⁹. neminē corrupim⁹. neminē circūuenim⁹. Nō ad condemnationē veſtrā dico. Predixim⁹ eñ q in cordibus noſtris eſtis ad cōmoriendū ⁊ ad cōuiuendū

Monuit aplꝰ corinthios qualiter ſe in futuro debeāt habere: hic cōmēdat eos de bonis preteritis. Sz vt fiat q̄dā continuatio preteritoꝝ ad futura: primo concludit āmonitionez. Secūdo vero cōmendat eos ibi. Multa mihi fiducia ⁊c. Circa primū tria facit. Primo ponit āmonitionem. Secundo inducit exemplum ſuiipſius ad āmonitionem ſeruandam ibi. Capite nos ⁊c. Tertio ponit āmonētis intentionem ibi. Non ad condemnationē veſtram ⁊c. Circa primum tria facit. Primo ponit motiuum ad obſeruantiam ammonitionis. et hoc eſt promiſſio eis facta. Et ideo dicit. Has igitur habentes promiſſiones chariſſimi ſcilicet q deus habitet in nobis et recipiat nos ⁊c.

Secūdo ponit ām̄onitionē cū dicit Mūdem⁹ ꝛc. Et hoc ideo qz p̄missiones iste non vanē nisi mūdis. et ideo mūdemus nos ab oīi inquinamento carnis ⁊ spūs id ē carnaliū ⁊ spūaliū vitioꝝ Esa. 52. Mūdamini q̄ fertis vasa dn̄i ꝛc. Ubi sciendū est qz omne peccatū qđ consumat in delectatiōe carnis: est carnale. illud vero qđ consumat in delectatione spūs: est spūale. Et inde est qz peccata carnalia si considerent ꝗtū ad sui cōsumationē sunt duo tm̄ scz gula ⁊ luxuria. cetera vero pcta sunt spūalia. Si vero cōsiderent quantū ad sui originē sic oīa peccata possunt dici carnalia. qz oīia ex conceptione carnis originē habēt ⁊ hoc modo loquit̄ ad Hal. 5. Manifesta sunt aūt opa carnis ꝛc Tertio ponit modū implēdi ām̄onitionē ibi. Perficientes ꝛc. Posset em̄ aliquis dicere. Nūquid nō sum⁹ mundati in baptismo? Et ideo addit pficientes sanctificationem id est pficim⁹ emundationē inchoatā in baptismo Sanctus em̄ idem est qz mund⁹ Leuit. 11. et. 19. Sancti estote qm̄ ego sanctus sum ꝛc. Perficiam⁹ in ꝗ qz pbi conati sunt pficere ⁊ non potuerunt. qz nō potuerūt oīa peccata vitare. ꝗtumcūqz em̄ aliq̄ peccata vitarēt ⁊ exercerēt actus virtutum. adhuc tm̄ remanebat in eis peccatum infidelitatis. Et ideo in vero cultu dei solum pficit emūdatio. ⁊ hoc est qđ dicit. In timore id ē in cultu dei Ecc. 25 Timor dn̄i ꝛc. Sed contra Col. 3. Sup oīa charitatez habentes q̄ est vinculū pfectionis. Non igit̄ pficit sancti ficatio in timore vel: sed in charitate dei. Respondeo dicendum est qz hic loquit̄ de timore filiali q̄ est charitat⁊ effectus: ⁊ nō de seruili qui contrariat charitati. Dicit aūt in timore vt doceat nos habere affectum ad deum cum q̄dam reuerentia ⁊ sollicitudine. Amor em̄ causat securitatem que q̄nq̄ negligentiā parit. sed qui timet semp est sollicitus. ¶ Consequenter cū dicit. Capite nos ꝛc. in exemplum se prebet. Quasi diceret. Accipite nos in exemplū 1. cozin. 11. Imitatores mei estote ꝛc. Ego em̄ mihi caui ab īmundicia p sanctificationē. qz neminē lesi. Ubi notāndum qz tripliciter potest aliq̄s ledere primū. ⁊ nullo istoꝝ modoꝝ lesit aliquē. Secūdo in pſona. ⁊ ꝗtum ad hoc dicit. Neminē lesim⁹ scz in pſona sicut faciunt mali dn̄i. Mich. 3. Violenter tollitis pellem eoꝝ ꝛc. Tertio ꝗtū ad famā inducēdo eos vel exemplo vel psuasionibus ad malum. et quantum ad hoc dicit. Neminem corrupimus 1. cozin. 15. Corrumpūt bonos mores. Tertio ꝗtū ad subtractiōz bonoꝝ. ⁊ ꝗtū ad hoc dicit: Nemnē circūuenim⁹ id est in bonis fraudauim⁹. 1. tessal. 4. Ne q̄s circumueniat ꝛc. ¶ Cōsequēter cum dicit. Non ad condemnatiōz vestram ꝛc. aperit suam intentionē. Quasi dicat nō dico hoc condemnando vos: sed vt emendemini. Mala em̄ p̄terita ꝓpter duo consueuerūt cōmemorari. Aliquādo ad condemnationē: ⁊ hoc q̄n non est vltra spes correctionis. Aliq̄n aūt ad emendationē vt scz corrigat. et hoc modo loquit̄ hic. Non ad condemnationē vr̄am ꝛc. 1. cozin. 4. Hec ad vtilitatē vr̄ām dico ꝛc. Et ratio huius est. qz gaudeo de bono vestro: predixi em̄ q̄ vos estis ꝛc. ℣. 3. Epla nostra vos estis scpta in cordib⁹ nostris phil. 1. Eo q̄ habeam vos ꝛc. Estis in ꝗ in cordibus nostris scz ad cōmoriendū ⁊ ad conuiuendū. Ms̄ potest intelligi de morte culpe ⁊ de morte naturali. De morte culpe vt non intelligat q̄ nos simus parati ad cōmoriendū vobiscū id est q̄n vos peccatis nos volum⁹ peccare. sed q̄ mortem culpe vr̄am eo doloze accipimus quo nr̄ām. 2. cozin. 11. Quis infirmat et ego nō infirmor. 1. cozin. 15. Quottidie moioꝝ ꝛc. Et ad conuiuēdū qz ita gaudeo de bona vita vestra in gratia sicut ⁊ de nostra. De morte vero naturali vt intelligat ad cōmoriendū id est paratus sum mori ꝓ vobis. infra. 12 Libentius impendar ⁊ superimpendar ꝛc. Et ad conuiuendū id est vt desiderez vos esse socios in vita eterna. 2. Ti. 2. Si cōmortui sum⁹ ⁊ cōuiuem⁹.

Lectio secunda.

m Ulta mihi fiducia est apō vos. multa mihi gloriatio ꝓ vobis. Repletus sum consolatione: supabundo gaudio in oīi tribulatione nostra. Nam ꝛ cum venissemus in macedoniā: nullam requiem habuit caro nostra: sed omnē tribulationem passi sum⁹. Foris pugne: intus timores. Sz qui consolat̄ humiles cōsolatus est nos dn̄o in aduentu titi. Non solum aūt in aduentu eius: sed etiam in consolatione in qua consolatus est in vobis referens nobis vestrū desiderium: vestrū fletum: vestrā emulationez ꝓ me. ita vt magis gauderē. Quoniā si contristaui vos in epistola non me penitet Et si peniteret videns q̄ epististola illa ⁊ si ad horam vos contristauit. nunc gaudeo nō quia contristati estis. sed quia contristati estis ad penitentiam.

Apostolus posuit supra ām̄onitionē ex premissis conclusam: hic subdit suam cōmendationē. Et circa hec duo facit. Primo ponit eoꝝ cōmendationem. Secūdo ipsaz exponit ibi. Nam ⁊ cum venissem ꝛc. Cōmendationē aūt istoꝝ ponit ostendendo affectum suū q̄ consurgit ex bonis operib⁹ que cozinthij faciebant. Consueuit em̄ q̄druplex affectus in cordib⁹ diligentiū consurgere ex bonis q̄ dilecti operant. ⁊ hos quattuor se aplus ꝛcepisse de eis ostendit. Et primo affectū fiducie. Unde dicit. Multa mihi fiducia est apud vos. Inꝗtum scz cōfido qz q̄ bene cepistis semp pficietis in melius. Unde ex bonis auditis de vob spero maiora in futurū. phil. 1. Confido de vobis qz q̄ cepit opus bonum ꝛc. Hab. 6. Confidim⁹ de vobis charissimi ꝛc. Et hec fiducia bona est et salubzis Heb. 10. Nolite amittere fiduciam ꝛc. Scdo ex hoc concipit affectū gloriationis. Exquo em̄ quis bona amici sicut sua diligit. cōsequens est vt de bonis amici sicut de ꝓpriis gloret. Et hoc specialiter. qm̄ ipse est causa illoꝝ bonoꝝ. sicut magister est causa doctrine discipuli. Et ideo dicit. Multa mihi gloriatio ꝓ vobis est ꝛc. puer. 10. Gloria patris filius sapiens. Tertio ex p̄dictis concipit affectum consolatiōis qm̄ ēi q̄ letat et gloriat de bonis suis vel amici habz remedium contra tristicias. Consolatio em̄ est remediū contra tristicias. Naturale aūt est qz semp delectatio et gaudiuz tristicie opponit. Et ꝟm pbm Dis delectatio debilitat vel totaliter tollit tristiciam. Si delectatio sit contraria tristicie: totaliter absorbet tristiciaz. Si aūt nō sit ꝛtraria debilitat ⁊ diminuit eam. Et inde est qz qm̄ quis est in tristicia qm̄cūqz nūciant sibi aliqua leta diminuit tristicia. Et ideo qz audit leta de cozinthijs dicit: Repletus sum consolatione: audita scz correctione vestra. ℣. 1. Sicut abūdant pi passiones ꝛc Phil. 2. Si qua consolatio ꝛc. implete gaudium meū ꝛc. Quarto consurgit ex predictis affectus exuperātis gaudij. liez em̄ ex aliquib⁹ delectationib⁹ diminuat tristicia: non tm̄ totaliter tollit nisi gaudiū sit magnū Quātus aūt aplus multas tribulationes sustineret. qz tm̄ multū gaudebat de bonis cozinthioꝝ: ideo nō solum nō absozbebat tristicia totaliter. sed etiam supabūdabat gaudio. Et ideo dicit. Supabundo gaudio in oīi tribulatione nostra id est gaudiū meum supat oēm tribulationē que erat in anio meo. 1. thessal. 2. Que est em̄ spes nostra aut gaudium ꝛc. Ro. 12. In tribulatione patientes. ¶ Consequenter cum dicit. Nam cum venissem ꝛc. exponit suaz cōmendationem. Duo aūt dixerat. scz se accepisse gaudiū ⁊ habuisse tribulationē. Primo ergo manifestat suam tribulationem. Secō vero suam consolationē ibi. Sed q̄ cōsolat ꝛc. Tribulationē aūt aggrauat ex duobus scz ex subtractione remedij cum dicit. Nam ⁊ cū venissem ꝛc. q̄si dicat. Vere tribulationē habeo: qz in nullo consolor. ¶ Nā cum venissem macedoniā nullam requiē habuit caro nostra. hic facit mentionē de pſecutione quā passus ē in macedonia quādo liberauit ancillam ph̄ytonissam: vt legit̄ act. 16. Dicit aūt nullam requiē habuit caro nostra. et nō dicit spūs noster. qz sancti semp habent pacem spūs: cum etiam in aduersis aīa que in corpore patit̄ spe futuri ꝓmij q̄escit. ꝗ̄ multa sustineat affectui carnis cōtraria. ¶ Ex multiplicitate vero tribulationū aggrauat cū dicit. Cum tribulationē passi sumus id ē oīe genꝰ tribulationis ꝟm corpus ⁊ ꝟm aīam supra. 4. In omnib⁹ tribulationē patimur ꝛc. Jo. 16. In mūdo pressurā ꝛc. ¶ Et qz oīe tribulationem passus fuerit exponit ꝓsequenter cū dicit. Foris pugne: intus timores. Foris id est extra meipsum pugne pſecutionū. sed tm̄ intus id est in corde est timor de malo: timens pſecutionē in futuro. Deut. 32. Foris vastabat eos gladi⁹ ꝛc. Sed contra puer. 28. Justus q̄si leo confidēs absq̄ terroze erit. Rūdeo. est sine timore ꝗtum ad spūm: non tm̄ ꝗtum ad carnem. Vel foris id est extra ecclesiā pugne illate ab infidelibus. sed intus timores ne scz illi qui intra ecclesiam sunt excidant a fide ꝓpter pſecutores. Vl foris id est in manifesto pugne: quib⁹ impugnanē a manifestis inimicis. Intus timores q̄ injciunē nobis ab illis q̄ dicunt se amicos ⁊ non sunt. qz vt dicit boetius de consolatione. Nulla pestis efficacior ad nocendū ꝗ familiaris inimicus Matth. 10. Inimici hois domestici eius. ¶ Cōsequēter cum dicit. Sed qui consolat ꝛc. ponit materiam sue consolationis quā extollit ex duobus scz ex grata presentia tyti. et ex consolatione titi ibi. Non solum autē ꝛc. Dicit ergo. licet hic grauiter afflicti fuerim⁹. ℣ q̄ scz deus consolatur humiles consolat⁹ est ꝛc. Cui⁹ presentia vtpote mihi gratissima est. ⁊ in adiutoziū. ℣. 1. Qui consolatur nos in oīi tribulatione nostra. Dicit aūt qui cōsolat humiles. qz supbos nō consolat: sed eis resistit vt dicit Jac. 4. et. 1. Pe. 5. Consolat aū humiles dando eis gratiam que est consolatio⁹ spūssancti. Esa. 61. Ut consolarer omnes lugentes ꝛc. ¶ Non solum autē ꝛc. Dic ponitur alia materia consolationis aplī scz consolatio tyti. Et materia huius consolationis est duplex. Prima emēdatio cozinthioꝝ: quā habuerunt in presentia tyti. Secunda est deuotio cozinthioꝝ: quā ostendit ad titum ibi. In consolatione aūt vestra ꝛc. Circa ꝑmū duo facit. Primo ponit consolationē de penitentia cozinthioꝝ. Secūdo exponit quedam que dixit ibi. Cōtristati em̄ estis ꝛc. Circa ꝑmū tria facit. Primo ponit consolationē tyti. Scdo materiā consolationis ibi. Referens nobis ꝛc. Tertio effectum cōsolationis in mente aplī ibi. Ita vt magis gauderē ꝛc. Dicit ℣. Non solū pſolat nos deus in aduentu tyti. sed etiā in consolatione qua ipse tytus consolatus est de vobis et in vobis. Et huj⁹ cōsolationis materia ē. qz ipse tytus, cōsolatus est referens nobis vestrum desideriū ꝛc. Ubi tria ponit laudabilia ꝓpter tria reꝑhēsibilia q̄ fuerunt in eis. Fuerunt em̄ pigri ad bonum. ⁊ contra hoc dicit. Referens nobis vestrum desiderium de pficiendo in melius. Item erant pzoni ad malum. ⁊ contra hoc dicit. Nostrum fletum scz de peccatis cōmissis. Jere. 6. Luctuz vnigeniti fac ꝛc. Item erant faciles deceptioni pseudoꝝ ⁊ cōtra hoc dicit. Vestram emulationē contra pseudos habitaz ꝓ amore mei. Nam aū emulabamini cōtra me ꝓ eis. ¶ Cōsequenter cum dicit. Ita vt magis ꝛc. ponit affectum conceptum ex consolatione tyti. q̄ dez affectus est gaudiuz. Unde circa hoc tria facit. Primo ponit conceptum gaudium. Secō ostēdit sue estimationis imitationē. Tertio subdit roēm gaudij. Dicit ꝗ in tantū gauisus sum de his q̄ titus retulit mihi ita vt magis gauderē de hoc ꝗ de tribulatione mea voluerim. Naz spūalia ꝓferenda sunt temporalibus. Vel vt magis gauderē de hoc qz ꝛtristaui vos ꝗ voluerim olim. Peccauerant em̄ faciendo foznicatiōs et aplus increpauerat eos vt patet in prima epla. 5. et. 6. Tunc aūt incertus erat aplus qđ euentū deberet habere illa tristicia: bonum scz an malū. Et ideo dubitans penituit. sed videns postmodū qz bonum inde puenerat gaudebat: ideo dicit. Nam et si contristaui vos increpādo in prima epla non me penitet modo. qz correcti estis et si olim peniteret qn̄ scz eram incert⁹ vtruz tristicia induceret vos ad correctionē vel desperationez. videns qz epla illa et si ad horam vos contristauit nunc gaudeo qz estis cōuersi. Et rōem gaudij assignat: qz non gaudeo de hoc qz contristati estis: sed de effectu scz de correctione: qz scz ꝛtristati estis nō ad desperationē ꝛs ad penitētiā. sicut medicus nō gaudet de amaritudine medicine. sed de effectu scz ō sanitate supra. 6. Quasi tristes: semp aūt gaudentes.

Lectio tertia.

c Ontristati enim estis scōm deum vt in nullo detrimentū patiamini ex nobis. Que em̄ ꝟm deū tristicia ē penitentiam in salutē stabilem operat̄: seculi aūt tristicia mortem operat̄. Ecce em̄ hocipsum ꝟm deum contristari vos quantam in vobis operatur sollicitudinem. sed defensionem sed indignationē. sed timorem. sed desiderium. sed emulationez. sed vindictā. In oīibus exhibuistis vos incontaminatos esse negocio.

Posita consolatione aplī et tyti de tristicia cozinthioꝝ eō ꝗ fuerit ad penitentiam ⁊ non ad desperationē: hic cōsequenter huius consolationis ratio assignatur: eoꝝ tristiciam cōmendando. Et circa hoc duo facit. Primo em̄ cōmendat eoꝝ tristiciam. Secūdo ex hoc concludit ꝓpositū ibi. Et si scripsi vobis ꝛc. Cōmendat aūt cozinthioꝝ tristiciam ex duobus. Primo ex causa. secundo ex effectu ibi. Que em̄ tristicia est ꝛc. Causa aūt ex qua cōmendat eoꝝ tristicia hec est. qz est ꝟm deum. Et ideo dicit. licet ad horam contristauerim vos ꝓ epistolā: tamē nunc gaudeo id est qz contristati estis ꝟm deum. Ubi sciendum est qz tristicia ⁊ gaudiū ⁊ cōmuniter oīis affectio ex amore causat. Tristat em̄ ꝗs qz carz eo qđ amat. Qualis aūt ē amor talis ē tristicia ex amore causata. Est aūt duplex amor. Unꝰ quo diligit deus. ⁊ ex hoc causat tristicia: que est ꝟm deū Alius est quo amat seculum. ⁊ ex hoc causat tristicia secuti. Amor quo diligim⁹ deū facit nos libenter seruire deo. sollicite querere honorē dei: ⁊ vacare deo pulciter. Et qz peccando impedimur a seruitio dei. ideo ei non vacam⁹ nec eius honorē querim⁹. Ideo amor dei causat tristiciaz de peccato. ⁊ hec est tristicia ꝟm deum. que q̄dem tristicia non fuit nobis ad malū nec ad detrimentū: sed potius ad fructum ⁊ meritum. Et ideo dicit. Ut in nullo detrimentū patiamini ex nobis. qz non solum bona ⁊ grata que vobis impendimus: vobis prosunt. sed etiam hocipsum qz vos corrigimus ⁊ contristam⁹. Heb. 12. Omnis disciplina in

presenti ꝛc. ¶ Consequenter cum dicit. Que enī tristicia ꝛc. cōmendat eoꝝ tristiciā ex effectu q̄ quidē est premiū vite eterne. Et circa hoc duo facit. Primo enī ponit effectū in generali. Scōo experimentum specialiter in eis conse curum ibi. Ecce enī hocipsum ꝛc. Circa primū duo facit. Primo enim ponit effectuꝫ tristicie que est ſm deū. Secūdo ponit effectū tristicie que est ſm mundū ibi. Seculi aūt ꝛc. Dicit ergo ꝑmo. Dico q̄ tristicia nostra nō fuit vobis detrimentū. Enī id est qz tristicia que est ſm deuꝫ operat penitentiam. penitentiam aūt dīco in salutem ſtabilem id est sempiternā que est salus ſtabilis ꝛ est beatorū. de qua Esa. 49. Salus aūt mea in sempiternū erit. Et hanc operatur penitentia. Matth. 3. Agite penitentiā: ap̄pinq̄bit enī regnū celoꝝ. Et dic ſtabilē vt excludat salutē tēporalem que ē transitoria ꝛ cōmunis ipsis hominiꝫ ꝛ iumentis. de qua in ps. Homines ꝛ iumenta saluabis dne ꝛc. Sed contra hoc qd̄ dicit q̄ tristicia que ē ſm deū peniten tiam operaī videtur esse qz ipsa tristicia ſm deum est peni tentia. Penitere enim est tristari de malo ꝛ scōm deum. Non ergo operaī penitentiam. Rñdeo. dicendum est q̄ penitētia habet tres partes. quaꝝ ꝑma pars ē tristicia scz dolor ꝛ compunctio de peccatis. Alie due sunt ꝓfessio et ſatisfactio. Cum ergo dicit q̄ tristicia operaī penitentiaz. Intelligendū ē q̄ cōpunctio seu doloz de peccato operaī in nobis penitentiam id ē alias ꝓtes penitentie scz cōfessionem ꝛ ſatisfactionē. Vel dicendū est q̄ tristicia ſm deū est cōmunioꝝ q̄ penitentia. qz penitentia est de ꝓprio peccato. sed tristaī quis ſm deum ꝛ de peccatis ꝓprijs et de alienis. Sic ḡ effectꝰ tristicie: q̄ ē ſm deuꝫ est salꝰ eterna. effectus vero tristicie que ē ſm mundū ē mors. Quia enī qui diligit seculū inimicus dei constituit vt dicit Jac. 4. Ideo ex amore seculi mors causaī. Tristaī enī ſm seculū quis non qz peccās deū offendit. sed deprehensus in peccato punit de eo ꝛ detegit. Et hec tristicia est vitanda in peccatis Ecc. 30. Tristiciā longe fac a te ꝛc. ¶ Conseq̄nter manifestat effectū p̄dictū q̄ exprimētū sumptū in ipis cū dicit. Ecce enī hocipsum ꝛc. q̄si dicat. Vere salutem ſtabilem. qz experimēto patet q̄ in nobis multa que ad salutem ducūt operaī. Ponit aūt sex ad hoc ptinencia. quoꝝ vnum ē generale scz sollicitudo. q̄si enī homo ē in leticia defacili cōmittit aliquas negligentias. sed quādo est tristis ꝛ in timore sollicitaī. ꝛ ideo dicit. Ecce enī scz in vobis experti estis hocipsuꝫ scz ſm deū contristari vos quātam in vobis operaī sollicitudinē ad vitandū mala et ad faciendū bona. Mich. 6. Indicabo tibi o homo q̄d sit bonum ꝛc. Et infra sollicitum ꝛc. Alia vero sunt specialia q̄rum quedā ptinent ad effectum interiorē. quedā ad actuꝫ exteriorē. Horū vero q̄ ptinent ad effectum exteriorē quedam sunt ad peccati remotionē: quedā vero ad boni adeptionem. Nam verus penitens debet recedere a malo et facere bonum. Quantū aūt ad remotionē mali ponit tria. Primū ē vt desistat facere malum. ꝛ q̄tum ad hoc dicit. Sed defensionē. contra illos q̄ nos ad malū inducunt. 1. Pet. 5. Cui resistite fortes in fide. Vel ſm glo. vt contra pseudo me defendatis. Eph. vlti. Accipite arrmaturam dei ꝛc. Secundū est q̄ hō indigneī contra se ꝑ pctis que fecit. et q̄tum ad hoc dicit. Sz indignationē. Indignatio aūt sui operaī tristiciaz ſm deū. Esa. 63. Indignatio mea auxiliata est mihi. Tertium est q̄ sit in cōtinuo timore de futuro vt caueat. ꝛ q̄tum ad hoc dicit. Sed timorē de recidiuo ne scz in futuro similiter cōtingat. Ecc. 25. Timor oñi oñia ꝛc. Quātum aūt ad boni adeptionē duo ponit. Primo desiderium q̄ ad bo nū afficiꝫ q̄tum ad hoc dicit Sz desideriū q̄ bonū facere affectetis puer. 11. Desideriū iustorum oñe bonū. Scōo emulationē bonā q̄ bonos imitari conaī. ꝛ q̄tum ad hoc dic. Sz emulationē vt scz me ꝛ alios bonos imitemini. 1. cor. 14. Sectamī caritatē emulamini carismata meliora. Horū vero q̄ ptinent ad exteriozem actum duo ponit. Primū est vt vindicent in seipsis q̄ peccauerunt ꝛ hoc vtile est. Cum enī oñe malū necessariū sit puniri vel ab hoīe vel a deo: si hoc non punit melius est q̄ homo malū in se puniat qđ fecit q̄ deꝰ. qz vt dicit Heb. 10. Horrendū est incidere in manus dei ꝛc. Et q̄tum ad hoc dicit. Sed vindictā id ē qz peccantes puniris et etiam vosipsos. 1. corin. 9. Castigo corpus meuꝫ ꝛc. Esa. 26 Justiciā non fecimꝰ ꝛc. Scōm est q̄ totaliter abstineat a malo. Et ideo dicit. In oñib⁹ exhibuistis duce scz fide ineontaminatos esse negocio scz christiano. s. 6. In omnibus exhibeam⁹ ꝛc. Eph. 1. Elegit nos ante mūdi constitutionē vt essemus sancti pī. Ambulans in via immaculata ꝛc. Vl̄ negocio de quo scz correcti estis puta de fauore quē dedistis fornicatori. sed postmodum puniendo ꝛ condemnādo ipsuꝫ ostendistis vos in hoc inconta minatos esse.

Lectio quarta.

Situr ꝛ si scripsi vobis nō ꝓpter eum
i qui fecit iniuriam. nec ꝓpter eum q̄
passus est. sed ad manifestandā solli
citudinem nostram quam habem⁹ ꝑ vobis
coram deo. Ideo consolati sumus. In conso
latione aūt nostra abundantiꝰ magis gauisi
sumus sup gaudio titi. quia refectus est spi
ritus eius ab oñibus vobis. Et si qđ apud
illum de vobis gloriatus sum: nō sum confu
sus. sed sicut omnia vobis in veritate locuti
sumus. ita ꝛ gloriatio nostra que fuit ad ti
tum veritas facta est. Et viscera eius abun
dantius in vobis sunt. reminiscētis omniū
vestrum obedientiam. quomō cum timoreꝛ
tremoze excepistis illum. Gaudeo q̄ in oñi
bus confido in vobis.

Hic assignata ratione quare gaudet aplus de ipsoꝝ tristicia: conseq̄nter inducit conclusionē suā: in qua duo facit. Primo enī ostendit intentionem suam quā habuit in scribendo. Secūdo manifestat gaudiū qđ habuit de ipsorum correctione ibi. Ideo consolati ꝛc. Dicit q̄ primo. Exquo incōtaminati estis. igit appet q̄ et si scripsi vobis ꝑ epliz increpando: non scripsi ꝓpter eum tm̄ q̄ fecit iniuriā incestu maculando cubile patris sui vt dicit. 1. cor. 5. Nec ꝓpter eum tm̄ qui passus est scz ꝓpter patrem q̄si non ꝓpē zelum vindicte solum: sed hoc feci ad manifestandā sollicitudinē nostrā quā ꝑ vobis habem⁹. id est vt sciretis q̄ solliciti simus ꝑ vobis. ꝛ hoc dico coꝝ deo vt sit turamētū. i. deo teste. Vl̄ ad manifestādā coꝝ vob deo scz de omnibus sollicitudinē nostram. Col. 2. Volo vos scire quāz sollicitudinem ꝛc. Vel aliter. Non scripsi tantū ꝓpter eū qui fecit iniuriam vt scz corrigereī. Vel ꝓpter eum q̄ passus est vt placareī sed ad manifestandā ꝛc. vt scz vos q̄m dignati fuistis ꝑ contumelia ꝛ pena inflicta fornicatori reconciliaremini deo. ¶ Conseq̄nter cōcludit gaudiū qđ habuit de eorum correctione cum dicit. Ideo ꝛ consolati sumus ꝛc. quasi dicat Quia hoc consecutⁱ sum ex eo q̄ scribi ps scilicz q̄ estis correcti: ideo consolati sumus id est consolationem accepim⁹. Gaudium enī hoīs est cum ꝑsequit qđ cum desiderio intendit. s. 1. Abundantius autem ꝛc. ¶ Conseq̄nter cum dicit. In consolatione aūt ꝛc. ponit secundā causam sue consolationis que sumit ex devotione quam ostēderūt ad ꝛtū. Et circa hoc tria facit. Primo ponit gaudium suū de gaudio titi conceptum. Secūdo gaudij rōnem assignat ibi. Et si quid apud illū ꝛc. Tertio manifestam gaudij titi assignat ibi. Reminiscentis omniū vestrum ꝛc. Dicit ergo primo. Gauisi sumus de correctione vestra. aūt id ē sed in consolatione nostra abundantiꝰ magis gauisi sumꝰ q̄ turbati fuerimꝰ de tribulatiōe sup gaudio titi. Vel magis gauisi sumus id est magis gaudiū attulit consolationi nostre gaudium titi. ꝛ hoc qz refectus ē spūs eius. Tunc enī reficit animꝰ prelati quādo subditi eius sunt obedientes ei ꝛ eum reuerent. philem. Refice viscera ꝛc. ¶ Refectus in q̄ ab oñibⁱ vobis. q̄ oñes vel correcti estis vel est spes correctionis. Rationē aūt huiⁱ gaudij assignat q̄tum ad duo. Unum est ex parte apli. qz scz ipse inuentus est verax. Nam aplus cōmendauerat corinthios tito ante q̄ iret ad eos. Quia vo nūc ita inuenit titus sicut aplus dixit. gaudet aplus verba sua vera fuisse Et hoc est qđ dicit. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum cōmendando vos. Dicit aūt gloriatus sum: qz gloria apostoli erat bonum illoꝝ. ¶ Non sum ꝓfusus id ē non erubesco me falsa dixisse. Quādo enī aliquis inuenitur mendax: confundit. Ecc. 37. Ante oñia sermo verax ꝛc. Sed sicut oñia in veritate vobis locutⁱ sum id ē sicut predicaui vobis veritatez: ita gloriatio nostra que fuit ad titum de vobis veritas facta est id est inuenta est vera. Alia ratio est ex parte eozinthioꝝ. Nam amici desiderant vt illi q̄s diligūt ab oñibⁱ diliganī. Quia ḡ titus diligebat corinthios ꝓpter eorum deuotionē. ideo de hoc apostolus gaudebat. Et ideo dicit aplus. Et viscera eius ꝛc. Si dicat. Non solum gaudeo qz inuentus sum verax: sed etiaz qz viscera eius id est viscerosa charitas eius ꝛ nimiꝰ amoz abundantius q̄ ante in vobis esset. exquo vidi ꝓficuum vestrum. Vel abūdantiꝰ q̄ in aliis Eph. 6. Induite vos sicēlecti dei ꝛc. ¶ Materiā autē gaudij manifestat ex duobus scz ex obedientia ꝛ ex reuerentia. Ex obedientia quidem cum dicit. Reminiscentis oīm vestrum obedientiam qua obedienter sibi obtemperastis. In quo etiam et laudauit vos. 1. reg. 15. Melioꝛ est obedientia ꝛc. Ecc. 3 Filij sapientie ecclesia iustoꝝ. Ex reuerentia aūt cum dicit. Quomō in timoze scz filiali non seruili interiozis animi ꝛ tremoze exꝛpozis excepistis eum. Gal. 4. Testimonium enī vobis ꝛc. Et qz ita habuistis vos ad eū gaulsus sum qz verax inuentus sum et ipse diligit vos. Unde gaudeo q̄ in omnibⁱ confido de vobis. Non solū in bona voluntate scz etiam in bonis operibus in futuro q̄ bene vos habeatis. Heb. 6. Confidimus de vobis melioꝛa ꝛ viciniora saluti.

Capitulum octauum

Otam aūt vobis facimus fratres
n gratiam dei que data est in eccle
sijs macedoniē. ꝛ q̄ in multo ex
perimento tribulationis abunda
tia gaudij ipsoꝝ fuit. ꝛ altissima paupertas
eoꝝ abundauit in diuitias simplicitatis eo
rum. Quia ſm virtutez testimoniū illis red
do ꝛ supra virtutem voluntariꝝ fuerunt cuꝫ
multa exhortatione obsecrantes nos gratiā
ꝛ cōmunicationez ministeriꝝ quod fit in san
ctos. Et non sicut spauimus: sed semetipsos
dederunt. primū dño. deinde nobis ꝑ volun
tatem dei. ita vt rogaremus titum: vt quēad
modum cepit ita ꝛ pficiat in vobis etiaz gra
tiam istam. Sed sicut in omnibⁱ abundatis
fide ꝛ sermone ꝛ scientia ꝛ oñi sollicitudine
insup ꝛ charitate vꝝ a in nos: vt ꝛ in hac gra
tia abundetis. Nō quasi imperans dico. sed
ꝑ aliorum sollicitudinē etiam vestre charita
tis ingenuū bonum comꝓbans.

Posita iam exhortatione ad bonum in generali: hic cōsequenter exhortaī eos ad quoddā bonuz particulare scz ad largitionē collectarū ꝑ sanctis qui erāt in hierusalē. Nā sicut act. 15. dicit et aplus tangit ad gal. 2. Apli imposuerunt paulo ꝛ barnabe vt ꝓponerent verbū salutis gentibⁱ exhortādo eos ad subueniendū sanctis q̄ erant i hierusalē q̄ venditis oñib⁹ ꝛ positis ad pedes aplorꝝ in maxia erāt paupertate. ꝛ ad hoc imducit eos ad ꝓsens. Ubi duo facit. Primo inducit eos ad dandū. Secūdo monet ad modum dandi vt scz cito ꝛ abundanter dent. et hoc. 9. ca. ibi Hec de ministerio ꝛc. Circa primū duo facit. Primo tractat de collectis dandis. Secūdo de ministris ꝑ quos huiusmodi collecte fiāt ibi. Fratres aūt duo q̄ dedit ꝛc. Circa ꝓmū duo facit. Primo inducit eos ad dandū. Scōo excludit excusationē ibi Si enī volūtas ꝓmpta est ꝛc. Inducit aūt eos ad dandū triplr. Primo exemplo aliorꝝ qui dederūt. Secūdo exemplo xꝑi ibi. Scitis enī grām dñi nostri ꝛc. Tertio ex ipsoꝝ ꝓpria volūtate ibi. Hoc enī vobis vtile ꝛc. Circa ꝓmū tria facit. Primo ponit exemplū. Secundo ostendit se ꝓmotum ab hoc exemplo ibi. Ita vt rogaremus titum ꝛc. Tertio monet vt ipsi hoc exemplū sequanī ibi: Sz sicut in oñibus abūdatis ꝛc. Circa primū sciendū est q̄ aplus ad hoc vt corinthij liberaliter tribuāt ꝓponit eis macedones in exemplū. Et cōmēdat eos q̄tū ad duo. scz q̄tum ad patientiā in aduersis. Scōo q̄tū ad liberalitatē i donis ibi. Et altissima pauptas ꝛc. ¶ Circa primū sciendū est q̄ apostolus inducit eos ad elemosinas vt merita istoꝝ crescant. ꝛ ideo in illo tēpoze hoc fecit qđ possunt mereri. scz in tempoze gratie. tunc enī elemosyne meritozie sunt. Et hoc est qđ dicit. Notam vobis facimⁱ gratiā id est gratuitū donum dei scz elemosynaꝝ largitionem. ꝛ dicit hoc esse gratiam. qz quicq̄d boni facimus ē ex gratia dei: que quidē gratia non est data istis sed mihi: in q̄tum scz ex mea ꝓcuratione ꝛ sollicitudine ꝛ monitione macedones ad hoc moti sunt Eph. 3. Mihi aūt omnium sanctoꝝ minio ꝛc. Data est in q̄ mihi in ecclesijs macedonie id est apud fideles macedonie. Que quidem gratia est q̄tuz ad duo. scz q̄tuz ad patientiā: qz in multo exꝑimēto ꝛc. ¶ Ubi ponit ꝓditōes patie ꝓfec. Una ē q̄ hō sit constans ita q̄ nec timoze rribulationis deficiat: sed nec etiam in ipso tribulationis experimēto. Et ideo dicit q̄ in multo experimento tribulationis scz constantes fuerunt. Alia est q̄ in ipsis tribulationibⁱ gaudeat sicut legitur de beato Laurentio. ꝛ q̄tuz ad hoc dicit. Abūdantia gaudij ipsorum scz macedonū fuit. Jac. 1. Omne gaudiū existimate ꝛc. Ro. 12. In tribulatione gaudentes ꝛc. Vel in multo experimento tribulationis: non quam ipsi passi fuerunt: sed quā viderunt pati in macedonia abundantia gaudij ipsoꝝ fuit. ¶ Ite secundo gratia est q̄tum ad liberalitatē in elemosinis. Et q̄tuz ad hoc dicit. Et altissima ꝛc. Ubi duo facit. Primo ponit eorum liberalitatem. Secundo exponit qđ dixerat ibi. Quia ſm virtutē ꝛc. Dicit ergo primo. Nō solum fuerunt patientes in tribulationibus scz macedones. sed etiam fuerunt liberales. qz altissima id est maxima paupertas eoꝝ vel nobilissima. Secūm glo. facit paupertatem altam eleuatio spūs supra res temporales ꝛ ꝓemptus earum. Et sic istoꝝ pauptas altissima erat qz non habebant diuitias ꝛ cōtemnēbant eas Jac. 7.

Nonne deus elegit pauperes in mũdo ꝛc. Nec in ꝙ pau
pertas abũdauit id est excreuit in diuitijs copiose dando
Sed hec expositio glose nõ videt esse ſm intentionẽ apo
stoli. Et ideo aliter dicendũ est. Altissima paupertas ꝛc.
Ubi sciendũ est ꝙ homo ex duab⁹ causis habet promptũ
animũ ad dandum satis scz ex abundantia diuitiarꝫ sicut
sunt diuites vel ex contemptu diuitiarꝫ. ꝛ sic idem facit in
paupere cõtemptus qõ facit in diuite abũdantia. Et ideo
dicit altissima paupertas sic supra abũdauit id est effectuꝫ
abundantie fecit in diuitias simplicitatis eoꝝ. qz cor eoꝝ
erat solum ad deum. ꝛ ex hoc ꝓuenit contemptus diuitia
rum ꝓuer. 10. Simplicitas iustorũ ꝛc. ¶ Consequenter
Posita cõmendatione sua: consequenter apls excusat se de his que dixit. ostendens se coactuz hoc dixisse ꝙ ad gloriã suam pertinẽt. Et circa hoc duo facit. Primo ponit cozinthijs causã huiusmodi gloziationis. Secundo expõit ꝛ mãifestat hanc causã ibi. Ego enĩ debui. ꝛc. Dicit ergo. Confiteoꝛ ꝙ in his omnibus cõmendationibus meis factus sum insipiens id est videť vobis ꝙ op⁹ insipientis fecerim: sed hoc non ex me nec sponte. ymo coactus feci ꝛ vestra culpa fuit. quia vos me coegistis id est dedistis mihi occasionẽ. Frequenť enĩ subditi coguntur prelatos aliqua facere: que insipienť facta esse iudicari possunt. sed tamen ꝓ loco ꝛ tempoze sapienter facta sunt. Hoc autẽ quod dixerat in cõmuni scilicet ꝙ ipi fuerunt causa sue cõmendationis exponit consequenter cũ dicit. Ego enĩ debui. ꝛc. Ubi dicit ꝙ ipsi fuerunt causa sue cõmendationis. Primo obmittẽdo bona que facere debuissent. In quo exaggerat eoꝝ ingratitudinẽ. Secũdo cõmittẽdo mala in quo detestať eoꝝ malitiã ibi. Timeo enĩ ne forte ꝛc. Circa primũ duo facit. Primo cõmemorat qđ facere debuissent: ostendẽs causam ibi. Nihil enĩ minus ꝛc. Tertio remouet ipsoꝝ excusationẽ ibi. Quid est enĩ quod min⁹ ꝛc. Dicit ergo vere vos me coegistis. quia vos debuistis facere illud quod ego feci Unde dicit Ego debui cõmendari a vobis qđ non fecistis qñ necesse erat scilicet quando pseudo vilipendendo me ꝛ prefe rendo se reddebant vilẽ doctrinã ꝛ euangeliuz xp̃i a me predicatũ. Unde quia vos nõ cõmendastis me ne depe riret fides xp̃i in vobis. prozupi in cõmendationẽ ꝓpriam. Sed cõtra supza tertio dixit Runquid egemus cõmendaticijs epistolis ꝛc. Quare ergo voluit cõmẽdari ab istis? Respõdeo dicendũ est ꝙ apls ꝓpter se nõ egebat cõmendationibus sed ꝓpter alios: vt scilicet dũ cõmendareť doctrina sua esset in maioꝛi auctozitate ꝛ pseudo confutarent. Sed quia possent isti dicere. ideo nõ cõmendauimus te: quia nõ est in te aliq̃d cõmendatiõe dignum. ꝓpter hoc apostolus ꝓbat eis ꝙ bene poterãt eum cõmendare cum dicit. Nihil enĩ ꝛc. Ostendens esse in se multa cõmendatione digna. Et primo quantũ ad ꝓterita bona que fecit. Secũdo quantũ ad futura que facere intendit ibi. Ecce tertio hoc paratus ꝛc. Ostẽdit autez ꝓterita cõmendabilia que fecit ꝑmo in generali quantũ ad omnes ecclesias. Secundo in speciali quãtũ ad ea que egit apud eos ibi. Tametsi nihil ꝛc. Tertio excludit obiectionẽ ibi. Quid ẽ enĩ ꝛc. Dicit ergo. Merito debui cõmendari a vobis. quia multa sunt in me cõmendatione digna Nam nihilominus feci ab his scilicz Petro Jacobo ꝛ Johanne qui sunt supza modũ apli id est qui videnť a quibusdã digniozes apostoli ꝙ ego sum Pseudo enĩ dicebant ꝙ erant docti a petro ꝛ iohanne q̃ fuerunt docti a xp̃o ꝛ ꝙ petrus ꝛ iohannes seruabant le

Nes inuicem sicut ꝛ christus vobis douauit.

Lectio quinta.

Ece tertio hoc paratus sum venire ad vos ꝛ non ero grauis vobis. Nõ enim quero que vestra sunt sed vos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare: sed parentes filijs. Ego autem libentissime impendã ꝛ superimpendar ego ipse pro animab⁹ vestris, licet plus vos diligẽs minus diligar. Sed esto. Ego vos non grauaui. sed cum essem astutus dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos circũueni vos. Rogaui titum ꝛ misi cũ illo fratrem. Nunquid titus vos circumuenit. Nonne eodẽ spiritu ambulauim⁹. Nõne eisdem vestigijs? Olim putatis q excusemus nos apud vos. Coram deo in christo loquimur Omnia aũ charissimi propter edificationem vestram.

Hic ostendit se esse cõmendabilem quantũ ad bona futura: que facere intendit. Et duo facit. Primo ostendit suum propositum de futuro bono quod intendit. Secũdo propositi huius rationẽ assignat ibi. Non eñ quero que vestra sunt ꝛc. Tertio ad rationẽ similitudinem addibet ibi. Nec enim debet ꝛc. Sciendũ est circa primũ q aliquando contingit q ideo aliqui non accipiunt vno tempore: vt reseruẽt se ad aliud tẽpus: in quo possint ꝛ plus recipere ꝛ audacius. Ne ergo isti simile crederẽt de apostolo vt ideo noluisset prima vice recipere ab eis vt postmodum reciperet plus: dicit q non soluz hoc fecit olim sed etiam paratus est facere in futurum. Unde dicit. Ecce iam tertio id est tertia vice paratus suz venire ad vos. ꝛ non ero vobis gratus. Quasi dicat. nec etiã tũc grauabo vos accipiendo vestra. ſ. ii. In omnibus sine onere me seruaui ꝛ seruabo Job. 27. Justificationẽ quam cepi tenere ꝛc. Dicit aũt. Tertio paratus sum venire. Et non dicit tertio venio: quia bene ter paratus fuit venire ad eos sed tamen non iuit nisi bis. Paratus eñ fuit venire prima vice ꝛ tunc iuit ꝛ conuersi sunt. Secũda vice fuit paratus ꝛ fuit impeditus propter peccatuz eorum ꝛ tunc non iuit de quo excusat se in principio huius epistole. Modo est paratus ire tertio ꝛ iuit. vnõ bis iuit ꝛ ter fuit paratus ire. Rationẽ autẽ huius boni propositi subdit dicens: Non eñ quero ꝛc. que talis est. Cõstat q artifex disponit opus suum ſm finem quẽ intendit. predicatores autem in predicando aliqui intendunt questum ꝛ bona tempozalia. ꝛ ideo totam predicationem ad hoc ordinant ꝛ disponunt. Aliqui vero intendũt salutẽ animarum. Et ideo hoc modo disponunt predicationẽ suaz ſm q vident expediri saluti illorum quibus predicant Qui3 ergo apostolus intendebat in predicatione sua salutem corinthiozũ ꝛ videbat q non expediebat q reciperet ab eis sumptus: tum vt confutaret pseudo: tum etiaz quia auari erant: ideo noluit accipere sumptus. Et ideo huius rationem assiguat dicens: Ideo nõ grauabo vos sumptus accipiendo. quia non quero que vestra sunt in predicatione mea. sed vos ꝛ vestrã salutem. procurare intẽdo Phil. 4. Non quero datum sed futurũ. Et ideo dominus dixit apostolis. Faciam vos fieri piscatores hominum non pecunie. Hoc etiã figuratur Hen. 47. Ubi legitur q Josep emit egyptios in seruitutẽ regis. q̃ donus predicator debet ad hoc studere vt infideles conuertat ad seruicũ xpi. Sed huiusmodi rationi adaptat similitudinẽ cu dicit: Nec eñ debent ꝛc. Et primo ponit similitudinẽ. Secundo adaptat eã ibi. Ego autẽ libentissime ꝛc. Tertio arguit eoz ingratitudinẽ ibi. Nicz plus vos ꝛc. Dicit ergo Q autẽ non querã vestra. pater ꝑ similc. Videmus eñ q parentes carnales debent thesaurizare filijs carnalibus. quia filij non debẽt thesaurizare parentibus: sed parẽtes filijs. Cum ergo ego sim pater vester spiritualis ꝛ vos sit⁹ filij mei. nolo q vos thesaurizetis mihi: sed ego vobis Sed hic est questio de patrib⁹ carnalibus. Naz exod. 20. dicitur. Honora patrẽ tuum ꝛc. In quo etiã precipitur nobis q ministremus eis necessaria. Ergo filij tenent thesaurizare parẽtib⁹. Respõdeo dicendũ est q ex precepto tenentur filij ministrare ꝛ subuenire parentibus in necessarijs: non autẽ congregare ꝛ thesaurizare eis. Nam thesaurizatio ꝛ congregatio fit in posterũ. Sed nos videmus q ſm naturã filij succedunt parentibus ꝛ non ecõuerso. nisi in aliquo tristi cuẽtu. Et ideo naturaliter amor parentũ est ad hoc vt cõgregent filijs. Et hoc modo loquitur apostolus. Exod. autẽ. 20. loquitur dominus de subuentione in necessarijs. Item questio ozitur de hoc qõ dicit Parentes filijs ꝛc. Ergo cũ prelati sint parentes nostri spirituales. videtur q male fecerint principes et alij vando diuitias prelat⁹ Respondeo dicendũ est q non dederunt prelatis propẽ se sed ꝓpter pauperes. Et ideo non dederunt eis⁹ pauperibus. Et hoc dominus monet. Mat. 6. Thesaurizate vobis thezauros in celis ꝛc. Prelatis autẽ dantur tã q̃ pauperũ dispensatozibus. Consequenter posita similitudinem adaptat. in similitudine autẽ duo ꝓpposuit. Ens est q filij non debent thesaurizare parentibus. et hoc ꝓpatet. Et aliud est q parentes debent thesaurizare filijs et vare. Et quantũ ad hoc dicit. Quia ergo ego sum pater vester: ideo paratus sum dare vobis Et hoc est qõd dicit. Ego libentissime impendã vobis bona spiritualia ꝓdicando: et exempla monstrando: sed etiã tẽporalia qõ ꝛ faciebat inquantũ predicabat et seruiebat eis cum sumptibus aliarũ ecclesiarũ. Hec tria ministrare debet quilibet prelatus suis subditis. Unde dominus dixit ter petro: Pasce oues meas id est pasce verbo: pasce exemplo pasce temporali subsidio. Et non soluz ista impendã vobis. sed paratus sum mori pro salute animaz vestrarum Unde dicit. Et superimpendar pro animabus vestris. Johan. 15. Maiorẽ charitatẽ nemo habet. ꝛc. 1. Joh. 3. Si christus animã suã p nobis posuit ꝛ vos debetis ꝛc. Johan. 10. Bonus pastor animã suã ꝛc. Ingratitudinem istoz increpat consequenter dicens. Licet plus vos diligens ꝛc. Quasi dicat. Libenter impendar pro vob licet sitis ingrati. quia licet plus vos diligẽs ꝛc. Et hec comparatio potest exponi dupliciter. Uno modo sic. licz plus diligã vos q̃ pseudo. tamen minus diligoz scilicet a vobis q̃ diligantur pseudo quos plus diligitis q̃ me. Et sic patet q ego plus vos diligo q̃ illi. quia ego quero salutẽ vestram tantũ. illi vero bona vestra soluz. Alio modo sic. licet plus diligaz scilcet vos q̃ alias ecclesias tamen minus diligoz a vob q̃ ab alijs ecclesijs. Phil. 1. Testis est mihi deus quomodo cupiaz ꝛc. Et q plus dilexerit corinthienses q̃ alias ecclesias patet. quia plus pro eis laborauit. Illud autez in quo plus laboramus: magis consueuimus diligere. Consequenter cum dicit. Esto ego vos ꝛc. Remouet suspicionẽ. Et primo ponit suspicionẽ ipsam. Secundo excludit eã ibi. Nunquid per aliquẽ ꝛc. Tertio rationem exclusionis assignat ibi. Olim putatis q excusemus ꝛc. Posset autẽ esse istoz suspicio talis q ideo ipse ab eis per seipm non acceperit vt per alios dolose ab eis plus accipiat. Et ideo dicẽ hoc ponẽs. Esto id est dato ꝛ cõcesso q ego in persona mea ꝛ per me accipiendo non grauaui vos: sed sicut vos credidistis cuz essem astutus dolo ꝛc. id est per alios vestra vobis bona vestra plurima. Sed hoc est falsum. quia nihil ex dolo feci. i. thessa. 2. Exhortatio nostra non de errore neq̃ de imundicia neq̃ in dolo. Naz ipe erat vere israelita in quo dolus non fuit. Job. 1. Hanc autem suspicionẽ excludit consequenter cũ dicit. Nunquid per aliquem ꝛc. Et primo in generali. Secundo in speciali. In generali sic. Si per alios voluissem surripere vestra: misissem aliquos qui hoc procurarent apud vos. Sed nunquid per aliquẽ eoz quez misi ad vos circũueni vos: exhortando per eos vestra. Quasi dicat. Non. ſ. 7. Neminem circũuenimus ꝛc. 1. thessal. 4. Ne quis circũueniat in negotio fratrẽ suũ. In speciali vero excludit suspitionẽ ꝓdictã cũ dicit. Rogaui titũ ꝛc. Quasi dicat Rullus eorum in speciali quem misi ad vos circumuenit vos Titũ eñ cum precibus misi ad vos. Et hoc est quod dicit Rogaui titũ ꝛc. De isto habetur. ſ. 8. Misi etiã cum illo fratrẽ scilicet barnabã vel lucã. ſ. 8. Misimus cũ illo scilicet tito fratrẽ scilicet altez victoz cuius laus ẽ in euangelio. Sed nũquid titus circũuenit vos? Quasi dicat Non. ſ. 8. Gratias ago deo meo qui dedit eandẽ solicitudinẽ pro vobis in corde titi ꝛc. Et q titus nõ circũuenerit eos: probat p conformitatẽ titi ad apostolum. Et ponit duplicẽ conformitatẽ scilicet cordis. Et ideo dicit Nonne eodẽ spiritu ambulauim⁹ id est eandẽ voluntatem habemus. Vel eodẽ spiritu instigamur ad bene ꝛ recte agendũ. ſ. 4. Habentes autẽ eundẽ spiritũ ꝛc. Itez cõformitatẽ operis. Et ideo dicit. Nõne eisdẽ vestigijs id est operibus intendimus scilicz vestigijs xpi. Nã ego sequoz vestigia xpi Job. 23. Vestigia eius scilicet xpi secutus est pes ꝛc. 1. Pe. 2. Christus passus est ꝛc. Et sequamini vestigia eius. Et tit⁹ sequitur vestigia mea. 1. coz. 11. Imitatezes mei estote ꝛc. Et sic patet q ſi cõformis est mihi in voluntate ꝛ opere et ego nõ circumueni vos nec intendo circũuenire. q aũt nec ipe circũuenerit vos ptz ꝑ illũ Mat. 7. A fructib⁹ eoz q cognoscez ꝛc. Rationẽ autẽ exclusionis subdit dicẽs. Olim putat⁹ ꝛc. Et primo ponit eoz opinionẽ. Secundo excludit eã. Opinio autẽ istozũ erat q apostolus quasi reus ꝛ culpabilis omnia verba ista epistole viceret ad excusationẽ suã ꝛ q non essent vera sed ad excusandũ tantũ inuenta. ꝛ ideo ponens hanc opinionẽ ipsozũ dicit. Vos putatis olim id ẽ a principio huius epistole q excusemus nos apũ vos id est q hec verba non sint vera sed sint ad excusandũ cõficta. Hanc autem excludit sic. Qui eñ sic excusat se duo habet. Unum est q nõ vtitur verbis veris sed confictis Aliũ est quia non vult pati detrimentũ fame suez glozie Unde specialiter propter dispẽdiũ fame aliqui excusant se. Sed neutrũ istozũ est in nobis. Non ergo vera ẽ opinio vestra. q autẽ neutrũ istozum sit in nobis patet. Nõ enim dicimus verba falsa quod probo. Primo per testimonium dei. quia cozã deo loquimur. Quasi dicat Teste deo hoc in veritate dico Job. 16. Ecce ĩ celo testis me⁹ ꝛc. Secũdo per testimoniũ xpi. quia in xpo loquimur id est per christũ in quo nulla est falsitas. ſ. Secũdo ex sinceritate sicut ex deo in christo loquimur. Item non q̃rimus gloriã nostraz nec timemus infamiã. quia omnia q̃ dixi ꝛ de reuelationibus ꝛ de tribulationib⁹ facio seu dico ꝓpter vestram edificationem. vt scilicet permaneatis in virtute ꝛ expellatis pseudo. Romano. 14. Que edificationis sunt inuicẽ ꝛc. 1. coz. 14. Omnia ad edificationem fiant Johan. 12. Non propter me hec vox venit sed propter vos ꝛc.

Lectio sexta.

Jmeo enim ne forte cuz venero: nõ quales volo inueniã vos. ꝛ ego inueniar a vobis qualem non vultis. ne forte contentiones. emulationes. animositates. dissensiones. detractiones. susurrationes. inflatiões. seditiones sint inter vos Ne iterũ cũ venero humiliet me deus apũ vos et lugeam multos ex his qui ante peccauerunt ꝛ non egerunt penitentiam sup imundicia ꝛ fornicatiõe ꝛ impudicitia quã gesserunt.

Posita vna causa cõmendationis que ꝓuenit ex omissione corinthioz quantum ad ea q̃ facere debuissent: in qua detestatur eorum ingratitudinẽ: hic consequenter ponit aliam causam que ꝓuenit ex eoz cõmissione quantum ad mala que debuissent vitare. In qua exaggerat eorum maliciam: Et circa hoc duo facit. Primo ponit eorũ culpam in generali. Secundo explanat eam in speciali ibi. Ne forte ꝛc. Dicit ergo. Nõ tolũ laudaui me propẽ hoc q vos omisistis me laudare: sed etiam propter periculũ vestrum: quod est in hoc q vos adheretis pseudo. qz ꝓfouent vos in peccatis exponunt vos in magno periclo ꝛ ideo dicit. Timeo scilicet ne forte cũ venero ad vos ꝓsonaliter non inueniã vos quales vos volo scilicz iustos sed peccatores ꝛ correctos ꝛ displiceatis mihi ꝛ ego vobis. quia iusto non placent peccatores in q̃tum peccatores. Et inueniar talis a vobis contristatus ꝛ puniens q̃lem me non vultis habere. Mali eñ odiunt correctiões ꝛ veritatẽ. ergo inimicus factus sum vobis vez dicens vobis ꝛc. Sic patet eorum malicia in generali scilicz q timebat ne nondũ plene penituerint. In speciali etiã manifestat eoz maliciam cũ dicit. Ne forte contẽtiones ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo eñ enumerat eorum mala ꝓsentia. Secundo cõmemorat preterita mala de quibus nondũ penituerũt ibi. Ne itez cũ venero ꝛc. Sciendum est aũt circa primũ q corinthienses post conuersionem inciderunt in peccatũ carnale ꝓpter illũ qui vxorẽ patris habuit. ꝛ de hoc in hac parte correcti sunt per primã epistolam non tamẽ plene. Sed adhuc aliquid in eis remanet ſ ꝛ supza hoc remanserunt in eis multa peccata spualia que proprie opponuntur charitati. Charitas vero duo facit. Primo eñ facit corda hominũ ad inuicẽ consentientia. Secundo inducit homines ad mutuũ profectum. Et ideo peccata spiritualia econtrario primo faciũt homines ad inuicẽ dissentientes. Secundo faciũt eos inuicem offendentes. Et ideo primo enumerat peccata spiritualia que pertinẽt ad dissensionẽ. Secundo ea que faciunt ad offensionẽ ibi. Detractiones ꝛc. In dissensionibus aũt procedit ordine retrogrado. Nam ſm rectũ ordinẽ homines primo dissentiunt in q̃tũ vnus vult vnũ: alius vult contrariũ. Secundo ex hoc procedunt ad inferendum nocumenta. In q̃ tũ quilibet vellet obtinere in ꝓposito suo. Tertio quando nõ potest obtinere in ꝓposito suo sed succũbit accenditur zelo inuidie. Quarto ex hoc ꝓrũpit ad contẽtiones verboz ꝛ ab isto vltimo incipit apostolus dicẽs: Ne forte contentiões ꝛc. Quasi dicat. Non solũ timeo mala vestra in generali sed etiã in speciali. ne forte sint in vobis contentiões de meritis prelatozũ ꝛ de baptist⁹ ꝛc. ꝓuerb. 20. Honoz est homini qui separat se a contentionibus ꝛc. Am bzosi. Contentio est ꝑpugnatio veritatis cuz confidentia clamoris.

Et hec contentio venit ab emulatione. Et ideo dicit: Et emulationes id est inuidie in his qui minores sunt ꝛ minus habent. Jacob. 3. Ubi zelus ꝛ contentio ibi inconstantia ꝛc. Job. 5. Parvulū occidit inuidia ꝛc. Sap. 2. Inuidia dyaboli ꝛc. Et emulatio venit ab animositate. Unde dixit. Animositates in vltione ꝛ illatiõe nocumẽti. Ecc. 8. Cum audace ne eas ꝛc. Et animositas vẽit ex dissensionibus. Et ideo dicit. Dissensiones: odia ꝛ contrarietas animoꝝ. Romãoꝝ vlti. Observetis eos q̃ dissensiones ꝛ offendicula ꝛc. 1. coꝝ. 1. Idipsum dicatis omnes. ꝛ non sint in vobis scisinata. ¶ Consequenter enumerat eoꝝ mala presentia quantũ ad offensionẽ. Et quia ista specialiter sunt mala in nocumentis verboꝝ ꝛ nõ factorum. Ideo dimissis nocumẽtis factoꝝ. enumerat nocumenta verborum: in quibus etiã procedit ordine retrogrado. incipiens a posteriore ꝛ hoc est cuꝫ quis expresse malum dicit de aliquo. Et si quidem in manifesto: sic est detractor. Et ideo dicit detractiones. Romãoꝝ. 1. Detractores deo odibiles ꝛc. Si vero in occulto tũc ẽ susurratio. Et ideo dicit susurrones: qui latenter seminant discordias. Ecc. 28. Susurro ꝛ bilinguis maledictus erit Et hec duo precedunt ex superbia: que animũ inflatum contra aliquos prorũpere facit in mala verba Et ideo dicit: Inflationes. 1. coꝝ. 4. Tam q̃ non sim venturus ad vos sic inflati ꝛc. Et hec inflationes veniunt ex seditionibus que sunt preparationes partiũ ad pugnã. quia inter superbos semp iurgia sunt. prouerb. 13. Et ideo dic. Seditiones id est tumultus ad pugnã. prouerb. 17. Semper iurgia querit malus. Sic ergo patet eoꝝ malicia q̃ tum ad mala presentia que multa sunt: ꝛ in dissensionib9 ꝛ in nocumentis. Manifestat autẽ eoꝝ maliciã q̃tuꝫ ad mala preterita de quibus non penituerũt cũ dic. Timeo ne iterũ cũ venero humiliet me deus id est affligat apud vos. ita q̃ ꝛ lugeam multos vestrũ ex his qui ante peccauerunt: ante primã epistolã ꝛ non egerunt penitentiaꝫ plene post primã epistolam. Et merito lugeã. quia sicut gloria patrie est glozia filioꝝ. ita confusio patris est cõfusio filioꝝ. Sic samuel lugebat saul. 1. reg. 15. Usq; quo lugens saul ꝛc. Et hoc quia non penituerũt nec egerunt penitentiã de peccatis carnalibus predictis quoꝝdã quedam sunt contra naturã. Et ideo dicit: De imunditia id est luxuria contra naturã. Quedam sunt que cõmittuntur cũ mulieribus corruptis scilicet viduis seu coniugatis. Et ideo dicit. Et in fornicatione. Quedam sunt que fiunt in corruptione virginum. Et ideo dicit. Et impudicitia quaꝫ gesserunt assidue Hal. 5. Manifesta sunt opera carnis: que sunt fornicatio: imunditia: impudicitia ꝛc.

Capitulum tredecimũ.

Ece tertio hoc venio ad vos. vt i ore duoꝝ vel trium testiuꝫ stabit omne verbũ. Predixi eĩ ꝛ predico: vt presens vobis: ꝛ nũc absens his qui ante peccauerunt ꝛ ceteris omnibus. quoniam si venero iterum non parcã An experimentũ queritis eius qui in me loquitur christus. Qui in vobis non infirmatur sed potens est in vobis. Naz ꝛ si crucifixus est ex infirmitate. sed viuit ex virtute dei. Nam et nos infirmi sumus in illo: sz viuemus in eo ex virtute dei in vobis.

In precedentibus apostolus multa locutus est ad detestationẽ pseudo: hic consequenter loquitur contra illos qui a pseudo sunt seducti. Et circa hoc duo facit. Primo increpat seductos. Secundo consolatur persistentes. ibi Decetro fratres gaudete ꝛc. Circa primũ primo comminatur sententie seueritatẽ. Secundo ostendit suã iudiciariam potestatẽ ibi. An experimentuꝫ queritis ꝛc. Tertio monet ad correctionẽ ibi. Vosmetipsos tẽptate ꝛc. Circa primũ primo promittit suã presentiã. Secundo põderat suã iudiciã formã ibi. In ore duoꝝ ꝛc. Tertio cõminatur seueram sententiã ibi. Predixi eĩ ꝛ predico ꝛc. Promittit ergo primo suum aduentũ dicens: Ecce ego venio. quasi dicat. Certum sit vobis q̃ venio ad vos. et ideo cauete vobis ne inueniã vos iparatos ꝛ dicit Tertio non q̃ tertio fuerit: sed quia tertio iam parauerat ire sic ꝛ non fuerit nisi semel: in secundo apparatu impeditus. 1. coꝝ. 4. Veniam ad vos cito ꝛc. Veniaz inq̃t ꝛ iudicabo malos fm ordinẽ. tamẽ ita scilicet q̃ in ore duorum vel triũ testium accusantiũ seu testantiũ contra aliquem sit omne verbũ accusatoriũ. qõ quidẽ dicit Deut. 17. Nemo occidetur vno teste dicente testimoniũ ꝛ ciuisdem. 19. Non stabit testis vnus contra aliquẽ. Vel aliter In ore duoꝝ ꝛc. Quasi dicat. Hoc quod dico de aduentu meo ad vos ita est certũ sicut testimoniũ duoꝝ vl trium Sic ergo ordo iudicij erit. Sed seueritatẽ sententie cõminatur dicens: Predixi eĩ ꝛc. Ubi primo insinuat ordinem iudiciariũ quo est procedendũ. in quo exigit vt procedat trina ammonitio: ꝛ quãtũ ad hoc dicit. predixi vobis vt presens: bis quando scilicet eram vobiscũ ꝛ nunc absens predico. vt sic ter ammoneat. predico inq̃t his q̃ ante peccauerunt ꝛ omnibus alijs. Quasi dicat. omnes moneo. Secundo premissa monitione cõminat sententiam Unde dicit. Quoniam si venero non parcã iterum Quasi dicat. Illis qui peccauerunt peperci prima vice. sed si iterum peccauerint. vel si non egerint penitentiam non parcam eis iterum. Et hoc iuste fit. quia ille cui semel remittitur ꝛ iterũ peccat. si remitteretur sibi crescet in malicia ꝛ efficeretur insolens. Et ideo dicit sapiens proverbioꝝ. 13. Qui pcit virge odit filiũ suuꝫ ꝛc. Ex hoc ergo ordinatũ est in ecclesia vt precedat trina monitio anteq̃ quis sententiã excõmunicationis fulminet. quia cõtingit q̃ aliqui licet sint in peccatis ꝛ offendunt: tamen ex solo verbo ammonitionis corriguntur ꝛ satisfaciunt. Et etiam a leuioribus semp incipiendũ est. q̃ si ammonitione non ducitur ne magis insolescat adhibenda est seueritas sententie Ecc. 8. Ex eo q̃ nõ pferẽ cito sẽtẽtia ꝛc. ¶ Consequenter ne possint calumniari de potestate apostoli ostendit apostolus suã iudiciariã potestatẽ dicens. An experimentũ ꝛc. Ubi tria facit. Primo ostẽdit se habere legationẽ ꝛ potestatẽ iudicandi a xpo. Secũdo ostendit virtutẽ xpi ibi. Qui in vobis non infirmat ꝛc. Tertio ostendit q̃ virtus christi etiã ad alios deriuatur ibi. Nam ꝛ nos infirmi sum9 in illo. Dicit ergo si venero nõ parcã imo seueriſſime iudicabo. ꝛ hoc bene possuꝫ. quia habeo auctoritatẽ christi in puniendo ꝛ remittendo. 2. Nam si quid donaui, vobis ꝛc. 2. 5. prouerb. 10. Legatione fungimur ꝛc. Et ideo dicit An experimentum ꝛc. Quasi dicat Non est dubitandũ de potestate mea. quia quicquid ego loquoꝝ vel proferẽdo sententias vel remittendo vel predicando: loquoꝝ a xpo. Exod. 4. Perge ergo ego ero in ore tuo. Lucc. 21. Ego dabo vobis os ꝛ sapientiã ꝛc. Que ergo homo facit ex instinctu spiritussancti dicitur q̃ spiritussanctus facit. ideo apostolus quia a christo mot9 hoc loquebatur: attribuit christo tãq̃ principali dicens. Qui in me loquitur xps ꝛc. Sed ne vbi tetur de potestate ꝛ virtute christi. ideo consequenter apostolus ostendit virtutem christi cuꝫ dicit. Qui in vobis ꝛc. Ubi primo ostendit virtutem christi quantuꝫ ad ea q̃

in eis apparuerunt. Secundo quantũ ad ea que in christo sunt ibi. Nam ꝛ si ꝛc. Dicit ergo habeo potestatẽ iudiciariam a christo qui in me loquitur qui magne virtutis est in vobis vando dona gratiarum: distributionẽ spiritus ꝛ alia multa que experti estis ꝛ non solum non infirmatur sed potens est in vobis. quia potenter vos liberauit a peccato: potenter vos conuertit ad bonũ. ps. Dominus fortis ꝛc. Sapient. 12. Subest tibi cum volueris posse. Et paulo ante Uirtutẽ eĩ ostẽdis tu ꝛc. Et nõ solum potentia christi apparuit in vobis sed etiaz in seipso sz inquantuz a morte crucis quã sustinuit ex infirmitate humana quam assumpsit infirmatã in paupertate surrexit ꝛ viuit ex virtute dei que est est ipse deus. Talis eĩ erat illa susceptio que deum hominẽ faceret ꝛ hominem deum. 1. cozinth. 1. Quod infirmuz est dei fortius ẽ hominibus ꝛc. Vel ex virtute dei scilicet patris qui est etiã virtus christi. quia eadem est virtus patris ꝛ filij. Apocalips. 1. Fui mortuus ꝛc. Hec etiã virtus christi deriuatur ad nos. Naz ꝛ nos infirmi ꝛc. quasi dicat Ad nos etiam pertinet illa virtus. quia ꝛ nos infirmi sumus in illo id est ad intentionem illius inquantũ propter ipsuꝫ multa patimur ꝛ mortificamus nosmetipsos ꝛ humiliamur nos. 1. cozinth. 4. Nos infirmi propter christum ꝛc. suppa. 10. Presentia corporis infirma. 5. 4. Semper mortificationem ꝛc. ꝛ ideo viuemus id est viuificabimur ex virtute dei in vobis iudicandis. Hal. 1. Qui suscitauit iesum christum ꝛc. ꝛ est sensus. Nos ex virtute qua christus viuit resuscitamur ꝛ illa virtute habemus etiã potestatem iudicandi in vobis. Vel viuemus simili beatitudine cum eo ꝛ hoc ex virtute dei: que quidem virtus dei est in vobis id est in conscientijs vestris.

Lectio secunda.

V Osmetipsos temptate si estis in fide ipsi vos probate. An nõ cognoscitis vosmetipsos. quia christus iesus in vob est. Nisi forte reprobi estis. Spero autẽ q̃ cognoscitis. quia nos non sumus reprobi. Oramus autẽ deum vt nihil mali faciatis. non vt nos probati parcamus: sed vt vos quod bonum est faciatis. Nos autez vt reprobi simus. non possumus eĩ aliq̃d aduersus veritatẽ: sed pro veritate Gaudemus eĩ quoniam nos infirmi sumus. Vos autẽ potentes estis hoc ꝛ oram9 vestrã cõsummationẽ. Ideo eniz hec absens scribo. vt non presens durius agam scõm potestatem quã dominus dedit mihi in edificationẽ et non in destructionẽ.

Post comminationez seueri vel iudicij: subdit apostol9 ammonitionẽ ad preparationẽ vt iudiciũ seuerum nõ patiantur. Et primo ponit ipsam ammonitionẽ. Secundo rationẽ ammonitiõis assignat ibi. Ideo hec absens scribo ꝛc. Circa primum duo facit. Primo ponit ammonitionem. Secundo excludit falsam suspitionem ibi. Oramus autem ad deum ꝛc. Circa primum duo facit. Primo monet vt se examinent. Secundo innuit quid p huiusmodi examinationem inuenire possint ibi. Aut nõ cognoscitis ꝛc. Circa primum sciendũ est q̃ ille qui secure vult comparere in iudicio: debet se primo examinare de factis suis ꝛ sic poterit scire vtrũ tute compareat Et ideo apostolus monet: vt antequã veniant ad iudicium quod erit in aduentu suo ad eos: examinẽt se dicens: Vosmetipsos examinate ꝛ cõsiderate actus vestros. 1. thessal. 5. Omnia probate: quod bonũ est tenete ꝛc. Monet autez vt de duobus se examinent scilicz de fide. Und dixit. Si estis in fide quã predicaui vobis ꝛ a me accepistis de domino iesu christo an exciderit is ab ea ꝛ sit prolapsi in aliam. Et hoc necessarium est. quia. 1. cozinth. 11. dicit. Si nosmetipsos iudicarem9, ꝛc. Jere. 2. Ulde vias tuas ꝛc. Jtẽ de operib9. Unde dicit. Ipsi vos probate scilicet an sitis in operibus bonis. ꝛ vtrum conscientia remordeat vos: aliq̃d mali fecisse. Et hoc vtile est. quia. 1 coꝝ. 11. dicitur Probet autẽ seipsuꝫ homo ꝛc. Gal. 6. Opus suuꝫ probet vnusquisq; ꝛ. ¶ Consequenter cum dicit An non cognoscitis ꝛc. Ostendit quid per huiusmodi examinationem inuenire poterunt Et primo quid inueniãt in seipsis. Secũdo quid inueniant in apostolo ibi. Spero autem ꝛc. In seipsis autẽ duo inuenire poterunt per examinationẽ. quia aut scient se tenere fidem ꝛ sic inuenire poterunt ꝛ cognoscere q̃ christus sit in eis. ꝛ hoc est qõ dicit An nõ cognoscitis vosmetipsos: quia christ9 in vobis est. i. nunquid si examinaretis vos sciretis vos habere fidem ꝛ cognosceretis q̃ christus est in vobis. Quasi dicat. Sic. quia vbi est fides christi ibi est christus. Eph. 3 Habitare christum per fidem. 1. cozinth. 6. Nescitis ꝙa corpora vestra templũ ꝛc. Aut scient se non tenere fidez ꝛ sic inuenient q̃ sint reprobi. Et ideo dicit. Nisi forte reprobi estis id est vere inuenietis vos habere christũ nisi forte dimiseritis fidem ꝛ reprobi sitis ab eo qõ prius habuistis per fidem Jere. 15. Reliquisti me: retrorsum abiisti. Jere. 6. Malicie eorũ non sunt consumpte argentuz reprobum ꝛc. Sed hic questio est litteralis de hoc quod dicit An non cognoscitis ꝛc. Nam christus in eis solum manet qui habent charitatẽ. vt dicit. 1. Johan. 4. Deus charitas est ꝛc. Si ergo cognoscimus q̃ christus per fidem sit in nobis. oportet q̃ hoc sit per fidem formatam Cognoscẽtes ergo hoc modo christum esse in nobis scimus nos habere charitatez qua informatur fides. quod qõ est contra id Ecclesiast. 9. Nemo scit vtrum odio ꝛc. Respondeo dicendum est q̃ habitare christum in nobis potest accipi dupliciter. Vel quantuz ad intellectũ. Vel quantũ ad affectuz. Si quantũ ad intellectũ sic ipse habitat in nobis per fidem informẽ. Et hoc modo nihil prohibet nos per certitudinem scire q̃ christ9 habitet in nobis cum scimus nos tenere fidem: quam ecclesia catholica docet ꝛ tenet. Si vero quantum ad affectum sic habitat christus in nobis per fidem formatã ꝛ hoc modo nullus potest scire q̃ christ9 habitet in nobis vel q̃ habeamus charitatem nisi per revelationem ꝛ specialem gratiam alicui concedatur per certitudinem: per quandaz tamen coniecturã nihil prohibet nos scire posse q̃ in charitate simus: quando scilicet quis inuenit se taliter paratum ꝛ dispositum vt nullo modo propter aliquod tẽporale vellet aliquid facere contra christum. 1. Johã. 3. Si cor nostrũ nõ reprehenderit nos ꝛc. Patet ergo q̃ apostolus loquitur quantũ ad primũ modum. Vel etiam loquitur de cognitione que est per coniecturam quandam vt dictum est. Argumentũ autem procedit quantũ ad secundum modum ꝛ de cognitione que est per certitudinem. Quid autez in apostolo possint inuenire subdit dicens. Spero autem ꝛc. Nam quia isti cozinthij possent dicere Nos non sumus reprobi: sed ideo non tenemus documenta tua quia nõ sunt recta sed reprobãda. ꝛ ideo dicit. Quicquid sit de vobis tamen spero q̃ ex vita ꝛ doctrina nostra quam ostendi vobis cognoscetis q̃ non sumus reprobi ꝛ non docuimus mala nec exclusi sumus a potestate quam dicim9 nos habere. Ecclesiast. 19. Ex vi

ñ cognoscitur vir Matth. 7. A fructibus eor ꝛc. ¶ Cõsequenter cum dicit Oramus autem ꝛc. Excludit suspitionem. Cõinatus enim fuerat eis iudicium seuerum cum ostenderat potestatem suam in iudicando ꝛ indixerat examinationem: credens christum in eis esse nisi ipsi essent reprobi. Sed tamen hoc dimittit sub dubio vtrum sit christus in eis. Et quia isti possent credere ꝛ suspicari q̃ apostolus gauderet de hoc q̃ essent reprobi: vt ipe in comparatione ad eos maior appareat: ꝛ vt in eis posset exercere seuerius iudicium. ideo apostolus hanc suspitionem remouet hic. Primo per orationem quaꝫ p. eis ad deum dirigit. Secundo per gaudium quod de eis cõcepit ibi. Gaudemus enim ꝛc. Orat autem vt ipsi inueniantur innocentes. quia examinantur ex seueritate iudicij. Et ideo dicit. Oramus autem scilicet deũ vt vos nihil mali faciatis. Quasi dicat. non credatis q̃ velimus q̃ sitis reprobi. ſꝫ oramus vt nihil ꝛc. Iteꝝ orat q̃ ipse appareat infirmus per quod excluditur appetitus excellentie apostoli in comparatione ad eos. Et ideo dicit. Non scilicet oramus vt probati parcamus id est nõ vt nos cõmẽdemur, pbati in cõparatiõe ad vos ſꝫ magꝫ vt vos qõ bonũ est faciatſ. Galathas. 6. Bonũ aũt facietes ꝛc. pẽ. Viriliter agite ꝛ confortetur coꝛ vestrũ. Nos autẽ vt reprobi simus amittendo potestatẽ puniendi ꝛ iudicandi. quia vbi non est culpa omnes sumus pares ꝛ vnus non habet potestatẽ iudicandi super alios. Magis ergo vult apostol⁹ vt sint boni q̃ vt subiaceant potestati iudicij sui Et q̃ careat potestate iudicandi si boni sint: ostendit cuꝫ dicit Non enim possumus ꝛc. Quasi dicat. Nos non laboramus nisi pro veritate ꝛ pro ipsa stamus. Constat autem q̃ si puniremus innocentes faceremus contra veritatem ꝛ contra iusticiam. Unde cum apostolus non possit facere contra veritatem sed pro veritate id est pro iusticia. manifestum est q̃ non puniet innocentes. Notandum est scm̃ augustinum in glosa q̃ ad vitandum peccata: necessaria sunt duo scilicet liberũ arbitrium ꝛ gratia dei. Si enim liberum arbitrium non esset necessariũ: nunquã darentur homini p̃cepta nec prohibitiones nec exhortationes. Frustra etiam darentur pene. Gratia etiam est necessaria. quia nisi deus omnes regeret per gratiam suam non posset homo stare. Frustra etiã oramꝰ q̃ non inducat nos in temptationem. Et ideo apostolus ostendens vtrũq; esse necessariũ: ꝛ orat deum pro gratia obtinenda: ꝛ monet vt per liberum arbitrium recedant a malo ꝛ faciant bonum. Unde dicit. Oramus quantuꝫ ad primũ: Ut nihil mali faciatis quantum ad secundũ. ¶ Consequenter cum dicit Gaudem⁹ ꝛc. Remouet falsam suspicionem propter gaudium de bono ipsorum cõceptum. Et primo ponit gaudium quod de ipsorum innocentia concipit. Secũdo orationem quam pro ip̃oꝝ perfectione emittit ibi. Hoc autem oramus vestram ꝛc. Dicit ergo Gramus q̃ vos pbati pareatis sed nos infirmi ꝛ hoc apparet ex affectu nostro. quia gaudemus q̃ scilicet aliqui sint inter vos boni ꝛ innocẽtes ex quo subtrahitur nobis potestas iudicãdi ꝛ videmur infirmi. Et hoc est quod dicit Gaudemus quoniam nos infirmi sumus id est non exercentes potestatem nostram. Vos autem potentes id est sic bene agentes ꝛ vitia vincentes q̃ subtrahitis vos a potestate nostra iudicandi. Cum enim aliquis male agit subdit se potestati iudicis. sed bene faciendo repellit illam a se. Romanoꝝ. 13. Vis non timere potestatem. Benefac. ꝛc. 1. cozinthio 7. 4. Nos infirmi vos fortes. De isto gaudio dicitur Philip. 2. Gaudeo ꝛ congratulor vobis ꝛc. Et nõ solum de his gaudemus: sed etiam super hoc oramus vestram consumationem id est perfectionem. In rebus enim naturalibus videmus q̃ quelibꝫ res naturalis naturaliter tendit ad suam perfectionem: ad quam habet naturale desiderium. Et ideo cuilibet rei naturi virtus naturalis vt ad suaꝫ perfectionem naturalem possit peruenire. gratia autem datur homini a deo per quam homo perueniat ad suam vltimam ꝛ perfectam consummationem id est beatitudinẽ ad quam habet naturale desiderium. Unde quando aliquis non tendit ad suam perfectionẽ: signũ est q̃ nõ habeat satis de gratia dei Et ideo apostolus vt isti possint in gratia crescere orat vt perficiantur. ꝛ Philip. 1. Oro vt charitas vestra ꝛc. Eph. 6. Vt possitis resistere in die malo ꝛc. ¶ Cõsequenter posita ãmonitiõe cãs ãmonitiõis assignat dicẽs: Jõo hoc absẽs scribo ꝛc. i. ideo absẽs scribo vobis hoc monẽdo vos ne ſꝫ cogar aliquid facere cõtra voluntatẽ meam que est vt nihil dure agã cõtra vos nisi quatenus per vos cõpellar. Et ideo dicit. Ut nõ presens vobis durius agam contra vos q̃ velim vel q̃ velitis. Sap. 11. Hos quidem tanq̃ pater monens probasti ꝛc. ſ. 10 Absens confido in vobis. Rogo autem vos ne presens audeam ꝛc. Sed quia cozinthij possent dicere nunquid etiam si bene fecerimus: non poteris contra nos o apostole dure agere. ideo respondet dicens Non. quia non propono nec possum agere: nisi ſcm̃ q̃ recepi a deo potestatem. deus autem dedit mihi hanc potestatem scilicet ligandi atq; soluendi in edificationem nõ in destructionem id est vt vos edificemini ꝛ nõ vt destruamini. Et si dure vos cozrigerem non edificarem sed destruerem. ſ. 10. De potestate nostra quã dedit nobis dominus ad edificationem ꝛc. Hanc autem potestatem dedit domin⁹ paulo Actuũ. 9. ꝛ. 13. Segregate mihi barnabam ꝛ paulum ad opus ꝛc.

Lectio tertia.

Ceterꝫ ffres gaudete pfti estote: exhortami: idipꝫ sapite: Pacẽ habete: ꝛ deꝰ pacꝫ ꝛ dilectõis erit vobiſcũ Salutate inuicem in osculo sancto Salutãt vos omnes sancti. Gratia domini nostri iesu christi ꝛ charitas dei ꝛ cõmunicatio sanctiſpiritus sit cũ omnib⁹ vobis Amen.

In precedentibus apostolus increpauit seductos a pseudo: hic vero consolatur persistẽtes in fide ꝛ doctrina sua Et primo ponit monitionẽ. Secundo subdit salutationem ibi. Salutate in osculo. ꝛc. Circa p̃mum primo ponit monitionem. Secundo premium implete monitionis ibi. Et deus pacis ꝛc. Monet autẽ ad tria. Primo qualiter se habeant in seipsis. Secundo qualiter se habeant ad proximos. Tertio qualiter debent esse omnes ad inuicem. In seipsis autem debent bona duo habere. Primo gaudium de bono habito ꝛ quantum ad hoc dicit. Decetero fratres qui constantes fuistis gaudete in his que ad seruicium dei facitis. Et hoc est necessarium ad hoc q̃ sitis iusti ꝛ virtuosi. quia nullus est virtuosus seu iustus qui nõ gaudet iusta ꝛ virtuosa operatione. Et ideo dicitur in psalmis. Jubilate deo omnis terra: seruite domino in leticia. Philipenses. 4. Gaudete in domino semper. iterũ dico gaudete ꝛc. Et vere semper eũ gaudendum. quia gaudium conseruat hominem in bono habitu. quia nullus potest esse diu in eo quod tristat. Secundo debent habere boni in seipsis emulationem perfectionis. ꝛ quantum ad hoc dicit. Perfecti estote. id est semper tendatis ad profectum. Hebreozum sexto. Quapropter intermittentes inchoationis christi sermonem. ad perfectionem ꝛc. Non est autem hoc quod hic dicitur preceptum ſꝫ q̃ homo sit perfectus: sed hoc q̃ semper tendat ad perfectionem: ꝛ hoc ẽ necessarium: qz qui non studet ad proficiendum ẽ in periculo deficiendi. Videmus enim q̃ nisi remiges conentur ascendere: nauis semper descendit. Et ideo dicebat dominus. Marci. 6. Estote perfecti. ꝛc. Proximis autem ẽ impendenda exhortatio ad bona. Et quantum ad hoc dicit. Exhortamini. ꝛc. Eccl. 17. Unicuiq; mandauit de ꝓximo. ꝛc. Ro. 12. Qui exhortatur in exhortando. Apoc. vlt. Qui audit dicat veni. Communia autem omnibus debent esse duo scilicet vt idem sapiant. Et ideo dicit. Idem sapite: ꝛ vt pacem habeant. Et ideo dicit. Pacem habete. Et hec duo ita se habent q̃ vnum est exterius: aliud interꝰ Constat enim q̃ corpora non possunt seruari ꝛ ordinari nisi membra ordinentur ad inuicem. Similiter nec ecclesia nec ecclesie membra nisi ordinentur ꝛ vniantur ad inuicem. Est autem duplex vnio necessaria ad membra ecclesie vnienda. Una ẽ interioꝛ vt scilicet idem sapiant q̃ fidem quantum ad intellectum idem credendo: ꝛ q̃ amorem quantum ad affectum idem diligendo. Et ideo dicit. Idẽ sapite. i. idem sentiatis de fide ꝛ idem diligatis affectu charitatis: quia tunc ẽ vera sapientia quãdo operatio intellectus perficitur ꝛ consumatur per quietatõez ꝛ delectationem affectus. Unde sapientia dicitur quasi sapida scientia. Roma. 15. Et sic vnanimes vno oze honorificetis deum. ꝛc. pr̃o Coꝛ. p̃mo. Idipsum dicatis ꝛc. Philip. 2. Idem sapiatis ꝛc. Alia ẽ exterioꝛ scilꝫ pax. Et ideo dicit. Pacem habete inter vos. Heb. 12. Pacem sequimini ꝛc. ps. Inquire pacem. 2. Thes. 3. Ipse deus pacis det vobis pacem sempiternam in oñi loco. ¶ Consequenter cum dicit. Et deus pacis ꝛ dilectionis erit vobiſcũ ponit premium quod redditur implentibus monitionem predictam. Quasi dicat. Si seruabitis pacem inter vos: deus pacis ꝛ dilectionis erit vobiscum. ¶ Circa quod notandum ẽ q̃ apud gentiles consuetum erat q̃ aliqui ex donis denominabant deos quia licet esset vnus deus tantũ tamẽ singula dona sua denominabãt deos ex illis donis sicut ex dono pacis denoiabant deum pacis. ꝛ ex dono salutis deũ salutis. Huic vocabulo alludens apostolus dicit Deus pacis. ꝛc. nõ q̃ pax sit vnus deus. sicut illi dicebant. sed ideo xp̃us dicitur deus pacis quia ẽ dator pacis ꝛ amator. Joh. 14. Pacem meã do vobis ꝛc. p̃mo Coꝛ. 14. Non ẽ deus dissensionis ſꝫ pacis. Roma. 5. Charitas dei diffusa est in cozdibus nostris ꝛc. Ipse etiam ẽ auctoꝛ pacis. Joh. 16. In me pacem habebitis ꝛc. Ipse in pace habitat. ps. In pace factus ẽ locus eius. ꝛc. Item non solum ẽ deus pacis sed etiam dilectionis. Et ideo dicit. Deus pacis ꝛ dilectionis erit vobiſcum. ꝛ hoc ideo est quia qui ẽ in vera pace cordis ꝛ corporis ẽ in charitate ꝛ qui manet in charitate in deo manet ꝛ deus in eo. vt dicitur p̃me Jo. 4. ꝛ quia homo nõ mereꝫ nisi per pacem ꝛ dilectionem. Joh. 14. Si quis diligit me. ꝛc. ¶ Consequenter cum dicit. Salutate inuicem in osculo ꝛc. Ponit salutationem ꝛ circa hoc primo indicit eis mutuã salutationem. Secundo salutat eos ex parte aliorum. ibi. Salutat vos ꝛc. Tertio salutat eos ex parte sua ibi. Gratia dei ꝛc. Mutuam salutationem indicit faciendã per osculum. Unde dicit. Salutate inuicem vosipos in osculo sancto. Ubi notanduꝫ est q̃ osculum ẽ signum pacis Nam per os in quo datur osculum homo respirat. Et ideo quãdo homines dant sibi mutua oscula signum ẽ q̃ vniunt spiritus suum ad pacem. Est autem pax simulata ꝛ hec ẽ eorum qui loquuntur pacem cũ proximo suo mala autem. ꝛc. vt dicitur in ps. Que quidem fit per osculi fraudulentiã. Prouerb. 27. Meliora sunt verba diligentis ꝛc. Est ꝛ pax mala ꝛ turpis quando ſꝫ conueniunt ad malum faciendum. Sap. 14. In magno viuentes in sciẽtie bello ꝛc. Et hec fit per osculum libidinosum. Prouer. 7. dicitur de mala muliere q̃ apprehensum deosculatur iuuenẽ. ꝛc. Est et pax sancta quã facit deus. Philꝫ. vltimo. Et pax dei q̃ exuperat ꝛc. ꝛ hec fit per osculum sanctum quia vnit spiritum ad sanctitatem. Et de hoc osculo dicitur hic. In osculo sancto. Et ex hoc inoleuit consuetudo q̃ fideles ꝛ sancti viri in signum charitatis ꝛ vnionis se osculãtur Et datur pax in ecclesia in osculo sancto. Ex parte autẽ aliorum salutat eos dicens: Salutant vos sancti omnes quia omnes sancti ꝛ fideles sperant ꝛ desiderant ac orationibus procurant salutem nostram. Unde omnes fideles christi ad inuicem sperant ꝛ desiderant sibi salutem ps. Participem me fac deus. ꝛc. Ex parte autem sua salutat eos apostolus dicens. Gratia domini ꝓstri. ꝛc. Ubi sciendum est q̃ duplex est modus appropriandi aliquid diuinis personis. Unus est essentialiter: alius causaliter. Essentialiter autem appropriatur diuinis personis sicut patri potentia. quia ipe est potentia essencialiꝫ inquantum est principium. Filio sapientia inquantuꝫ ẽ verbum. Spiritui sancto amoꝛ inquantum est bonitas. Hic vero apostolus nõ appropriat ista hoc modo scilicet per essentiam: qz sic omnia appropriarentur spiritui sancto: sed appropriat per causaꝫ. Et ideo cum gratia sit donum quo dimittuntur nobis peccata. Roma. 3. Justificati gratis ꝛc. Et remissio peccatoruꝫ sit nobis facta per filium qui carnem nostram accipiens pro peccatis nostris satisfecit. Joh. p̃mo. Gratia ꝛ veritas ꝛc. Propter hoc apostolus attribuit gratiam christo. Unde dic Gratia domini nostri. ꝛc. Charitas autez ẽ nobis necessaria quia oportet nos vniri deo. prime Joh. 4. Qui manet in charitate in deo manet. ꝛc. Et quia hoc est a deo patre inquantum ipe sic dilexit mundum vt filium suũ vnigenitum daret. vt dicitur Joh. 3. Roma. 5. Commẽdat autem deus suam charitatem. Ideo sibi vt principio istius charitatis attribuit charitatem cum dicit. Et charitas dei scilicet patris. Cõmunicatio vero diuinoꝝ fit per spiritum sanctum quia est distributoꝛ donoꝝm' spiritualium prime Coꝛ. 12. Hec omnia operatur vnus atq; idem spiritus. Et ideo spiritui sancto attribuit communicationem cum dicit. Et communicatio spiritꝰ sancti. Vel attribuit sibi hoc. qz ipse est cõmunis aliꝭ duabus personis. Sic ergo apostolus in salutatione sua optat omnia necessaria cum dicit. Gratia domini nostri iesu christi ꝛ charitas dei ꝛ communicatio spiritus sancti sit semper cum omnibus vobis Amen ¶ Gratia xp̃i qua iustificamur ꝛ saluamur charitas dei patris qua sibi vnimur: ꝛ communicatio spiritus sancti diuina nobis dona distribuentis. Amen

¶ Explicit aurea expositio super secunda epistola ad corinthios angelici doctoris sancti Thome de aquino ordinis predicatoꝝm.

Explanatio sancti Thome

Incipit mirabilis explanatio sanctissimi doctoris Thome de aquino ordinis predicatorum super epistolam ad Galathas.

Prologus

Etera nouis

superuenientibus proiscietis. Leuitici. 26. Hec verba competūt presenti epistole. In qua apostolus redarguit galathas qui intantū seducti fuerunt a pseudo vt simul seruarent legalia ⁊ euangeliū qō apls īproperat eis in verbis p̄missis dicens: Etera nouis superuenientib⁹ proiscietis. In quib⁹ verbis innuit dñs quadruplicem vetustatē. Prima vetustas ē erroris de qua Esa. 26. Vetus error abijt. ⁊ hec remota ē ꝙ nouitatē doctrine xp̄i. Mar. p̄mo. Que est hec noua doctrina. Secūda vetustas ē figure. de qua Heb. 8. Cōsumabo super domū dauid ⁊ sup iuda testamentū nouū nō secūdū testīm qō feci patribus eor. Ubi primo ostendit p̄mū testamentū esse vetustū ⁊ hoc renouari p nouitatem gratie seu veritatis p̄sentie xp̄i. Jere. 31. Nouū faciet dominus super terrā ⁊c. Tertia est vetustas culpe. de qua p̄s. Quoniā tacui cōfitendo. ſ. peccata mea inueterauerunt ⁊c. ⁊ hec renouab ꝙ nouitatē iusticie. Ro. 6. In nouitate vite ambulemus ⁊c. Quarta est vetustas pene. Treñ. 3. Uetustam fecit pellem meā: ⁊ hec renouabitur per nouitatē glorie. de qua nouitate Esa. vltimo. Ecce ego creo celū nouum ⁊c. Apoc. 21. Dixit qui sedebat in throno. Ecce noua facio omnia.

Capitulum primū:

Paulus apostolus nō ab hominib⁹ neq; p hominē: sed per iesum xp̄m ⁊ deū patrem qui suscitauit eum a mortuis: ⁊ qui mecū sunt omnes fratres ecclesijs galathie. Gr̄a vobis ⁊ pax a deo patre nostro ⁊ dño iesu xp̄o. qui dedit semetipsū p̄ro peccatis nostris vt eriperet nos de presenti seculo neq; scōm voluntatez dei et p̄is: nr̄i cui ē gloria i secula seculoz Amen

Scribit ergo apostolus galathis hanc epistolam in qua ostendit ꝙ veniente gratia noui testamēti debet proijci vetus testamentum: ⁊ impleta veritate deferatur figura quibus duabus ſc̄z gratia ⁊ veritate adeptis peruenīaē ad veritatem iusticie ⁊ glorie. Acquirunē autez illa duo si obseruantia legaliuz dimissa: obseruantie euāgelij xp̄i feruenter insistamus. Ordo autem huius epistole congruus ē vt post duas eplas ad Cozinthios in quarū p̄ma agitur de sacramentis ecclesie: in secūda de ministris horum sacramentoruz necessarie sequatur epistola ad galatha s: in qua agitur de cessatione sacramentoz veteris testamenti. Diuiditur autem hec epistola in duas ptes. in salutationē ⁊ eplarem narrationem. ibi. Miror ꝙ ⁊c. In salutatione autem p̄mo ponitur persona salutantis Secūdo ponū⁹ persone salutate ibi Ecclijs galathie ⁊c. Tertio bonum optatum. ibi. Gratia vobis ⁊c. Circa primum p̄mo ponitur persona salutans principaliter que describitur ex nomine ⁊ ex auctoritate. Ex nomine quidem cum dicit. Paulus quod congruit humilitati sue: quia interpretatur humilis. Unde dicitur prime Coz. 15. Ego sum minimus apostoloz. ⁊c. Item congrulto⁹ ficio huo. quia ꝛm alium modum interpretatur os tube. in quo ſpecialiter est officium predicationis significatus Esa. 58. Quasi tuba exalta vocem tuam. ⁊c. Ex auctoritate autem describitur cum dicitur apostolus. Ubi duo ponuntur. ſc̄z eius auctoritas ⁊ auctoritatis origo. Auctoritas quia apostolus qui missus. ¶ Sciendum ē autem ꝙ apostolus in quibusdam epistolis scribit se seruū ostendens nomē humilitatis vt in epistola ad romanos Jn quibusdam vero scribit se apostolum: ostendens auctoritatem suam. Cuius ratio est. quia romani superbi erant. ⁊ ideo apostolus vt inducat eos ad humilitatem scribit se seruum in exemplū humilitatis. Galathis vero quia stulti erant ⁊ superbi vt frāgat eos nominat se apostolum: ⁊ ideo hic ponit auctoritatem suam. Origine autem auctoritatis sue describit cum dicit: Non ab hominibus ⁊c. Et p̄mo remouet originem extimatā. Secūdo assignat veram ibi. Sed per iesum christum ⁊c. Origo autem extimata erat quia intātū galathe seducti erāt a pseudo ꝙ crederent apostolum non esse eiusdem auctoritatis: qua alij apostoli erant: quia nō fuit doct⁹ a christo vel conuersatus cum eo sed esset missus ab eis quasi minister eorum. Opinionem ergo istam remouet cum dicit. Non ab hominibus ⁊c. Quidam enim mittebantur a toto collegio apostolorum ⁊ discipuloruz. Et ideo ost̄dens se nō esse ab eis missum dicit. Non ab hominibus Quidam enim mittebantur ab aliquo apostolorum speciali: sicut paulus aliquando mittebat lucam ⁊ titum. Et ideo ostendens ꝙ nec sic missus sit dicit. Neq; g hominem id est per aliquem apostolorum in specialiſ per spiritum sanctuz qui dicit Act. 13. Segregate mihi ⁊c. Causa autem originis huius veritatis vera est christus iesus. Et ideo dicit. Sed per iesum christum ⁊ deuz patrem. Hec autem distinctio cuz dicit Per iesum christū ⁊ deum patrem potest accipi vel quantum ad personam patris et personam filij. Et tunc alius est in persona deus pater ⁊ alius iesus christus. Ab vtroq; autem missus est beatus paulus ad predicandum ⁊ a tota trinitate quia inseparabilia sunt opera trinitatis. Non sit autem mentio de persona spiritus sancti. quia cum sit vnio ⁊ nexus vuorum: positis personis duabus scilicet patris ⁊ filij: intelligitur etiam spiritus sanctus. Uel potest sumi distinctio predicta quantum ad naturam assumptam ſc̄z humanam: quiā secūdā naturam diuinā non est distinctio inter deum patrem ⁊ iesum christum. Et tunc missus est paulus per deum patrem sicut per auctorez ⁊ per iesum christum sicut per ministrum. Roman. 15. Dico iesum christum ministrum fuisse. ⁊c. Quia vero galathe derogabant apostolo ꝙ non fuisset conuersatus cum christo sicut alij: nec missus ab eo. Jdeo in hoc specialiter magnificat se: quia illi fuerunt missi per christum adhuc venientem in carne mortali. Ipse vero a christo iam glorificato missus est. Jdeo dicit. Qui scilicet deus pater suscitauit eum scilicet ihesum christum inquantum hominem a mortuis. Quasi dicat. Apostolus sum nō ab hominibus scilicet collegio apostolorum nec per hominem scilicet christum in mortali carne viuentem: sed sum apostolus per xp̄m iam suscitatū ⁊ glorificatum. Roma. 6. Xp̄s resurgens a mortuis ⁊c. Et quia presens vita significatur per sinistram: futura vero per dexteram: inquantum ista est celestis ⁊ spiritualis. illa vero temporalis. ⁊ō petr⁹ qui vocatus fuit a xp̄o adhuc ī carne mortali posito ponit ī bulla pape ī sinistra pte. paulus vero qui vocatus fuit a xp̄o iam glorificato ponitur in parte dextra.

¶ Consequenter cum dicit. Et qui mecum sunt ⁊c. Denuntur persone adiuncte salutātes quas describit a duali familiaritate: quia mecum sunt ſc̄z ad solatium ⁊ adiutorium. Prouerb. 18. Frater qui iuuatur a fratre. ⁊c. p̄s Ecce q̄ bonū. ⁊c. Item ab inseparabili charitate cum dicit. Fratres. Jo. 13. Jn hoc cognoscent omnes. ⁊c. Item ab vniuersalitate cum dicit. Oēs quod ideo addit: quia isti forte erant intantū seducti ꝙ dictum paulū nō reputarent. Et ideo dicit. Omnes qui mecum sunt: vt ostendat eos testes esse veritatis sue: ⁊ facile intelligant se errare dum ab omnibus reprehendunt. 2. Coz. 2. Sufficit enim ꝙ eiusmodi est obiurgatio hec que fit a plibus. ⁊c. Personas autē salutatas ponit cum dicit. Ecclesie galathie. ⁊c. Ubi sciendū ꝙ sicut in glo. tāgit. Brennus dux senonum olim congregato exercitu intrauit italiam qua pertransita venit in greciam ante tempus alexandri magni: vbi cum essent aliqui de gente sua remanētes in vna parte grecie miscuerunt se grecis: vnde illa prouincia gallogrecia dicta ē. Deinde illi galathe sunt appellati quasi albi. Et licet greci sint acuti ingenij: tamē illi galathe stulti erant ⁊ inſtabiles ⁊ ad intelligēdū tardiores sicut ⁊ in docīles galli vnde originē traxerunt. Et ideo ita dicit eis. O insensati galathe. ⁊c. Jstis ergo scribit epistolam hanc. ⁊ isti sunt persone salutate. ¶ Cōsequēter cum dicit. Gratia vobis. ⁊c. Ponit bona que eis optat. Et primo ponit ipsa bona optata. Secundo ipsoruz bonorum auctorem. ibi. A deo patre. ⁊c. Bona autem que eis optat sunt duo in quibus omnia bona spiritualia includuntur. Primū est gratia: que ē principiū vite spiritualis cui in glo. ascribit remissio peccatorum que ē primū in vita spirituali. Nullus enim pōt esse in vera vita spirituali: nisi prius moriatur peccato. Secundum ē pax que ē quietatio mentis in fine que in glo. dicitur eē reconciliatio ad deum: ⁊ sic dum optat principiuz ⁊ finē omnium bonoū spiritualium includit apostolus ranq; inter duo extrema desiderium omnis boni eis proueniē dum. p̄s. Gratiam ⁊ gloziam dabit dominus. 2. Coz. vlti. Gratia domini nostri. ⁊c. Bonoū autem ipsorum auctor est deus pater. ⁊ ideo dicit. A deo patre ⁊c. Ubi primo ponitur bonorum causa. Secundo causandi modus ibi. Qui dedit. Tertio gratiarūactio p ipsis bonis ibi. Cui est honor ⁊c. Causa autem ⁊ auctoritas bonoū ē deus pater ranq; actor inquantum deus: ⁊ tota trinitas que dicitur deus omnium per creationem. Sap. 14. Tu autem pater gubernas. ⁊c. Et ideo dicit. A deo patre. Item actor est dominus iesus christus sicut minister Et hoc inquantum homo. Roma. 15. Dico iesum xp̄m ministrum. ⁊c. Et ꝙ per xp̄m sit nobis gratia patet Jo. p̄mo. Gratia ⁊ veritas p iesum xp̄m facta est. Et Ro. 5. Justificati gratis ⁊c. Pax etiā ē nobis p ipm. Joh. 14. Pacem meā do vobis. ⁊c. Modus aūt causandi hmōi bona ponit cū dicit. Qui tradidit. ⁊c. Ubi primo ponit cā efficiens q̄ ē mors xp̄i. Et quātū ad hoc dicit. Qui dedit semetipm ⁊c. Quasi dicat. Jō xp̄s ē auctor gr̄e ⁊ pacis q: ipi mori dedit se ⁊ sustinuit crucē. vnde ipa mors xp̄i est causa efficiens gratie. Roma. 5. Justificati gratis ⁊c. Et Col. p̄mo. Pacificans que in celis ⁊c. Et dicit primo. Qui dedit ⁊c. i. sponte se obtulit. Ephe. 5. Dilexit nos christus ⁊ tradidit ⁊c. Heb. 2. Pro omnib⁹ nobis gustaret mortem. Tyt. 2. Qui dedit semetipm. ⁊c. Ex quo manifeste apostolus arguit cōtra eos ꝙ si mors xp̄i est sufficiens causa salutis nostre: ⁊ in sacramētis noui testamenti que efficaciam habent ex passione christi conferē gr̄a ꝙ sup fluum ē simul cū nouo testamento seruari legalia in quib⁹ gratia non confertur nec salus acq̄ritur: quia neminē ad pfectū adduxit lex vt dicit Heb. 7 Secundo ponit finis ⁊ vtilitas ipsorum bonoz que ē cā finalis: ⁊ est duplex. Unus ē vt liberemur a peccatis p̄s-

teritis: ⁊ quantū ad hoc dicit. Pro peccatis nr̄is ſc̄z preteritis delendis ⁊ expiandis quod est initium nr̄e salutionis. Apoc. p̄mo. Dilexit nos ⁊c. Alius finis ē vt liberaret nos a ptāte mortis: ⁊ quantū ad hoc dicit. Ut eriperet nos de p̄senti ⁊c. Col. p̄mo. Eripuit nos a ptāte. ⁊c. Et ponit tria ſc̄z vt eriperet inquit de presenti ⁊ seculo: ⁊ neq;. Ut eriperet trahēdo nos ad eterna per desiderium ⁊ spem. De seculo id est de conformitate hui⁹ mundi qui nos alli cit vt non ei conformemur. Ro. 12. Nolite conformari huic seculo ⁊c. Neq; reducens nos ad veritatem iusticie. Et dicit seculuz nequā nō propter sui naturam: cū bonum sit creatum a deo: sed propter mala que in eo fiunt. sicut illud Ephe. 5. Dies mali sunt. ⁊c. Et Heñ. 47. dixit Iacob. Dies peregrinatiōis vite mee 130. annozum sunt parui ⁊ mali ⁊c. Et licet hec sint nobis per christum: non tamen excluditur deus pater. Et ideo ponitur tertio acceptatio diuine voluntatis. Unde dicit ꝛm voluntatem dei ⁊ patris. Patris inq; christi ꝙ naturam qua ab eterno procedit vt verbum. p̄s. Ego hodie genui te. Joh. p̄mo. Jn principio erat verbum. ⁊c. Item patris nr̄i per adoptionez. Jo. p̄mo. Dedit eis potestatem ⁊c. Primo mō li de⁹ pater accipit p̄ro sola persona patris. Secundo modo p̄ro tota trinitate. Et quia a, deo patre nostro ſc̄z a tota trinitate: hec omnia proueniunt nobis per xp̄m. Jdeo ipsi ſc̄z toti trinitati gloria in se: honoz alijs sit vel est in secula seculozum. id est semper. Amen est nota confirmationis. Habes ergo ī summa in salutatione predicta auctoritatem apostoli qua eorum superbiam frangit. Uirtutem gratie qua eos ad obseruantiam euangelij perducit: ⁊ insufficientiam legalium vt ab eis eos reuocet.

Lectio secunda.

In Miroz ꝙ sic tam cito transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiā xp̄i in aliud euāgeliū qō nō est aliud nisi sunt aliqui qui vos conturbāt ⁊ volūt conuertere euangelium xp̄i. Sed licet nos aut angelus de celo euāgelizet vobis p̄terq̄ qō euangelizauimus vobis anathema sit. Sicut predixim⁹ ⁊ nunc iterū dico si qs vobis euangelizauerit preter id qō accepistis anathema sit. Modo enim hominibus suadeo an deo? An quero hominibus placere? si adhuc hominibus placerem: christi seruus non essem.

Jn superiozib⁹ p̄cessit salutatio: sequit in sequētib⁹ eplaris narratio. In qua arguit apostolus eoz errorem. Secundo monet eos ad correctionem. 5. cap̄. ibi. State ergo. ⁊c. Errorem autem eorum arguit dupliciter: ⁊ per auctoritatem euangelici documenti: ⁊ per rationē veteris testamenti. 3. cap̄. ibi. O insensati. ⁊c. Arguit autem errorem ipsorum ostendendo auctoritatem euangelice doctrine. Primo ostendendo ipsorum leuitatem quantum ad leuem dimissionem euangelice doctrine. Secōo commendando auctoritatē ipius doctrine euangelice: vt sic quāto dignius est qō dimittunt: tanto eorum error appareat maioz ibi. Dierum enim vobis facio ⁊c. Circa p̄mū duo facit. Primo eos exaggerat culpā. Secōo infligit penam ibi. Sed licet nos. ⁊c. Culpā autē exaggerat ⁊ seductoruz ⁊ seducentium. ibi. Nisi sint. ⁊c. Circa p̄muz tria facit. Primo enim aggrauat culpam seductorum ex

Explanatio sancti Thome

in epistolam ad Galathas I

animi leuitate. Añ dic̃ miror. Quasi dicat cũ sciatis tot bona que dicta sunt prouenire vobis per christum et q̃ cum fueritis ita bene instructi per me: tamẽ sic. id est in tantum ꝛ tam vehementer vt videamini iam obliti tam cito id est in tam breui tempore transferiminiv alludat noſ. Galathia enim translatio dicitur quasi dicat. Vos estis galathe q̃ tã cito transferimini. Ecclesia. 19. Qui cito credit leuis ẽ corde. Secũdo aggrauat eoꝛ culpã exeo qõ dimiserunt. Si enĩ ratio recedit ꝛ transferr̃ a malo commendabilis est ꝛ bene facit: sed quando recedit a bono tunc est culpabilis. Et sic isti a bono translati erãt Et ideo dicit eis. Et si mirandũ sit q̃ tam cito ꝛ sic transferimini: addit tamẽ materiam admirationis q̃ transferimini ab eo scz a deo ꝛ a fide eius qui vos vocauit i gratiam x̃pi id ẽ in participationẽ eterni boni quã habemus per x̃pm. 1. Pet. 2. Gratias agentes deo qui vos vocauit in admirabile lumen suum. Itẽ. 2. Pet. 2. Melius erat eis viam veritatis nõ agnoscere q̃. ꝛc. Secũdo aggrauat eoꝛ culpã ex eo ad qõ conuersi sunt: q̃ non sũt cõuersi ad bonũ sed ad malum. Unde dicit. In aliud euangelium. idest veteris legis que annũciatio bona ẽ in q̃tum annũciat quedã bona scz tẽporalia ꝛ carnalia. Esa. primo. Si volueritis ꝛ audieritis me. ꝛc. Sed tamẽ nõ ẽ perfecta ꝛ simpliciter sicut euangeliũ q̃ nõ annunciat p fecta ꝛ maxima bona: sed parua ꝛ minima. Sed lex noua ẽ perfecte ꝛ simpliciter euangeliũ id ẽ bona annũciatio quia annũciat maxima bona scz celestia spũalia ꝛ eterna. Et licet sit aliud euangeliũ secundũ traditionẽ pseudo: tamen ſm meã pædicationẽ non. Est enĩ aliud in p missis sed nõ est aliud in figura: quia idẽ continet in veteri testamento ꝛ in nouo. In veteri quidẽ vt in figura: i nouo vero vt in re ꝛ expresse. Et sic ẽ aliud euangelium quantũ ad ea que exterius apparent: sed quantũ ad ea q̃ intertius sunt ꝛ continenẽ nõ est aliud: licet aũt nõ sit aliud in se tamẽ potest eẽ aliud ex culpa aliorum scz seductium. Et ideo eoꝛ culpam exaggerãs dicit. Nisi sint aliqui scz seductores qui vos cõturbant. i. puritatẽ sensus vestri: qua imbuti fuistis per fidei veritatẽ obfuscant q̃ licet idem cõturbent q̃tum ad interiora ẽ intellectũ p̃ vetus ꝛ nouũ testamentũ vt dictum ẽ: tamẽ si post suscepti onem noui testamenti reiterat vetus. videtur ostendi q̃ nouũ nõ sit perfectũ ꝛ q̃ illud sit aliud ab isto. Et iõ dicit Q̃ nõ est aliud nisi sunt ꝛc. q̃ isti pseudo post fidei eũ gelice susceptionẽ cogebãt eos circũcidi. ostendentes q̃ hoc q̃ circũcisio est aliquid aliud q̃ baptismus ꝛ efficit aliquid qõ baptismus nõ põt efficere. ꝛ ideo isti conturbant vos infra. 5. Utinã abscindant̃ qui vos conturbãt. ꝛc. Et vere cõturbant q̃ volunt cõuertere euangeliũ x̃pi id est veritatem euangelice doctrine in figurã legis qõ ẽ absurdum ꝛ turbatio maxima. In illud enim debet aliquid conuerti ad qõ ordinat̃. Nouũ autem testamentuz ꝛ euangelium x̃pi non ordinatur ad vet̃ sed potius ecõuerso lex vetus ordinat̃ ad legẽ nouam sicut figura adveritatem. Et ideo figura cõuerti debet ad veritatẽ: ꝛ lex vetus in euangeliũ x̃pi: non autem veritas in figurã neq̃ euangelium x̃pi in legez veterem: qõ patet ex ipo vsu loquendi. Nõ enim dicimus q̃ homo sit similis imagini hominis. sed potius ecõuerso imago ẽ similis homini. Jere. 15. Jpi cõuertent̃ ad te ꝛc. ꝛ Leuit. 26. Mouis supervenientibus. ꝛc. ¶ Consequenter post exaggeratiõz culpe ponitur inflictio pene cuz dicit. Sed licet. ꝛc. Et circa hoc duo facit. Primo p̃mulgat sententiã. Secundo rõnem sententie assignat ibi. Modo enim hominib9 ꝛc. Circa primum duo facit. Primo ostendit auctoritatem siue sentẽtie. Secõ profert eã ibi. Sicut predixi ꝛc. Ostendit autẽ auctoritatem siue sentẽtie multã eẽ q̃ nõ solũ in peruersores ꝛ in seductores subditos: sed etiã imparesꝫ sicut sunt alij apostoli ꝛ etiam in superiores sicut sunt angeli si huius criminis. ſ. cõuersionis euangelij ꝛ veterem legẽ rei essent effi caciã haberet. Et ideo dicit. Quia nostre sentẽtie auctoritas quã ego p̃mulgo que est excõmunicatio nõ solum in illos qui talia intendunt efficaciam habet sz licet nos scz apostoli aut angelus bonus vel malus de celo veniens euangelizet preter q̃ qõ euangelizatũ est a nobis: anathema sit. i. reus erit huius sententie quã promulgamus. ¶ Ad euidentiam autẽ pitorum tria inquirere oportet. Primo quid significat hoc nomen anathema. Circa quod sciendũ est q̃ anathema est nomen grecũ ꝛ componitur ab ana qõ est sursũ ꝛ thesis positio quasi sursũ positio. Et est ortum ex quadã antiqua consuetudine. Antiqui enim quãdo pugnabant capiebant aliquando aliquam predam ab hostibus quã nolebant cõuertere in vsum p̃priũ sed suspendebãt illam i templis vel in aliquo publico loco ciuitatis: quasi separatam a cõmuni vsu hominum ꝛ omne tale sic suspensum nominabant greci anathema: ꝛ ex hoc inoleuit consuetudo q̃ omne illud quod excludebatur ab vsu communi diceretur anathematizatum. Unde dicitur Josue. 6. de Jericho ꝛ omnia que in ea sunt. Q̃ Josue mox anathematizauit ea. Et ideo etiam hoc in ecclesia inoleuit vt illi qui excludũtur a communi societate ecclesie ꝛ a participatione sacramentorum ecclesie dicantur anathematizati. ¶ Secundo inquirenda est ratio eoꝛuz que dicit. Licet nos aut angelus. ꝛc. Ubi sciendum est q̃ est triplex doctrina. Prima est philosophorum: qui eductu rationis proprie in cognitionem sue doctrine deuenerunt. Quedam alia doctrina est que est tradita p angelos sicut lex vetus. Lex enim non est allata voluntate humana sic dicitur ad Gala. 3. Sed per angelos in manu mediatoris vt dicitur infra. 3. Quedam vero doctrina tradita est a deo immediate sicut doctrina euangelij Joh. primo. Deum nemo vidit vnq̃. ꝛc. Heb. primo. Nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio. Et post. Que cum intium accepisset. ꝛc. doctrina ergo que traditur per hominem potest mutari ꝛ reuocari p aliam hominem qui melius nouit sicut vnus philosophus reprobat dicta alterius. Item per angelum qui perspicatius videt veritatem. Doctrina etiam que traditur p angelum posset forte remoueri per alium angelum superiorem seu per deum. Sed doctrina que immediate a deo traditur non potest neq̃ per hominem neq̃ per angelus irritari. Et ideo si contingat q̃ homo vel angelus diceret contrarium illi que per deum tradita est dictum fuit non est cõtra doctrinam vt per hoc irriteretur ꝛ repellatur sed potius doctrina est contra eus quia ipse qui dicit debet excludi ꝛ repelli a communione illius doctrine. Et ideo dicit apostolus q̃ dignitas doctrine euãgelice que est immediate a deo tradita est tante dignitatis q̃ siue homo siue angelus euangelizet aliud preter id quod in ea euangelizatum est ẽ anathema. id est abijciendus et repellendus est. ¶ Tertio soluere oportet obiectiones circa hoc occurrunt. Quorum vna est cum par in pares non habeat imperium. ꝛ multomagis non habeat in superiorem: videtur q̃ apostolus nõ potuit excõicare apostolos qui erant sibi pares ꝛ angelos qui sunt superiores Mat. 11. Qui minor est in regno celorum maior est illo Non est ergo anathema per hoc. Ad hoc dicendum ẽ q̃ apostolus p̃tulit hanc sentẽtiaz non p̃propria auctoritate sed auctoritate euangelice doctrine cuius minister erat cuius doctrine auctoritas habet vt quicunq̃ contra illam dicunt excludendi ꝛ repellendi sint. Joh. 10. Sermo quẽ locut9 fuz ille iudicabit eũ in nouissimo die. ꝛc

¶ Alla questio est q̃ ipse dicit preter q̃ quod euangelizatum est. Ergo non debet aliquis docere neq̃ predicare nisi quod scribitur in epistolis ꝛ in euangelio. Sz hoc est falsum. quia primo Thes. 3. dicitur. Ut compleam9 ea que desunt fidei nostre ꝛc. Respondeo dicendum ẽ q̃ nihil aliud euangelizandum est q̃ illud qõ continetur in euangelijs ꝛ in epistolis ꝛ in sacra scriptura implicite vel explicite. Nam sacra scriptura et euangelium euangelizat esse credenduz christo explicite. Unde quicquid continet in eis implicite que faciunt ad doctrinã eius ꝛ ad fidem christi euangelizari ꝛ doceri potest. Et ideo cũ dicit. Preter id ꝛc. id est oino alienuz addendo. Apoc. vltimo. Si quis apposuerit ad hec aut addiderit omnio alienũ apponat de9 sup illũ plagas scriptas in libro isto Et Deut. 4. Nõ addetis quicq̃ ꝛc. scz contrarium seu alienũ nec minuetis ꝛc. ¶ Consequenter cum dicit. Sicut predixi ꝛc. Sententiã suam p̃fert in malo dicẽs Sicut predixi de angelis ꝛ apostolis: idem dico de seductoribus: si quis seductor euangelizauerit preter id qõ accepistis a me: anathema sit id est excõicatus. Et hec ẽ sententia quã profert. Sed nunquid ex hoc sunt excõmunicati omnes heretici videtur q̃ non: quia dicitur Tyt. 3. Hereticum hominẽ post primã ꝛ secundã correctionem deuita. ꝛc. Respondeo dicendũ est q̃ hereticus potest dici aliquis vel quia simpliciter errat ex ignorantia: ꝛ ex hoc nõ est excõmunicatus. Vel quia errat ex pertinacia ꝛ alios nititur peruertere: ꝛ tunc incurrit in canonẽ late sententie. Utrũ autẽ ex tunc hi⁹ verbis sniam in hereticos protulerit dubium est. Cum tamẽ sententia iam lata sit contra hereticos in concilijs. Potest tamen dici q̃ forte hic ostendunt excõmunicatione digni. ¶ Cõsequenter cum dicit. Non enim hominibus ꝛc. ostendit rõnem sententie. Ubi primo ponit rõnem ipius sentẽtie. Secũdo manifestat hic p̃positũ ibi. An quero ꝛc. Posset enĩ aliquis dicere. Quare sic excõmunicas. Forte aliq̃ sũt amici vel alicuius auctoritatis. Non ergo sic faciendum est. Ideo respondẽs apostolus dicit. Immo sic faciẽduz est: quia ea que modo dico non sunt ad fauorem hominũ sed vt placeam deo: ꝛ hoc est quod dicit. Non enĩ. id est post cõuersionẽ. Vel in ista epla. Suadeo hominibus id est tendit ad hoc appetitus meus vt placeã hominibus an deo? Quasi dicat. Hec que facio ideo facio vt cõplaceam soli deo. 1. Thes. 2. Loquimur nõ quasi hominibus placentes sed deo ꝛc. Nec etiam loquimur auctoritate hominũ sed diuina. Q̃ aũt nõ intendã placere hominibus p3 ex intentione ꝛ ex p̃posito meo. Nã ego nõ quero hominibus placere id est non est intentionis mee homines conuertere vt placeam hominibus tm̃ sed p̃pter honorem dei. Et hoc patet: quia si adhuc intẽderẽ placere hominibus vt olim placui: n õ esſes seruus christi. Cuius ratio est quia hec sunt contraria. Ita vũtarat vt sz velim placere hominibus p̃opter homines nõ referendo illud in deum. Si enim ideo intendam aliquã n do placere hominibus vt eos trahem ad deum nõ pecco Sed si primo modo non sum seruus christi. Esa. 28. Coangustatum est stratum ita vt alter decidat. ꝛc. Mat. 6 Nemo potest duob9 dominis seruire ꝛc. p̃s. Confusi sũt qui hoibus placent.

per reuelationem iesu christi. Audistis enĩ conuersationẽ meam aliquãdo in iudaismo quoniã supra modum persequebar ecclesiam dei ꝛ expugnabam illã ꝛ proficiebã in iudaismo supra multos coetaneos meos i genere meo: abundantius emulator existens paternarum mearũ traditionũ.

Supra apostolus redarguit galathas de leuitate animi eo q̃ sic cito dimiserant doctrinam euangelij: hic vero ipius euangelice doctrine dignitatem ostendit. Et circa hoc duo facit. Quia primo cõmendat auctoritatẽ doctrine euangelice ſm seipsam. Secundo ex parte aliorũ apostolorum ꝛ sua simul scdo cap. ibi. Deinde post annos q̃tuordecim ꝛc. Iterum prima pars diuiditur in duas. q̃ primo proponit intentũ. Secũdo manifestat propositum ibi. Audistis enim ꝛc. Circa primũ duo facit. Primo p̃ponit qõ intendit. Secundo probat qõ p̃ponit ibi. Meq̃ enim ꝛc. Intendens ergo commendare veritatẽ euãgelice doctrine dicit. Notuz vobis ꝛc. Quasi dicat Ita sum certus de auctoritate euangelij q̃ non solũ hominibus immo etiam angelis contrarium nõ credẽrẽ sed eos si contrarij essent anathematizarem. Quã quidẽ certitudinem ex hoc habeo quia magis credendũ est deo q̃ hominibus seu angelis. Et ideo cum ego habuerim illud euangelium a deo maximam certitudinez habere debeo ꝛ habeo. Et ideo dicit. Notum enim vobis facio fratres euangeliũ qõ euangelizatum est a me vobis ꝛ alijs ecclesijs q̃ nõ ſm hominẽ. id est ſm humanã naturã discordantem a regula seu reuelatione diuina. Et sic li ſm hominẽ sonat in vitium. prime Cor. 3. Cum enim sit inter vos zelus ꝛ contentio ꝛc. Et sic accipit hic apostol9. Et iõ dicit. Non ſm hominẽ docentem me vel mittentem. Quasi dicat. Nullo modo potest hoc euangeliũ haberi ab homine sed a deo. Et ideo subdit. Neq̃ enim ego ab homine ꝛc. Ubi duplicem modum acceptionis excludit Primo q̃ non habuit ab homine auctoritatem euangelizandi: ꝛ quantũ ad hoc dicit. Neq̃ ab homine. ſ. puro accepi illud id est auctoritatem euangelizandi euãgeliũ sed a x̃po. Ro. 10. Quomodo p̃dicabũt nisi mittantur. Esa. 42. Dedi te in lucem gentium ꝛc. Act. 9. Uae electiõis ẽ mihi iste ꝛc. Secõ q̃ nõ accepit sciam euãgelizãdi ab homine. Et iõ dicit. Neq̃ didici. ſ. euãgeliũ p̃ hominem purũ sed per reuelationẽ iesu christi. i. p iesũ christum oĩa clare ostendentẽ. 1. Cor. 2. Nobis aũt reuelauit deus ꝛc. Esa. 50. Dñs deus aperuit mihi aurẽ. ꝛc. Et ibidẽ. Dñs dedit mihi linguã eruditã vt sciam. ꝛc. Hec autem reuelatio facta fuit apostolo cum raptus fuit in paradisum vbi audiuit archana verba que nõ licz homini loqui. 2. Cor. 12. ¶ Consequenter cum dicit. Audistis enim ꝛc. Probat proposituz scz q̃ non accepit ab homine euangelium neq̃ ante conuersionem neq̃ post conuersionem ad christum ibi. Cuz enim placuit ꝛc. Q̃ aũt non acceperit ab homine ante conuersionem suam. ostendit ꝛ per odium qõ habebat ad fidez x̃pi ꝛ ad x̃pianos ꝛ per feruorem quem habebat ad iudaismũ. ibi. Et proficiebam ꝛc. Dicit ergo. Dico q̃ nõ accepi ab homine ꝛ hoc ante conuersionem meam: quod patet ex factis illius temꝑois ꝛ ex odio quod habebam ad fidem. Nam vosipsi audistis. infra eodem. Tantum autem auditum habebant ꝛc. Conuersationem meam aliquãdo dum infidelis eram in iudaismo quo iudaice viuebam. Et dicit meam quia hoc qõ male facimus ex nobis est: ex deo autem quicquid boni facimus. Osee. 13. Ex te perditio

Lectio tertia.

Notum enĩ vobis facio fratres euãgeliũ quod euangelizatuz est a me: quia nõ est scõm hominẽ. Neq̃ enĩ ego ab homine accepi illud neq̃ didici sed

tua israel:ex me auxilium tuum. Istud scz audistis quoniam supra modum scilicet aliorum quia nō solum per se sed prouocabat prīcipes ad hoc. Alij enim forte a principibus inducti persequebantur sed iste eos inducebat Act.9. Saulus adhuc spirans minarū.rc.accessit.rc. Et quia non solum in hierusalem sed etiā per totā regionem. Unde accepit litteras in damascū rc. Unde de eo potest intelligi illud qđ dicit Beñ.49. Beniamin lupus rapax.rc. Persecutus sū ecclīam dei scz inquirēdo xpīanos ⁊ fugando.1.Cor.15. Non sum dignus vocari apostolus rc. Et expugnabā illā nō quidē spūaliter q: corda fidelium nō poterā a fide auertere:sed corporaliter affligendo eos penis corporalib⁹ ⁊ ponēdo in carcere. Act. 9. Nonne hic est qui rc.ps. Sepe expugnauerūt me rc. Sic ergo patet per odiū qđ habebat ad fidem xpi q: ante cōuersionē scz non accepit euangelium ab homīe. Patet hoc etiam per amorē ⁊ feruorem zeli quem habuit ad iudaismū:⁊ hoc quantū ad pfectū exteriorē. Unde dicit Et pficiebam rc. Ubi tria ponit que exprimūt pfectus magnitudinē:quia supra multos nō paucos pficiebat nō supra senes ineptos ad pfectū scie sz coetaneos adolescentes acutos ⁊ aptos ad pfectū. Treñ.3. Bonū est viro cū portauerit iugum ab adolescentia sua. Item nō supra coetaneos extraneos quasi ignote lingue sed illos qui sunt in genere meo.s.iudeorum. Act.22. Ego sum vir iudeus secus pedes gamalielis eruditus rc. Ité ꝑfectum ad zelū interiorē quē habebat ad legē. Et ideo dicit Abundantius ꝑ alijs emulator existens nō solū legis sz paternaꝝ mearum traditionū scz quas habent iudei licitas quas boni patres addiderūt:vt dicitur in glo. quas quidē traditiones vocat suas quia ita reputabat eas ac si sue fuissent. Philip.3. Secūdū legē phariz⁹ km emulationē persequens rc. Sed quēstio est sup hoc qđ dicit glo. Boni patres addiderunt. Videtur q nō fuerit boni:quia Deut.4. dicit. Nō addetis ad verbū qđ ego loquor vobis rc. Ergo fecerūt contra mandatū domini: addentes traditiones ⁊ sic nō fuerūt boni. Dicendum ē q verbū illud dñi intelligendū est non addetis aliquid cōtrarium seu extraneū verbis que ego loquor rc. Addere autem aliqua que non sunt contraria licuit eis.scz aliqs dies solēnes ⁊ alia similia sicut factū est tempore mardochei ⁊ tēpore iudith in memoriam beneficiorꝝ que a deo recipiebāt. Contra Mat.15. Domin⁹ reprehendit eos dicens. Irritū fecistis mandatū domini ꝓpter traditiones hoīm. Nō ergo fuit licite traditiones. Ad hoc dicendū ē q nō arguunt q tenent traditiones hominū sed quia ꝓpter traditiones hominū dimittunt mandata dei.

Lectio quarta.

Um autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee ⁊ vocauit per gratiam suam vt reuelaret filiū suum in me vt euangelizarem illum in gentibus:continuo nō acquieui carni ⁊ sanguini. Neq enim veni hierosolymā ad antecessores meos apostolos:sed abij in arabiam ⁊ iterū reuersus sum damascū.

Postq autē aplīs ostendit q ipe nō accepit ab hoīe euangelium ante suā cōuersionē:nūc hic probat q non accepit ipm ab homine post cōuersionē suā. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit q nō recepit euangeliū ab homine. Tēpore cōuersionis sue. Scdo q nec etiā post cōuersionē suā ibi. Deinde post annos tres rc. Circa primū duo facit. Quia prio ostendit q nō accepit euāgelū ab aplīs nec q didicit. Secūdo q nō ab alijs fidelibus ibi Sz abij i arabiā rc. Circa primū duo facit. Primo ostendit cām efficientem sue conuersionis. Scdo finē ibi. Ut revelaret rc. Tertio modū ibi. Cōtinuo nō acquieui rc. Circa primū notat cām sue cōuersionis que duplex ē.s.bñplacitum dei:qđ est diuina electio ⁊ conuertentis vocatio. Quantū ad primū dicit. Cū aūt placuit.s.deo nō quando volui ego sed quando placitum fuit sibi:quia non est volentis neq currentis rc.vt dicit Roma.9.ps. Bene placitum est domino.rc.Philip.2. Deus est qui operat in nobis rc. Qui scz deus me.s.rebellem.prio.Cor.15 Ego sum minimus aplorꝝ rc.quoniā persecut⁹ sum.rc. Act.9. Saulus adhuc spirans minarū rc. Persecutorem. Act.9. Saule saule quid me psequeris rc. Blasphemū prio Thi.1. Qui fui blasphemus rc. Me tale in q̄ segregauit de vtero matris mee. Vel ad litterā. Qui fecit me nasci ex ventre matris mee. Et vere dicit deus segregare ex vtero licet sit opus nature q̄ē quasi instrm dei:q: opa etiā nra attribuunt deo sicut ꝓncipali auctori. Esa.26. Omnia enim opa nostra operatus es in nobis rc. Sicut ⁊ effectus principali agenti attribuuntur. Ideodicit Job.10. Pelle ⁊ carnib⁹ vestisti me rc. Et ab hoc vtero segregatus ē ad iustificationē qz eiusdē est iustificare cuius est condere. ps. De ventre matris mee rc. Vel ex vtero matris mee scz synagoge: cui⁹ vterus ē collegiū phariseoꝝ qui nutriebāt alios in iudaismo. Mat.23. Circuitis mare ⁊ aridā vt faciatis rc. Sic ergo mater sua fuit synagoga. Cant.1. Filij matris mee pugnauerunt contra me rc. Uterus eius sunt pharisei. Ex hoc ergo vtero est segregat⁹ per spūs sanctū ad fidē euāgelij. Ro.1. Segregatus i euāgeliū dei. Vel mater sua est ecclesia xpi. Uterus eius collegium aplorū. Segregauit ergo deus ipm ab vtero ecclesie id ē a collegio aplorꝝ in officiū aplatus ⁊ predicationis ad gentes quādo dixit apostolus Act.13. Segregate mihi barnabā et paulum rc. Vocat aut̄ synagogā matrē suā q: pharisē erat quasi magnus in ea dum dicit pharisеus ⁊ ex pharisеis qz zelator legis erat.supra. Abundantius aūt emulator rc. Quantū aut̄ ad aliā cām dicit Et vocauit rc. Est aut̄ duplex vocatio. Una ē exterior ⁊ sic dicit vocauit me ex celesti voce. Act.9. Saule saule quid me persequeris rc. Vade in ciuitatē rc.sic etiā alios apostolos vocauit. Alia est interior:⁊ sic vocauit per quendā inūm interiorem quo deus per gr̄am tangit cor vt conuertatur ad ipm:⁊ sic vocauit a mala via in bonā: ⁊ hoc per gr̄am suam non nostris meritis Ro.8. Quos ꝑdestinauit hos ⁊ vocauit rc. Esa.45. Suscitauit eū ad iusticiā rc. Amos.5. Qui vocat aquas maris rc. Finis aut̄ conuersionis ponit cum dicit vt revelaret filiū rc. Qui quidē finis ē xps. Ordinat aut̄ conuersio sua ad xpm dupliciter scz facto et sic dicit. Ut revelaret filiū suū id est in eo qđ circa me fecit conuertēdo me ⁊ dimittēdo pctā mihi revelaret q̄ta sit mihi pcta misericordia. ꝓte Thi.1. Xps iesus venit in hūc mūdū peccatores salvos facere rc. Sed ideo misericordiā dei cōsecutus sū qz ignorans rc. Sic ergo revelauit in eius conuersione filius suū:et hoc inquantū filius virtus est dei. Item revelauit eum in eius opatiōe. Unde dicebat ipe. Ro.15. Nō enī audeo aliquid loqui eorum que per me non effecit xpus In obedientiam gentium:in verbo factis et virtute. rc. Et hoc inquantum filius virtus est dei. Item revelauit eum in eius predicatione. Unde ipe.1.Cor.1.dicebat. Nos predicamus rc. Usq Et dei sapientiam. Et hoc inquantum filius eius dicit dei sapia. Ité ordinat ad christum sua conuersio verbo. Et sic dicit. Ut euangelizarem illū in gentibus. qz aliꝫ apostolis euāgelizantibus xpm iudeis:paulus de mādato dñi iuit ad gentes ꝓuertendas Esa.49. Parū enim est mihi vt sis mihi seruus rc. dedi te in lucē rc. Act.13. Sic enī precepit rc.infra Esa.55. Ecce testē populis dedi eū.ducem ac ꝓceptorē gentib⁹ ¶ Modus aut̄ sue ꝓuersionis est perfectus ⁊ quantū ad effectū. Unde dicit Continuo nō acquieui carni ⁊ sanguini.id est statim ita perfecte fui cōversus q: ois carnalis affectus recessit a me. Eccl.11°. Facile est enī in oculis dñi subito honestare pauperē. Et accipit hic caro et sanguis ꝓ vitijs carnalibus.1ª.cozint.15. Caro ⁊ sanguis regnū dei nō possidebūt rc. infra.5. Caro cōcupiscit rc. Vel ꝓ affectu ⁊ amore ad carnaliter sibi coniūctos. Mat.16. Caro ⁊ sanguis nō revelauit tibi rc. Sic aplūs vitia superauit ⁊ suos iudeos cōtempsit. ¶ Item q̄tum ad intellectū quia ita fuit instructus a xpo q non fuit ei necesse instrui ab aplīs. Et ideo dicit Nec veni hierosolimā vt.s.ab eis instruerer. ¶ Item nō fuit necesse instrui ab alijs fidelib⁹ Et ideo dicit. Sed abij in arabiaz rc. Quasi dicat. Non iui ad loca vbi erāt alij fideles vt me instruerēt. sed iui in arabiā vbi non erant edocti in fide:sed infideles. ⁊ reuersus sum damascū scz ad parentes. Job.38°. Quis dedit vehemētissimo hymbri cursum rc. Sed cōtra dicit. Act. 9. q̄ dimiserūt eum de muro ꝑ sportā rc. Cum aut̄ venisset hierusalē temptabat se iūgere discipulis. Venit ergo hierlem. Dicendū est q venit. Sz nō vt instrueret. Vel melius dicendū est q non statim venit sed post aliqđ tempus. Et ideo sequit. Deinde post annos tres rc.

Lectio quinta.

Einde post annos tres veni hierosolymā videre petrum: ⁊ mansi apud eū diebus quindeci. Aliū autez apostolorꝫ vidi neminē nisi iacobum fratrem domini. Que aut̄ scribo vobis ecce cozaz deo quia non mentior. Deinde veni in partes syrie ⁊ cilicie. Eram aut̄ ignotus facie ecclesiis iudee que erant in xpo. Tantū aut̄ audi tum habebāt:quoniaz qui persequebaꝫ nos aliquādo:nunc euāgelizat fidem quā aliquādo expugnabat.⁊ in me clarificabant deum.

Postq superius aplīs ostendit se nō accepisse euangeliū ab homīe ante conuersionē suā. nec temꝑe sue ꝓuersionis hic probat q nec etiā post conuersionē accepit ipm ab homine. sed potius hic ostendit quomō doctrina sua fuit ab homibus approbata. Et circa hoc duo facit. Primo enīz manifestat quomodo doctrina sua fuit ab apostolis approbata. Secundo ostendit qualiter fuit approbata ab alijs fidelibus. ibi. Deinde veni in partes rc. Et primo narrat factū. Scdo confirmat veritatē dicti. ibi. Ecce cozam deo rc. Dicit ergo. licet nō iuerim ad aplos vt instruerer ab eis circa principiū mee cōuersionis. quia iaz erā instructus a xpo. tamē ex affectu caritatis cōpulsus post annos tres scz cōuersionis mee veni hierosolymā quoniaz iādiu desideraui videre petrū. non vt discerē ab eo sed vt visitarem eū Joh.5. Visitans speciē tuā rc. Et mansi apud euz diebus quindecim repertus ab eo vt verax aplūs. Et dicit diebus quindecim qz numerus iste cōponit ex octo ⁊ septē. Octonarius autē est numerus noui testamēti in quo expectat octava resurgentiū. Septenarius aūt est numerus veteris testamēti. quia celebrat certum diem. Mansit autem apud petrum diebus quindecim conferens cum eo de mysterijs veteris testamēti ⁊ noui. Et ne credat q licet sit instructus a petro esset tamē etiā instructus ab alīs subdit q nec ab alijs fuit instructus. Unde dicit. Aliū autē apostolorꝫ a quo instruerer vidi neminē. id est nullū nisi iacobū fratrem dñi. Illum enī vidit in hierusalē. Circa istum iacobū sciendū est q iste fuit episcopus hierosolymorꝫ et fuit vocatus iacobus minor eo q vocat⁹ fuerat post iacobum alium. Dicunt aut̄ multa de isto. Act.15. Ipse etiā fecit epistolā canonicā. Quare aūt dicat frater dñi.a diuersis diuersimod dicit. Eluidius enim dicit q ideo dicit frater dñi quia fuit filius beate virginis. Dicit enī q beata virgo xpm concepit ⁊ peperit. ⁊ post partum xpi concepit de ioseph ⁊ peperit alios filios. Sed hic error est damnatus ⁊ reprobatus. Ité patet esse falsū. quia iacobus nō fuit fili⁹ ioseph sed alphei Alij vero dicunt q ioseph ante btāz virginē habuit aliā vxorē. de qua habuit filiū iacobuz ⁊ alios. qua mortua accepit in vxorē beatam virginē de qua natus est xps: non tamē cognita a ioseph sed per spīritū sanctū vt in euangelio dicit. Quia ergo ex patre nominātur cognatiōes ⁊ ioseph putabat pater xpi. ideo iste iacobus licet nō fuit filius virginis tamē vocabatur frater dñi. Sed hoc est falsum. quia si dñs matrē virginē noluit nisi virgini cōmēdare custodiendā quomodo sustinuisset sponsum eius virginē non fuisse ⁊ sic perstitisse. Ideo alij dicūt ⁊ in glo. tangit q iacobus iste fuit filius cleophe que fuit sozor virginis. Dicūt enī q anna mater beate virgis nupsit primo ioachim ex quo peperit mariam matrē domini. quo mortuo nupsit cleophe fratri ioachim ex quo peperit mariā cleophe. ⁊ ex hac natus est iacobus minor iudas ⁊ symon. quo mortuo dicit q nupsit adhuc cuidā tercio qui vocatus est salome. ex quo ꝓcepit ⁊ peperit aliam mariā que dicta est salome. ⁊ de hoc natus est iacobus maior ⁊ ioannes frater eius. Sed huic opinioni ꝑpluriter cōtradicit. Jeroñ. Primo qz salome nō est nomen viri vt etiaz in greco apparet sed est nomen mulieris que fuit sozor beate virginis ⁊ ex zebedeo genuit iacobum minorē ⁊ iohannē. sicut maria cleophe ex alpheo genuit iacobū minorē iudam ⁊ symonē. Dicit aut̄ frater domini iste iacobus specialiter inter alios suos consobrinos. ⁊ hoc ꝓpter duo. Primo ꝓpter similitudinē effigiei. quia similis erat xpo in facie. Et ꝓpter similitudinē vite quia imitabat xpm in moribus. Vel quia alpheus pater ei⁹ fuit de cognatiōe ioseph. Et ideo quia iudei cognatiōis linēam texere solēt a maribus et xps putabat filius ioseph vt dicit Luce.3. Ideo specialiter dictus est frater dñi. ⁊ nō alij qui solū ex matre coniūcti erant ei. Accipit autem hic frater cognatiōe. Nam in scriptura fratres aliquādo dicunt natura. Mat.1°. Jacob aut̄ genuit iudam ⁊ fratres eius. Cognatiōe. sicut omnes cōsanguinei sunt fratres. Beñ.13. Ne queso sit iurgiū inter te ⁊ me. fratres enī sumus Hēte. ⁊ sic omnes vnius lingue dicunt fratres. Deu trono.17. Non poteris alterius gentis hominē regem facere qui nō sit frater tuus. Affectiōe ⁊ sic omnes amici et qui habent eūdem affectū dicunt fratres. 3. cozinth. 2°. Si viuit benadab frater meus rc. Religiōe. ⁊ sic omnes xpiani qui habēt vnam regulā vite dicunt fratres. Mat. 23. Fratres estis rc. ps. Ecce q̄ bonum ⁊ q̄ iocundū habitare fratres in vnū rc. Communiter aut̄ omnes homīes dicunt fratres quia ab vno deo gubernati ⁊ educati. Malach.2. Nūquid nō vnus est pater oīm nostrū rc. ¶ Consequēter cū dicit. Que aut̄ dico vobis rc. cōfirmat per iuramentū quod dixerat. Quasi dicat. Ea que nūc scribo vobis de me ecce in manifesto sunt. q nō mētior. Et hoc dico cozā deo. id est teste deo. Jurat aūt hic apostolus nō ex leuitate sed ex necessitate istorū quibus necessariū erat vt crederent. Nisi enī hoc faceret nō crederent ei. 2°.corinth.2°. Cozam deo in xpo loquimur. Rom.1°. Testis

est mihi deus ꝛc. Quid ergo dicit dñs. Sit sermo vester est est. nō non: quod amplius est a malo est. Dicendū est q̄ est a malo eius qui nō credit vel a malo pene quo cogi tur quis iurare. ¶ Consequēter cū dicit Deinde veni ꝛc. ostendit quomō fuit approbatus ab alijs ecclesijs iudee. Vbi tria facit. Primo ostendit vbi fuit puersatus quia in cilicia. Unde dicit. Deinde veni in partes syrie ꝛ cilicie. scz patrie vnde etiā fuit natus. quia dicit Act. 22°. Erat autē paulus a tharso cilicie ꝛc. Scōo quomō fuit cognitus ab eis quia nō facie sed auditu tantū ꝛ fama. Unde dicit. Eraz eīm ignotus facie ecclesijs iudee que erāt in xp̄o id est in fide xp̄i, 2ᶜ. cozinth. 6. Sicut qui ignoti ꝛ cogniti Unde patet q̄ ecclesie iudee nō voluerūt me. Tantū eīm auditū habebāt scz de me per famā: quoniā qui persequebat nos ꝛc. Tercio quomō approbatus est ab eis quia in me glorificabāt deum. id est in mea cōuersione magnificū p̄babant qui gratia sua me cōuertit Esa. 43. Glorificabit me bestia ꝛc.

Capitulum secundum.

D Einde post annos quattuordeciz iterū ascendi hierosolymā cū barnaba assumpto et thyto. Ascendi autem scōm reuelationē et contuli cum illis euangeliū quod predico in gentibus. Seorsum autem his qui videbantur aliquid esse: ne forte inuacuuz currerem aut cucurrissem. Sed neq̄ thytus qui mecum erat cuz esset gentilis compulsus est circumcidi. sed propter subintroductos falsos fratres: qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in xp̄o iesu: vt nos in seruitutē redigerent. quibus neq̄ ad horam cessimus subiectiōi: vt veritas euangelij permaneat apud vos.

Postq̄ apostolus in precedēti capitulo cōmendauit auctoritatē euangelice doctrine scōm seipam. nūc in isto capitulo cōmendat ipam ex parte aliorū apostolorum et sua simul. Et circa hoc duo facit. Primo cōmendat auctoritatem sue doctrine ex approbatiōe aliorum apostolorum. Scōo ex exemplo sui ꝛ aliorū apostolorum. ibi. Nos natura iudei non ex gētibus ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ostendit q̄ alij apli approbauerūt suam doctrinā. Secūdo ostēdit q̄ libere reprehendit alios aplos in his que ꝓtrariū sue doctrine dicebāt. ibi. Cum venisset petrus ꝛc. Circa primū duo facit. Primo agit de collatiōe quā habuit cū apostolis. Secūdo insinuat quid inde secutū sit ibi Sed neq̄ tytus ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ponit circūstantias ipius collatiōis. Secūdo ponit ipam collationē. ibi. Et contuli cū illis ꝛc. Quantū ad primū tangit quattuor circūstantias scz tempus locū ꝛ stes ꝛ motiuū ipius Deseri bit autē tempus cū dicit. Deinde post annos quattuordecim. Sed cōtra est quia aplus fuit conuersus primo anno post passionē xp̄i. Et post tres iuit in hierlm ꝛ sic sunt quatuor ꝛ hic dicit post annos quattuordeci iterū iuit in hierusalē: ꝛ sic fiūt decē ꝛ octo. Et tūc fuenit petrū in hierlm Et hoc nō potest esse quia petrus sedit in antiochia septē ānis. in roma vero vigintiquiq̄ annis. Et sic decē ꝛ octo ꝛ septem sunt vi gintiquiq̄ anni ante q̄ iret romā. ꝛ rome mozatus est vigintiquiq̄ annis Ergo vixisset petrus post passionē xp̄i quī quaginta annis qō est falsum. quia quadragesimo anno a passione xp̄i passus est petrus rome: vt in historia habet quod fuit tempe neronis. Respōdeo dicendū q̄ cuz dicit deinde ꝛc. non est intelligendū q̄ post tres annos iterū elapsi sint quattuordecī anni anteq̄ iret in hierusalē sed q̄ anno qu artodecimo sue conuersionis iterū ascendit nec sunt addēdi supza istos quattuordecim septē anni quib⁹ petrus rexit ecclesiā antiochenā quia ante istos annos incepit regere: cū antiochia sit ppe hierusalem potuit esse vt aliquādo petrus iuisset in hierusalē ꝛ tunc paulus inuenerit eū ibi. Et sic colligit ex hystoria q̄ post annos quattuordecī petrus venit romā: tempe claudij impatoris et existens ibi viginticiq̄ annis cōpleuit numerū trigintanonē annoz ꝛ mozuꝰ est quadragesimo anno post passionē dñi. Dicit autē signāter quattuordecī vt ostendat q̄ nō indigebat apostoloz institutiōe si quattuordecī annis fuit sine eis. ¶ Locū vero describit cū dicit hierosolymā. ꝛ dicit ascendi quia in alto posita est. Ascendit autē hierosolymā vt ostenderet se cōcordare cū p̄phetis que dicit Esaie. 2°. De syon exibit lex ꝛc. ¶ Testes describit cū dicit. Cū barnaba assumpto tyto. Barnabas iudeus erat tytus vero gentilis. Cū eis ergo ascendit. vt haberet testes sue doctrine. Et vt in nullā partem siue iudeoz siue gentiliū ostendat se declinare Deut. 17. In oze duoz vel triū stat omne verbū. ¶ Motiuū autem describit cū dicit. Scōm reuelationē dei id est deo reuelāte ꝛ precipiēte sibi q̄ ascenderet in hierusalē. Ex quo colligi potest q̄ omnis actus apostoloz ꝛ motus fuerūt scōm instinctū spiritussancti. Job. 37°. Nubes spargūt lumen suū ꝛc. ¶ Consequēter cū dicit. Et cōtuli ꝛc. Agit de ipa collatiōe vbi tria facit. Primo manifestat materiā super quā contulit. Secūdo personas cū quibus cōtulit. Et ter cio causam ppter quā contulit. Materia de qua contulit fuit euangeliū. Et ideo dicit. Contuli cū illis euangeliuz dei ꝛc. Persone cū quibus cōtulit: sunt maiores et excellentiores inter aplos dicens. Seorsum autē cum his ꝛc. Sed causa vtilis ꝛ necessaria. ne scz inuacuū ꝛc. Quantū ad primū dicit. Ascendi hierosolymā vbi contuli cū illis tanquā cum amicis ꝛ paribus euangeliū quod predicauī in gentibus. nō vt addiscerē quia tam doctus eram a xp̄o non vt certificarer quia sic certus sum q̄ si angelus diceret contrariū non crederē vt patet supza primo capi. Sed contuli ppter duo. scilicz ad insinuandā vnitatē doctrine mee cū doctrina alioz apostoloz. 1ᶜ. cozinthio. 1°. Idipm dicatis omnes ꝛc. Contulit ergo cū eis quasi idem verbū cum eis sed nō partes habuit. Itez ad vitandū calumpniam alioz. Apostolus eīm quia nō fuerat conuersatus cuz xp̄o nec edoctus ab apostolis. sed statim post cōuersionez suam incepit p̄dicare ꝛ que erant odiosa iudeis ꝛ speciali ter de vocatiōe gentiū: ꝛ q̄ non debebāt seruari legalia. Sic ergo cōtulit euangeliū. Sed cum quibus hoc fecerit ostendit subdēs. Seorsum autē his ꝛc. Quasi dicat. Nō cum oībus sed cū his qui erant inter alios aliquius auctoritatis ꝛ momēti scz cum petro iacobo ꝛ iohāne ꝛ alijs magnis. Eccl. 9°. Cum sapiētibus ꝛ prudentibus tracta ꝛc. Sed seorsum ꝛc. non q̄ turpia vel falsa cū eis tractaret ac cōferret sicuti heretici faciūt. sed quia sciebat ibi esse iudeos calūpniantes ꝓterea quia de legalib⁹ docuerat. Et ideo ne veritas pateret calūnie cum illis seorsum contulit qui nō calūniarent. Prouerb. 25. Causam tuā tracta cū amico tuo. ꝛ secretū extraneo ne reueles ꝛc. Eccl. 8. Coram extraneo ne facias consiliū ꝛc. Sic ergo patet ꝛ materia collatiōis ꝛ persone. ¶ Sequit causa que fuit scz ne inuacuū cu rerem aut cucurrissem. id est ne reputarer predicasse inutiliter. Vocat autē predicationē suā cursū propter velocitatē sue doctrine. quia in modico tempe a hierusalē vsq̄ in yliricuz ꝛ vsq̄ in hyspaniā predicauit euāgeliū. Unde posset dici de eo illud. ps. Velociter curzrit sermo eius. ꝛ. 2ᶜ. Thessal. 3°. Fratres orate p̄ nobis vt sermo dñi currat ꝛc. Sed nūquid dubitabat q̄ inuacuz curreret. Dicendū est q̄ sibi nō dubitabat sed illis qui bus predicauerat quia nisi ab illis firmiter tenerēt sua doctrina quantū ad illos inuacuū cucurrisset. et ideo noluit conferre cū eis. vt dum scirent auditozes q̄ doctrina sua cozdaret cū doctrina alioz apostoloz et approbāt ab eis firmius eius doctrinā tenerēt. ꝛ quantū ad eos non inuanū curreret. 1ᶜ. cozinth. 9. Ego sic curro nō quasi in incertum. ¶ Consequēter cū dicit. Sed neq̄ tytus ꝛc. Ostendit quid secutū sit ex collatiōe cum aplis habita. Et ponit tria que inde secuta sunt. scz q̄ a sua sentētia non recessit ꝛ q̄ sue doctrine nihil superadditū fuit. ibi. Ab his autē q̄ videbant ꝛc. Tercio q̄ sua doctrina approbata est. ibi. Sed ecōtra cū vidissent ꝛc. Circa primuz duo facit. Primo oñdit q̄ nō recessit a sua sentētia in quodaz ꝑticulari. Scōo ostendit q̄ etiā in nullo alio recessit ab ea ibi. Sed ppter introductos ꝛc. Dicit ergo. Dico q̄ ita cōtuli cum eis de doctrina euangelij q̄ ex hoc secutū est q̄ doctrina mea ꝛ sentētia firma permansit scz de legalibus nō obseruandis scz q̄ gentiles non cogerenē ad seruandū legalia in tantū q̄ neq̄ tytus qui mecū erat cū esset etiā gentilis cōpulsus est ratiōibus eoz circūcidi. sed susceptus est ab apostolis in societatē incircūcisus. Unde tūc data est sententia ab apostolis de legalibus nō obseruandis: sicut habet Act. 15. Ratio aūt quare post passionē xp̄i non debēt seruari legalia assignat a chzysostomo talis. Manifestuz est eīm q̄ instrumentū quod fit de aliqua ꝓmissione seu federe tenet tantū quousq̄ compleat fedus ꝛ ꝓmissio: quibus cōpletis instrumentū predictū in hoc nō tenet. Circūcisio aūt est quoddā instrumentū ꝓmissionis et federis inter deū ꝛ fideles homines. vnde ꝛ abzaā accepit circūcisionem in signū ꝓmissionis. vt dicit Gen. 17°. Et quia xp̄i peracta passione soluta fuit ꝓmissio ꝛ cōpletū fedus. ideo post passionē non tenet nec valet circūcisio. Sic ergo patet q̄ nō recessit a sentētia sua in hoc q̄ permitteret circūcidi tytū. ¶ Consequēter ostendit q̄ in nullo alio etiā recessit ab ea cūpsicit. Sed ppter subintroductos ꝛc. Littera autem ista est diuersa in diuersis ꝛ obscura. ꝛ legit sic. Tu dicis q̄ nō permisisti circūcidi tytū: sed quare nō permisisti? Nōne alibi permisisti tymotheū sicut legit Act. 16. Ad hoc potest sic respondere apls. quia tūc temporis quādo tymotheus fuit circūcisus. indifferē s erat circūcisio. Utrū scz seruarek vel nō: sed modo cū agerek de tyto erat specialis questio de circūcisione quā ego dicebā non debere seruari Unde si permisissē eū circūcidi egomet dixissem questionē ꝛ fuisset tractatū in contrariū vtpote iam determinatā. Et ideo dicit. Dico q̄ nō solum nō permisi ipm circūcidi ab illis quibus neq̄ ad horaz cessimus subiectiōi scz vt gentes subderenē legi. Et hoc ppter subintroductos a dyabolo vel a phariseis falsos fratres. qui se fingūt amicos. 2ᶜ. cozinth. 12. Periculū in falsis fratribus. Qui scz fratres falsi subintroierūt in locū vbi erant apli: latenter explorare. i. ad explorandū libertatē nostrā a peccato ꝛ lege. 2ᶜ. cozint. 3°. Ubi spiritus dñi: ibi libertas. Ro. 8. Non eīm accepistis spiritū seruitutis ꝛc. infra 4. Ut eos qui sub lege erāt redimerez. Quā. s. libertatē habemus in xp̄o iesu. i. per fidem xp̄i. infra. 4. Non estis ancille filij sed libere. Et ad hoc subintroierūt vt in seruitutē legis ꝛ carnaliū obseruantiarū redigerent sicut ante passionē xp̄i quod nō est faciendū. quia fundamētū aliud nemo potest ponere ꝛc. 1ᶜ. cozin. 3. Et hoc vt veritas euāgelij permaneat apud vos Quasi dicat. In nullo cessim⁹ eis ppter hoc ne scz occasionē daremus eis qui sine circūcisione dicebāt vos nō posse saluari. qō est contra veritatē euangelij qō predicaui vobis. Ambro. autē aliter legit Scōm premissa eīm habeē q̄ ideo ad horā non cessit propter subintroductos. Ex quo sequit q̄ nisi fuissent subintroducti falsi fratres cessisset eis de legaliū obseruatione. Et ideo ppter hoc nō fuit quia ppter hoc nō cessisset eis sed ppter ipam veritatē. Ideo dicit Ambro. q̄ littera est falsa ꝛ superfluit ibi neq̄. Unde vult q̄ nō sit ibi neq̄. Et tūc est sensus. Non permisi circūcidi tytū sed tymotheuz permisi circūcidi ppter subintroductos falsos fratres in loco vbi eraz cū tymotheo ꝛ alijs qui subintroierūt ꝛc. Nō cū facere nequiussent populū in seditionē contra nos incitare moliebant. Quib⁹ scz falsis fratribus ppter hoc cessimus ad horā subiectiōi in facto circūcisionis: circūcidendo tymotheū vt veritas euangelij permaneat ꝛc. que habet q̄ nec circūcisio aliquid ofert neq̄ prepuciū: sed fides Fuit autē specialis causa quare tymotheus circūcisus fuit ꝛ nō tytus. quia tymotheus fuit ex patre gentili ꝛ matre iudea: tytus vero ex vtroq̄ parēte gentili. Et sententia apli erat q̄ qui ex aliquo parēte iudeo nati fuerant circumciderenē. qui vero totaliter ex gentilib⁹ parentib⁹ nati essent nullo mndo debeāt circumcidi.

Lectio secunda.

A Bhis autem qui videbanē esse aliquid quales aliquādo fuerint nihil mea interest. Deus eīm personaz hominis non accipit. Mihi enim qui videbantur esse aliquid nihil contulerūt: sed econtra cum vidissent q̄ creditū est mihi euangeliuz prepuciȝ sicut ꝛ petro circūcisionis qui enim operatus est petro in apostolatuz circūcisionis operatus est ꝛ mihi inter gentes: ꝛ cū cognouissent gratiā que data est mihi: iacobus ꝛ cephas ꝛ iohānes qui videbanē columne esse. dextras dederunt mihi ꝛ barnabe societatis: vt nos in gentes: ipi autem in circūcisionē tantū: vt pauperū memores essemus. Quō etiam sollicitus fui hoc ipm facere.

Ostenso q̄ aplus in nullo recessit a sentētia sua in collatione p̄dicta. hic ꝓsequēter ostendit q̄ nihil sue doctrine per alios aplos superadditū fuit. Et circa hoc duo facit. Primo eīm describit conditionē aplorum: nihil ei addere valentiū. Scōo ꝓsequit ꝓpositū ibi. Mihi eīm qui ꝛc. Conditionē aūt illoz describit ex tribus. Primo ex auctoritate quā habebāt in ecclesia que est magna. Et q̄tū ad hoc dicit. Ab his aūt ꝛc. littera defectiua est Unde debet supleri sic. Ab his aūt scz petro ꝛ iohāne. Quasi dicat. Licet ad horā cesserim eis. nihil tū accepi ab eis potestatis vel doctrine. Et si ab his nihil accepit: multo minus ab alijs. Sed notandū est q̄ hoc q̄ dicit. Qui videbant aliquid esse. si hoc intelligat ꝑm gratiā dei que in ipis erat. sic verū est q̄ ꝑm hāc magni erāt. qz quoz iustificauit hos ꝛ magnificauit. vt dicit Ro. 8°. Si vero intelligāt aliqd esse ꝑm seipos. sic falluz est qz ꝑm hoc nihil erant. Nam si ꝑm se aliquid esse viderenē semper fuissent magni. qz qō per se inest semp inest. Unde cū non fuerint semp magni nō ꝑm se videbanē aliquid esse. Scōo describit eoz cōditionē ex statu eoz ante cōuersionē quā habuerūt in synagoga. Et hūc statū caute ostendit fuisse abiectū ꝛ vilem. Unde dicit quales aliqñ fuerāt qz rustici pauperes ydeote ꝛ sine litteris erāt. 1ᶜ. cozint. 1. Non multi sapiētes ꝑm carnē ꝛc. Sed quales fuerint. nihil. i. nō mea interest scz referre. Et hoc forte introducit vt cōsiderantes statū quē

bis ꝛc̄. p̄bat p̄positū experimento sumpto ex pte apli. pos-
sent em̄ dicere q̄ verū est nos recepisse spūmsanctū ex au
ditu fidei. tñ ꝓpter deuotionē quā ad legem habuim⁹ ac
cepimus fidem quā p̄dicabas. Et iō dicit. Non curo q̄c-
quid sit ex parte vestra. tñ illud qō ego feci tribuens vo-
bis ministerio meo spūmsanctū. q̄ operat in vobis virtu-
tes id est inter vos miracula. sed nunq̄d facio hoc ex ope
rib⁹ legis an ex operibus fidei? Non vtiq̄ ex opibus sed
ex fide. Sz nūq̄d aliq̄s pōt dare spūmsanctū. Augu. em̄
15. de trinitate dicit q̄ nullus hō purus spūmsanctū dare
pōt: nec ipsi apli habant. sed imponebāt man⁹ sup hoīes
ꝛ accipiebant spūmsanctū. Quid ḡ est qō hic dicit aplus
de se loquēs qui tribuit vobis spūmsanctū: Rñdeo. dicen
dum est q̄ in datione spūssancti tria p ordinē se habētia
occurrunt. sez spūssanctus inhabitans. donū gratie ꝛ cha
ritatis cum ceteris habitib⁹ ꝛ sacramentū noue legis cu-
ius ministerio dat̄. Et sic pōt ab aliq̄bus tripliciter dari.
Ab aliquo em̄ dat̄ sicut auctoritatē habente ꝛtū ad tria
predicta sez respectu spūssancti inhabitantis respectu do
ni et respectu sacramenti. et hoc modo spūssanctus dat̄ a
solo patre ꝛ filio ſm q eius auctoritatē habent nō quidē
dominij sed originis: qz ab vtroq̄ ꝓcedit. Sz ꝛtum ad
gratiā seu donū. ꝛ ꝛtuz ad sacramēta spūssancti dat etiā
se ſm q̄ datio importat causalitatem spūssancti respectu
donoruz ipsius qz vt dicit aplus. 1. cozin. 12. Ipse diuidit
singulis ꝓut vult. Secundū aūt q̄n datione importat
auctoritas nō potest ꝓprie dici spūmsanctū seipsum dare.
Quātū vero ad sacramenū qō ministerio ministroꝝ ec-
clesie dat̄. pōt dici q̄ sancti p ministeriū sacramentorum
dant spūmsanctum. Et hoc modo hic loquit aplus ſm q̄
tangit̄ in glosa tñ huiusmodi modus nō est ꝛsuetus nec⁹
extendend⁹. Dicit etiaz glo. q̄ facere miracula attribuit
fidei. qz ex hoc q̄ credit que supza naturā sunt supza na-
turam operat̄. Et qz apli predicabāt fidem q̄ quedā rōez
excedentia continebat. ideo oportebat ad eoꝝ credulita-
tem aliq̄ testimonia adducere q̄ missi essent a deo qō ra-
tionē excedit. Sñ xp̄s dedit eis signū suū ad hoc oñdēdū
Est aūt duplex signū xp̄i. Unū est q̄ est oñs oīm. Sñ di-
cit in ꝑ s. Regnū tuum regnū oīm seculoꝝ ꝛc. Aliud est
q̄ est iustificator ꝛ saluator ſm illud Act̄. 4. Non est ali
ud nomen sub celo datū hoib⁹ ꝛc. Dedit ḡ eis duo signa
Unum est q̄ facerent miracula p qō ostenderent q̄ missi
sunt a deo oñi creature. Luc. 10. Dedit eis p̄tātem
ꝛ ꝛtutē sup oīa demonia ꝛc. Aliud q̄ darent spūmsanctū
ministerio p qō ostenderent q̄ missi sunt ab oīm saluato
re Act̄. 8. Tunc imponebant manus sup eos ꝛc. Et tūc
cum imposuisset illis manus paulus spūssanct⁹ venit su-
per illos ꝛc. Et de his duobus modis dicit Heb. 2. Cō-
testante deo signis ꝛ portentis ꝛ varijs virtutib⁹ ꝛ spūs
sancti distributionib⁹ ſm suam voluntatē.

Lectio tertia.

Sicut scriptum est credidit abraam
s deo. ꝛ reputatū ē ei ad iusticiā. Co-
gnoscite ergo qz qui ex fide sunt: hi
sunt filij abrae. Prouidēs aūt scptura. qz ex
fide iustificat gentes deus: p̄nūciauit ab-
raam. qz benedicent̄ in te oēs gentes. igitur
qui ex fide sunt benedicentur cuz fideli abra-
am.

Supza p̄bauit aplus experimento virtutē fidei ꝛ insuffi
cientiam legis: hic vero p̄bat idem p auctoritates ꝛ rati
ones. Et p̄mo p̄bat virtutē fidei in iustificando. Secū-
do in hoc oñdit legi defectū ibi. Quicūq̄ em̄ ex operib⁹
legis ꝛc. Primū aūt p̄bat vtens quodā sillogismo. Sñ
circa hoc tria facit. Primo ostendit minoꝛē. Scdo maio
rem ibi. Prouidens aūt scptura ꝛc. Tertio infert cōclu-
sionem ibi. Igit̄ q̄ ex fide ꝛc. Circa p̄mū duo facit. Pri-
mo ꝓponit quandā auctoritatē ex q̄ elicit minoꝛē. Scdo cō-
cludit eā ibi. Cognoscite ḡ ꝛc. Dicit ergo. Vere iusticia
ꝛ spūssanctus est ex fide sicut scptum est Heñ. 15. ꝛ introducitur Ro. 4. Qꝫ credidit abraam deo ꝛc. Ubi noran-
dum est q̄ iusticia consistit in redditione debiti: homo
autem debet aliquid deo: aliquid sibi et aliq̄d p̄imo.

Sed q aliquid debeat sibi t primo hoc est ppter deum. Ergo summa iusticia est reddere deo qđ suum est. Nam si reddas tibi vel primo quod debes t hoc nō facis ppter deum. magis es peruersus q̄ iustus cum ponas finem in homine. Dei autem est quicquid est in homine et intellectus t voluntas t ipsum corpus. sed tamen quodā ordine. qz inferioza ordinanť ad supioza. t exterioza ad interioza scz ad bonuz anime. supremū aūt in hoīe est mens. Et ideo p̄muz in iusticia hominis est q̄ mens hois deo subdat. t hoc fit p fidez. 2. cozin. 10. In captiuitatē redigētes omnē intellectum in obsequium xpi. Sic ergo dicendum est in omnibus q̄ deus est primū principiū in iusticia. t q̄ deo dat scz summū qđ in eo est subdendo: perfecte est iustus. Ro. 8. Qui spū dei aguńt. bi filij sunt dei. Et ideo dicit. Credidit abzaaz deo id est mentem suā deo p fidem subdidit. Ecc. 2. Crede deo t recuperabit te tc. Et infra. Qui timetis dominū credite illi tc. Et reputatū est ei ad iusticiam id est ipsum credere t ipsa fides fuit ei t est omnibus alijs sufficiēs causa iusticie. t q̄ ad iusticiam reputat ei exterius ab hominib⁹. sed interius a deo qui eos q̄ habent fidem p charitatem operantē iustificat: eis peccata remittendo. Ex hac aūt auctozitate concludit minoz3 ppositionē dicens. Cognoscite ergo tc. Quasi dicat. Ex hoc aliquis dicit filius alicuius q̄ imitat opera eius. si q̄ vos filij estis abzae: opera abzae facite. Jo. 8. Abzaaz aūt non quesuit iustificari p circumcisionē: sed p fidem. ergo t illi q̄ querunt iustificari p fidem sunt filij abzae. Et hoc est qđ dicit. Quia abzaam iustus est ex fide: p hoc q̄ deo credidit. t reputatum est ei ad iusticiā. ergo cognoscite q̄ illi qui ex fide sunt id est qui ex fide credunt se iustificari t saluari: hij sunt filij abzae scz imitatione t instructione Ro. 9. Qui filij sunt p̄missionis estimanť in semine tc. Luc. 19. dicit Zacheo. Hodie huic domui salus a deo facta est. eo q̄ t ipse sit filꝰ abzae tc. Et Matth. 3. Potēs est deus de lapidib⁹ istis id ē de gentilibus suscitare filios abzae: in q̄tum scz facit eos credentes. ¶ Conseq̄nter cū dicit. Prouidens aūt scptura tc. ponit maiorē que scz est q̄ abzae p̄nunciatū est q̄ in semine suo benedicerentur oēs gentes. Et hoc est qđ dicit. Prouidens scptura. Inducens deum loquentē abzae dicit Heñ. 12. Q̄ deus prenunciauit abzae q̄ in te id est in his q̄ ad similitudinē tuā filij tui eruut imitatione fidei benedicenť omnes gentes. Matth. 8. Multi veniūt ab oriente t occidēte tc. ¶ Cōsequenter cum dicit. Ergo q̄ ex fide tc. Infert conclusionem ex premissis. Vñ sic potest formari argumentū. Deꝰ pater nunciauit abzae q̄ in semine suo benedicerenť oēs gentes. Sed illi qui querunt iustificari p fidē sunt filij abrae. ergo q̄ ex fide sunt id est qui querūt iustificari p fidem benedicenť cū fideli id ē credente abzaam.

Lectio quarta.

q Vicūq; em̄ ex operibus legis sunt sub maledicto sunt: scriptum est em̄. Maledictus omnis qui non pmanserit in omnib⁹ que scripta sunt in libro legis: vt faciat ea. quoniā aūt i lege nemo iustificatur apud deum. Manifestū est quia iust⁹ ex fide viuit. Lex autē non est ex fide: sed q̄ fecerit ea viuet in illis.

Supra ostendit aplus virtutem fidei: hic cōsequenter ostēdit defectum legis. Et primo p auctozitatem legis. Secōo p humanā consuetudinē ibi. Fratres sm̄ hoīem dico tc. Circa primū trja facit. Primo ostendit damnū occasionaliter ex lege consecutum. Secundo legis insufficientiam ad ipsum damnū remouendū ibi. Quicūq; aūt in lege q̄. Tertio xpi sufficientiā qua ipsum damnū est remotuz ibi. Christus aūt nos redemit tc. Circa primū duo facit. Primo ponit intentum. Secundo p̄bat ppositū ibi. Scriptum est em̄. Maledictus tc. Dicit ḡ. Quicūq; em̄ tc. Nā qz dixerat q̄ ex fide sunt benedicenť cū sint filij abrae. Posset quis dicere q̄ ppter opa legis t ppter fidez benedicunť. t ideo hoc excludens dicit. Quicūq; ex operibus legis sunt: sub maledicto sunt. Sed contra. Antiq̄ patres fuerunt in operibus legis. ergo sunt maledicti: q̄ sequens damnati qđ est error manichei. Ideo hoc est sic intelligendū. Et attendendū est q̄ aplus nō dicit. quicūq; seruant opera legis sub maledicto sunt. qz hoc est falsuz p tpe legis. Is dicē. Quicūq; sunt ex opib⁹ legis tc. i. q̄litercūq; in opib⁹ legis p̄fidūt t putant se iustificari per ea. sub maledictob sunt. Aliud em̄ ē eē in opib⁹ legis: aliud ē fuare legē. Nā hoc est legē implere. Et q̄ eam implet: nō est sub maledicto. Esse vero in operib⁹ legis est in eis p̄fidere t spem ponere. Et q̄ in eis hoc modo sunt sub maledicto sunt scz transgressionis. Quod q̄dem nō facit lex. qz concupiscentia nō venit ex lege: sed agnitio peccati ad quod p̄oni sumus: p concupiscentiā q̄ legē p̄bibuā. Intum ergo lex cognitionē peccati facit t nō p̄bet auxiliuz contra peccatum: dicunť esse sub maledicto. cum neḡant illud q̄ ipsa opera euadere. Sunt autē quedā opera legis cerimonialia: que in obseruationibus fiebant. Alia sunt opera que p̄tinent ad mozes. de quib⁹ sunt mandata moralia. Unde sm̄ glo. hoc qđ hic dicit. Quicūq; ex operibus legis sunt tc. intelligendum est de operib⁹ cerimonialibus: t nō de moralibus. Vel dicendū q̄ loquit̄ hic apostolus de omnibus operib⁹ tam cerimonialibus q̄ moralibus. Opera em̄ non sunt causa q̄ aliquis sit iustus apd deum: sed potius executiones t manifestationē. t hoc modo iustificatur homo id est iustus ostenditur ex operibus operatis. Vel quantū ad habitū iusticie infusum t hoc modo non iustificatur quis ex operibus: cum habitus iusticie qua homo iustificatur apud deū non sit acquisitus: is per gratiaz fidei infusus. Et ideo signanter aplus dicit. Apud deū. quia iusticia que est apud deū in interiori coꝛde est. iusticia autē que est ex operibus id est que manifestat iustum est apud homines t hoc modo apostolus accipit apud deum. Ro. 2. Nō em̄ auditores sed factores tc. Ro. 4. Si ex operibus abzaam iustificatus est habet gloriā sed non apud deum tc. Sic ergo patet conclusio rationis scilicet q̄ lex iustificare non potest. ¶ Conseq̄nť cum dicit Quia iustus tc. Ponit maiorē que est ex auctozitate scripture. Abacuc. 2. t introducit etiaz Ro. 1. t ad hebre. 10. Circa qđ notandū est. q̄ in homine ē duplex vita. scilicet vita nature: t vita iusticie. Vita quidē nature est per animā. Unde anima a corpore recedente: corpus remanet mortuū. Vita vero iusticie est per deum. Et ideo primū quo deus est in anima hominis est fides ad hebre. 11. Accedentē ad deū oportet credere. Eph. 3. Habitare christum per fidem tc. Et sic dicimus q̄ in anima p̄ia idicia vite apparēt in operib⁹ aie vegetabil' quia aīa vegitabil' ē q̄ p̄io aduēit animali generato vt p̄bus dicit: ita quia primū principiū quo deus est in nobis est fides ideo fides dicitur principiū viuendi. Et hoc est qđ hic dicitur. Justus meus ex fide viuit. Et intelligenduz est de fide per dilectionē operante. Minoz autē ponitur ibi. Lex autē non est tc. Et primo ponit ipsa minoz. Secundo p̄batur ibi. Sed qui fecerit tc. Dicit ergo Lex non est ex fide. Sed contra. lex mādat credere. q̄ sit vn⁹ deus. t hoc pertinet ad fidem. Ergo lex habebat fidem. q̄ autē sit vnus deus mandať Deut. 6. Audi israel: dominus deus tuus tc. Respondeo dicendū est q̄ hic loq̄tur de obseruationibus mandatoꝛ legis sm̄ q̄ lex cōstit in mandatis t preceptis cerimonialib⁹. t dicit q̄ nō est ex fide Fides em̄ vt dicitur hebre. 11. est substātia sperandarum rerum argumentum non apparentiū. Et ideo propheta implet mandatū de fide qui nō sperat ex hoc aliqua presentia t visibilia consequi: sed bona invisibilia t eterna. Lex ergo quia p̄mittebat terrena t presentia vt dicitur Esa. 1. Si volueritis t audieritis me: bona terre comedetis: ideo non est ex fide sed ex cupiditate porꝰ vt ex timore sm̄ illos p̄cipue: qui carnaliter legem seruabant. Aliqui tamē spiritualiter viuebant in lege: is hoc non est ex ea sed ex fide mediatoris. Et q̄ lex non sit ex fide probat cum dicit. Sed qui fecerit ea scilicet opera legis viuet in illis scilicet vita presenti id est imunis erit a morte temporali t conseruabitur in vita presenti. Aliter dico q̄ lex non est ex fide t hoc patet quia qui fecerit tc. Quasi dicat p̄cepta legis non sunt de credendis: sed de faciendis: licet aliquid credendum annunciet. Et ideo virt⁹ eius nō est ex fide sed ex operibus t hoc p̄bat quia dominus quando voluit eam confirmare non dixit qui crediderit: sed qui fecerit ea viuet in illis. Sed noua lex ex fide est. Matth. vltimo. Qui crediderit t baptizatus fuerit tc. Lex tamen est quoddā effigiatū t effectuz ex fide: t ideo comparatur lex vetus ad legem nouaz sicut opera nature ad opera intellectus. Nam in ipsis operibus nature apparent quedam opera intellectus: nō q̄ res naturales intelligant: sed quia agūtur t ordinanť ab intellectu vt finem consequātur. Sic t in veteri lege aliqua continentur que fidei sunt nō q̄ iudei ea p̄zout. erāt fidei haberent: sed habebant ea in figura tantū fidei xpi t protestationē ex cuius fidei virtute saluabant iusti.

Lectio quinta.

Christus autem nos redemit de maledicto legis. fact⁹ p̄ro nobis maledictū. quia scriptum est maledictus omnis qui pendet in ligno. vt in gentib⁹ benedictio abzae fieret in christo iesu vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

c Posito damno a lege illato t defectu legis ab illo eripere non valentis: hic consequenter ostendit virtutē christi ab ipso damno liberantis. Et primo ostendit quomodo per christum ab ipso damno liberamur. Secūdo quo modo etiaz super hoc auxilium a christo acquirimus ibi Et in gentibus tc. Circa primū tria facit. Primo enim ponit liberationis auctozitatē. Secundo liberatiōis modum ibi. Factus p̄ro nobis tc. Tertio testimoniū p̄phēticum ibi. Quia scriptū est tc. Dicit ergo primo. Quicunq; seruabant opera legis erāt sub maledicto sicut dictum est. Nec per legem liberari poterant. Ideo necesse fuit aliquem habere qui nos liberaret: t iste fuit christ⁹. Et ideo dicit Christus redemit nos de maledicto legis Ro. 8. Quod impossibile erat legi tc. Deus mittens filium suū scilicet christū tc. Redemit in q̄ nos scilicet iudeos p̄cioso sanguīe suo Apoc. 5. Redemisti nos in sanguine tc. Esa. 43. Noli timere qz redemi te tc. De maledicto legis id est de culpa t pena. infra. 4. Ut eos qui sub lege erant redimeret. Osee. 13. De morte redimam eos. Modū liberationis ponit cū dicit Factus p nobis maledictū. Ubi notandū est q̄ maledictuz est qđ dicitur malū. Et secundū duplex malū potest dici duplex maledictum scilicet m aledictū culpe t maledictum pene. Et vtroq; modo potest hoc legi duplicit. Factū p̄ro nobis maledictum. Et primo quidem de malo culpe. Nā chri-

ſtus redemit nos de malo culpe. Unꝺ ſicut redemit nos de morte mortuus. ita redemit nos ō maledicto culpe factus maledictum ſcilicet culpe nō quidē ꝙ in eo peccatum eſſet aliquod qui peccatū non fecit nec dolus ꝛc. vt dicitur. 1. Pe. 2. ſed ſm opinionē hominū ꝛ precipue iudeozuꝫ qui reputabant eū peccatorē. Joh. 18. Si nō eſſet hic malefactor non tibi tradidiſſemus eū. Et ideo de hoc dicitur. 2. coz. 5. Eum qui non nouerat peccatuꝫ fecit pro nobis peccatum. Dicit autē maledictum non maledictus. vt oſtendat ꝙ iudei eum ſceleratiſſimū reputabant. Unde dicitur Joh. 9. Non eſt hic homo a deo ꝛc. Et Joh. 10. De bono opere non lapidam⁹ te ſed de peccato ꝛ de blaſphemia. Et ideo dicit. Factus eſt pro nob maledictum in abſtracto Quaſi dicat. Fact⁹ eſt ipſa maledictio. Secundo exponitur de malo pene. Nam chriſtus liberauit nos a pena ſuſtinendo penam ꝛ mortē noſtram. que quidē in nos ꝓuēit ex ipſa maledictione peccati. In ꝙtum ergo hanc maledictionez peccati ſuſcepit pro nobis moriendo dicitur eſſe factus pro nobis maledictum. Et eſt ſimile ei quod dicitur Ro. 8. Miſit deus filium ſuum in ſimilitudinez carnis peccati id eſt mortalis. 2. coz 5. Eum qui non nouerat peccatū ſcilicet chriſtum qui peccatū non fecit deus ſcilicet pater pro nobis fecit peccatum id eſt fecit pati penam. quando ſcilicz oblatus eſt ꝓpter peccata noſtra. ¶ Conſequenter ponit ſcripture teſtimoniū cum dicit Quia ſcriptū eſt. Maledictus omnis ꝛc. Et hoc Deutro. 27. Ubi ſciendū ſcoz gloſam ꝙ in deut. vnde accipitur hoc verbuꝫ tam in noſtris ꝙ in hebreis codicibus habetur. Maledict⁹ a deo omnis ꝛc. quod quidē ſcilicz a deo in antiquis hebreoꝝ voluminibus non habetur vnde credit ꝙ a iudeis poſt paſſionē domini appoſitū ſit ad infamia chriſti. Poteſt autē exponi auctoritas ꝛ de malo pene ꝛ de malo culpe. De malo quidem culpe ſic. Maledictus omnis q̄ pendz in ligno non propter hoc ꝙ pendet in ligno ſed ꝓ culpa ꝓ qua pendet. Et hoc modo chriſtus eſt eſtimatus maledictus in cruce pendens: propter hoc ꝙ maxime tli pena punitus fuit. Et ſecundū hoc continuat ad p̄cedētia Dominus em̄ p̄cepit in deut. vt qui ſuſpenſus fuerit in veſpera deponat. Et rario huius eſt. quia hec pena erat ceteris abiectior ꝛ ignominioſior. Dicit ergo Uere fact⁹ eſt pro nobis maledictū. quia ipſa mors crucis quā ſuſtinuit ſufficit ad maledictionē. qz ſcriptū eſt Maledictus omnis ꝛc. De malo vero pene ſic expoīt. Ꝙm qui ꝛc. Maledictus. quia ipſa pena eſt maledictio ſcilicet ꝙ ſic mortuus eſt. Et eſt maledictus a deo. quia deus ordinauit vt hanc penā ſuſtineret vt nos liberaret. ¶ Conſeqūter cū dicit. Ut in gentibus benedictio ꝛc. Ponit ſpem quam per chriſtū ſuper hoc ꝙ per eū liberamur de malo dicto acquirimus vt dicitur Ro. 5. Non ſicut delictum ita ꝛ donū immo multo magis ſcilicet quia liberat a peccato ꝛ confert gratiā. Primo ergo ponit fructū ꝛ quib⁹ datur dicens. Ut in gentib⁹ benedictio abrae ꝛc. Quaſi dicat. Fructus eſt pro nobis maledictū nō ſolū vt maledictionē remoueret: ſed vt in gentibus q̄ non ſub maledictione legis erant: fieret benedictio abrae ꝓmiſſa Geneſis. 22. In ſemine tuo benedicent⁹ omnes gentes ꝛc. Et hec quidē benedictio facta eſt nobis id eſt impleta ē per chriſtum qui eſt de ſemine abrae. cui dicte ſunt promiſſiones ꝛ ſemini tuo qui eſt chriſtus. vt dicit infra eodem cap. Que quidem benedictio ꝛ fructus ē vt pollicitationem ſpiritus accipiamus id eſt ꝓmiſſiones quas ſpiritusſanctus facit in nobis ſcilicet de beatitudine eterna qui quaſi arra ꝛ pignus nobis traditus ipſam nobis ꝓmittit vt habetur Ephe. 1. ꝛ. 2. coz. 2. Et quidem in pignore datur ad certitudinē. Nam pignus eſt quedā certa ꝓmiſſio de re accipienda. Ro. 5. Non em̄ accepiſtis ſpiritū ſeruitutis ꝛc. ꝛ infra Si filij ꝛ heredes. Uel pollicitationē ſpiritus accipimus id eſt ſpiritūſanctū. Quaſi dicat Accipiamus pollicitationē de ſpirituſancto factaz ſemini abrae Joel. 2. Effundam de ſpiritu meo ꝛc. qa per ſpiritumſanctuꝫ coniungimur chriſto ꝛ efficimur ſemen abrae ꝛ digni benedictione. Secundo oſtendit per quid ꝓueniat nobis iſte fructus dicens: Per fidem. ꝓ quam quidē ꝛ hereditatē eternā acquirim⁹. Ad hebre. 11. Accedentē ad deū oportet credere quia eſt. ꝛ inquirētibus ſe remunerator ſit. Per fidem etiā acquirim⁹ ſpiritūſanctū. quia vt dicit Act. 5. Domin⁹ dat ſpiritūſanctū obedientibus ſibi ſcilicet per fidem.

Lectio ſexta.

Fratres ſm hominē dico tamen hominis confirmatum teſtamētuz nemo ſpnit aut ſuperordinat. Abrae dicte ſunt promiſſiones ꝛ ſemini eius. Non dicit ꝛ ſeminibus quaſi in multis. ſed quaſi in vno. ꝛ ſemini tuo qui eſt chriſtus. hoc autem dico teſtamentū confirmatuz a deo que poſt quadringentos ꝛ triginta annos facta eſt lex. non irritū facit ad euacuandā ꝓmiſſionem. Nam ſi ex lege hereditas iā non ex promiſſione. Abrae autē per reꝓmiſſionem donauit deus.

Poſtq̄ apoſtolus probauit per auctoritates q̄ lex nō iuſtificat: nec ad iuſtificationē que eſt per fidē ē neceſſaria hic conſequenter oſtendit idem per rationes humanas. Et circa hoc quatuor facit. Primo humanā conſuetudinem ponit. Secundo aſſumit promiſſionem diuinā ibi. Abrae dicte ſunt promiſſiones ꝛc. Tertio infert concluſionem ibi. Hoc autē dico ꝛc. Quarto oſtendit cōcluſionem ſequi ex premiſſis ibi. Nam ſi ex lege ꝛc. Dicit ergo Apte quidem ꝓtius locutus ſuz ſm auctoritatē ſcripture non allate voluntate humana ſed ſpirituſancto vt dicitur. 2. Pe. 1. Sed nunc ſm hominē dico ꝛ ſm ea que humana ratio ꝛ conſuetudo habet. Exquo quidē habemus argumentū ꝙ ad conferendū de his que ſunt fidei poſſum⁹ vtī quacūq; veritate cuiuſcūq; ſcientie. Deut. 21. Si videris in numero captiuoz mulierē pulchram ꝛ adamaueris eā voluerisq; habere vxorē. introduces eaz in domū tuā id eſt ſi ſapientia ꝛ ſcientia ſecularis placuerit tibi introduces eā infra terminos tuos que radet ceſariem ꝛc. id eſt reſecabis omnes ſenſus erroneos. Et inſ eſt ꝙ apoſtolus in multis locis in epiſtolis ſuis vtit⁹ auctoritatib⁹ gētiliū. ſicut illo. 1. coz. 15. Corrūpūt bonos mozes ꝛc. Et illud Tit. 1. Cretenſes male beſtie ꝛc. Ut ꝙis huiuſmodi ratiōes vane ſint ꝛ infirme. quia vt dicitur in pſalmo. Dominus ſcit cogitatiōes hominū q̄m vane ſunt. tamē hominis confirmatū teſtamentuꝫ nemo ſpernit aut ſuperordinat. quia nihil humanū tantā firmitatem habet ſicut vltima volūtas hominis: ſperneret autem illud aliquis ſi diceret ꝙ teſtamētū hominis confirmatū in morte teſtatoris ꝛ teſtib⁹ nō valeret Si ergo teſtamētū huiuſmodi nemo ſpernit dicens non eſſe ſeruādum. aut ſperſit aliquid mutādo. multomagis teſtamētum dei nullus ſpernere debet aut ſuperordinare infringendo illud vel addendo vel diminuendo Apocal. vltimo. Si quis apoſuerit ad hec apponet deus ſuper illum plagas ſcriptas in iſto libro. ꝛ ſi quis diminuerit de verbis ꝓphetie huius auferet deus partez ei⁹ ꝛc. Deut.

4. Non addetis ad verbū q̄s vobis loquor: neq; auferetis ex eo ꝛc. ¶ Conſequenter cū dicit. Abrae dicte ſunt ꝓmiſſiones ꝛc. Aſſumit ꝓmiſſionē diuinā abrae factam q̄ eſt qu aſi quoddā teſtamentū dei. Et ꝓto exponit hāc ꝓmiſſionē ſeu teſtamentū. Secundo vero aperit veritatez teſtamenti ibi. Non dicit in ſeminibus ꝛc. Dicit ergo primo abrae dicte ſunt promiſſiones. Quaſi dicat ſic⁹ teſtamentū hominis eſt firmū: ita ꝓmiſſiones diuine firme ſunt. Sed nunquid deus aliquas promiſſiones fecit ante legem? Utiq;. quia abrae qui fuit ante legē ſcilicet ꝙ non falleret deus: dicte id eſt facte ſunt promiſſiōes ꝛ ſemini eius a deo. Sed abrae facte ſunt vt cui erant ꝓplende: ſemini vero vt per quod impleretur. Dicit autē promiſſiones pluraliter: quia ꝓmiſſio de benedicēdo ſemine multa continebat. Uel qz frequenē idem id eſt, eterna beatitudo ſibi ꝓmiſſa eſt. ſicut Geñ. 12. In te benedicētur vniuerſe cognationes terre. Item. 15. Suſpice celū ꝛ numera ſtellas ꝛc. Itē eodē. Semini tuo dabo terram hanc ꝛc. Itē. 22. Benedicā tibi ꝛ multiplicabo ſemē tuum ſicut ſtellas celi ꝛc. Iſte ergo ꝓmiſſiones ſunt quaſi teſtamentū dei. quia eſt quedaz ordinatio de hereditate danda abrae ꝛ ſemini ſuo. Ueritatē autē teſtamenti aperit cū dicit. Non dicit in ſeminibus ꝛc. Quā quidē aperit codē ſpiritu quo teſtamentū conditū eſt. Et hoc patet ex verbis teſtamenti. Non inquit dicit in ſeminibus, q̄ſi in multis id eſt ſicut faceret ſi de multis illud valeret. Iſz in vno q̄s eſt chriſtus. quia ipſe ſol⁹ eſt per quē ꝛ in quo omnes poterunt benedici. Nam ipſe ſolus ꝛ ſingularis eſt qui non ſubiacet maledictiōi culpe: ꝛ ſi maledictio ꝓ nobis dignatus ſit fieri. Unde dicitur in pſ. Singulariter ſum ego ꝛc. Item Nō eſt qui faciat bonū ꝛc. Ecc. 7. Uirū de mille vnum repperi ſcilicet chriſtū qui eſſet ſine omni peccato: mulierē autē ex omnibus non inueni que a peccato omnino immunis eſſet adminus originali vel veniali. Concluſionē autē infert conſequenter cū dicit. Hoc autē dico Teſtamentū ꝛc. Ubi videamus per ordinem quid ſit quod dicit. Dicit ergo ꝙ hoc ꝓmiſit deus abrae ſed hoc eſt teſtamentū ſcilicet ipſa ꝓmiſſio de hereditate adipiſcenda. Jere. 31. Feriam domui iſrael et domui iuda fedus nouū ꝛc. ¶ Confirmatū. Quod ideo ponit vt concordet cū premiſſis. Nā ſupza dixerat. Teſtamentū hominis confirmatū ꝛc. A deo ſcilicet qui promiſit. Et confirmatū dico iureiurādo. Geñ. 21. Per metipſum iurauī ꝛc. Hebre. 6. vt per duas res imobiles quibus impoſſibile eſt mentiri deū ꝛc. Hoc inſ teſtamētum lex non facit irritū. que quidem lex facta eſt ꝛ data a deo per moyſen. Johan. 1. Lex per moyſen data eſt ꝛc. Poſt quadringentos ꝛ triginta ꝛc. Et quaſi exponens quod dixerat ſubiungit. Non irritū facit ad euacuandaz ꝓmiſſionē. Sic em̄ irritū fieret predictuz teſtamentum ſi ꝓmiſſio facta abrae euacuaretur id eſt inuacuū facta eſſz quaſi non ſufficeret ſemen abrae reꝓmiſſum ad gentiū benedictionē. Per chriſtum autē non ſunt euacuate promiſſiones patribus facte ſed confirmate Ro. 15. Dico ieſum chriſtum miniſtrū fuiſſe circūciſionis ad confirmandas ꝓmiſſiones patrum. Et. 2. coz. 1. Quotquot em̄ promiſſiones dei ſunt in illo eſt ꝛc. Hoc autē quod dicitur. Poſt quadringentos ꝛ triginta annos concordat ei qđ habetur Exod. 12. Habitatio filioꝝ qua māſerant in egypto fuit quadringentoꝝ triginta annoꝝ. Et act. 7. Nocutus eſt dominus ſcilicet abrae. quia erit ſemen ei⁹ accola in terra aliena ꝛ ſeruituti eos ſubiſcient annis quadringentis triginta. Sed contra eſt quod dicitur Geñ. 15. Scito ꝓnoſcens ꝙ peregrinū futurū ſit ſemen tuuz ꝛ ſeruitute eos ſubiſcient ꝛ affligent eos ānis q̄dringēt⁹. Reſpondeo dicēdū ꝙ ſi fiat computatio annoruz a ꝓmiſſione facta abrae que legitur Geñ. 12. vſq; ad exitum filioꝝ iſrael de egipto quando data ē lex. ſic ſūt anni quadringenti triginta ſicut hic ſcribitur ꝛ Exod. 12. ꝛ Act. 7. vſq; ad exitum filioꝝ iſrael de egipto quādo data eſt lex. Si autez incipiat cōputatio a natiuitate yſaac de qua legitur Geñ. vicesimoprimo ſic ſunt tātū quadringenti ꝛ quinq; anni. Nam viginti quinq; anni fuerunt a ꝓmiſſione facta abrae vſq; ad natiuitatē yſaac. Abraā em̄ erat ſeptuagintaquinq; annoꝝ quando exiit de terra ſua ꝛ facta eſt ei prima ꝓmiſſio vt habet Geñ. 12. Centenarius aūt fuit quando natus eſt yſaac vt habet ibidē 21. Qui autē a natiuitate yſaac vſq; ad exitū filioꝝ iſrael de egipto fuerunt quadringenti quinq; anni ꝓbat per hoc ꝙ yſaac fuit ſexaginta annoꝝ quando genuit Iacob. vt habetur Geñ. 25. Jacob aūt erat. 130. annoꝝ quādo intrauit egiptum vt habet Geñ. 47. Et ſic a natiuitate yſaac vſq; ad introitū Iacob in egiptū fuerunt. 190. anni Joſeph autē fuit triginta annoꝝ quando ſtetit coram pharaone vt habetur Geñ. 41. ꝛ poſtea tranſierunt ſeptē anni fertilitatis ꝛ duo ſterilitatis vſq; ad ingreſſum Jacob in egiptū vt habet 45. Exit autē Joſeph. 110. annis vt habetur Geñ. vltimo. A quib⁹ ſi ſubtrahant triginta ꝛ nouē anni remanēt ſeptuaginta ꝛ vnus annus Fuerunt ergo a natiuitate yſaac vſq; ad mortē Joſeph ducenti ꝛ ſexaginta vnus annus. Fuerunt autē in egipto filij iſrael poſtm ortē Joſeph. 144. annis. vt raban⁹ dicit in gloſa Act. 7. Fuerunt ergo a natiuitate yſaac vſq; ad exitum filioꝝ iſrael ō egipto ꝛ legē datā. 405. anni Scriptura autē Geñ. 17. non curauit de minutis. Uel poteſt dici ꝙ quito anno yſaac expulſus fuit iſmael ꝛ remanſit ſolus yſaac heres abrae. a quo tempore fuerunt quadringenti anni. ¶ Deinde cū dicit. Nam ſi ex lege ꝛc. Oſtendit quomodo ſequatur ex premiſſis ꝙ lex euacuaret promiſſiones. ſi lex neceſſaria eſſet ad iuſtificationē ſiue benedictionē gentiū. Dicit ergo vere promiſſio euacuaret ſi lex neceſſaria eſſet. Uaz ſi hereditas ſcilicz benedictionis abrae eſſet ex lege iam nō eſſet ex reꝓmiſſione id ē ex ſemine reꝓmiſſo abrae. Si em̄ ſemen promiſſum eſſet ſufficiens ad hereditatē benedictiōis conſequendam non fieret iuſtificatio per legē. Deſtruit autē conſequēs cū dicit Abrae autē donauit de⁹ ꝛc. id eſt promiſit ſe daturū qđ ita certū erat ac ſi ſtatim daret per reꝓmiſſionē id eſt per ſemen reꝓmiſſum. Non ergo eſt ex lege hereditas id eſt benedictio de qua dicitur. 1. Pe. 3. In hoc vocati eſtis vt benedictionē hereditate poſſideatis.

Lectio ſeptima.

Quid igitur lex ꝓpter trāſgreſſionem poſita eſt donec veniret ſemen cui promiſerat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non eſt. deus autē vnus eſt.

Poſtq̄ oſtendit apoſtolus ꝙ auctoritate ſcripture ꝛ conſuetudine humana ꝙ lex iuſtificare non potuit: hic mouet duas dubitationes ꝛ ſoluit. Secunda dubitatio incipit ibi. Lex ergo aduerſus ꝓmiſſa dei ꝛc. Circa primuz tria facit. Primo mouet dubitationē. Secūdo ſoluit ibi Ꝓpter tranſgreſſiones ꝛc. Tertio quoddā in ſolutione poſitum manifeſtat ibi. Mediator autē ꝛc. Poteſt autem eſſe dubiū ex premiſſis: ſi lex iuſtificare non poterat: an eſſet omnino inutilis. ꝛ hanc dubitationem mouet dicens: Quid igitur lex id eſt ad quid lex vtil fuit. Et hāc punctuationez magis approbat auguſtinus vt habet in gloſa ꝙ aliam que ſibi primitus melior videbatur vt diſtinguatur ſic. Quid igitur. Et poſtea dicatur lex ꝓpt

transgressiones ꝛc. Similis dubitatio proponit. Ro. 3. vbi sic dicitur: Quid igitur amplius iudeo ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Propter transgressiones. Soluit dubitationem motā. vbi quattuor facit. Primo propōit legis vtilitatē. Secūdo legis fructū ibi. Donec veniret semē ꝛc. Tertio legis ministros ibi. Ordinata per āgelos. Quarto legis dominiū ibi In manu mediatoris. Circa primū notādū est q lex ver⁹ data est propt quattuor. Ex quattuor ex peccato consecuta que enumerat beda scilicet propter malicia: infirmitatē: concupiscentia: ⁊ ignorantiam Est ergo lex primo data ad reprimendā malicia dū scilicet prohibendo peccata ⁊ puniendo retrahebantur homines a peccato. ⁊ hoc tangit dicens. Propter transgressiones posita est lex. id est ad transgressiones cohibendas. ⁊ de hoc habetur. 1. thi. 1. Justo lex nō est posita sed iniustis. Cuius ratio potest sumi a philosopho in. 4. ethicorum. Homines em̄ bene dispositi ex seipsis mouētur ad bene agendū ⁊ sufficiunt eis paterna mōita. vnde nō indigent lege sed sicut Ro. 2. dicit. Ipsi sibi sunt lex habentes opus legis scriptū in cordibus suis. Sed homines male dispositi indigent retrahi a peccatis per penas Et ideo quantū ad istos fuit necessaria legis positio que habet coartatiua virtutē. Secundo lex data est ad infirmitatem manifestandā. Hominēs em̄ de ruobus plume bant. Primo quidē de scientia. Secundo de potentia. Et ideo deus reliquit hominez absq doctrina legis: tēpore legis nature. In quo dū in errores inciderunt convicta est eoꝝ superbia de defectu scientie. Sed adhuc restabat presumptio de potentia. Dicebant em̄ nō deesse q impleat sed deest qui iubeat. vt dicitur in glosa super illud Exo. 24. Quicquid preceperit dñs faciem⁹ ⁊ erimus obedientes. Et ideo data est lex: que cognitionem peccati faceret. Per legem em̄ cognitio peccati. Ro. 3. Que tamē auxiliū gratie nō dabat ad vitandū peccata: vt sic homo sub lege constitutus ⁊ vires suas experiret ⁊ infirmitatē suā recognosceret inueniēs se sine gratia peccatum vitare non posse. ⁊ sic auidius quereret gratiā Et hec etiaz causa potest ex his verbis accipi vt dicat q lex posita est propter transgressiones adimplendas: quasi illo modo loquendo quo apostolus dicit Ro. 5. Lex subintrauit vt abundaret delictū: quod non est intelligēduz causaliter sed consecutiue. quia lege subintrante abūdauit delictū ⁊ transgressiones sunt multiplicate. dū concupiscentia nondū per gratiā sanata in id quod prohibebat magis exarsit. ⁊ factū est peccatū grauius addita preuaricatione legis scripte. Et hoc deus permittebat vt homines imperfectionē suā cognoscentes quererent medicinā gratiam. Unde signāter dicit. Posita est quasi debito ordine collocata inf legē nature ⁊ legē gratie. Tertio data est lex ad domandā concupiscentiā populi lasciuientis: vt diuersis cerimonijs fatigati neq ad idolatriam neq ad lasciuias declinarent. Unde dicit Petr⁹ Actuū. 15. Hoc est onus qō neq nos ꝛc. Quarto ad instruendum ignorantiā data est lex in figurā future gratie Ex illud Hebre. 10. Umbrā habet lex ꝛc. ¶ Deinde cū dicit Donec veniret semē ꝛc. id est christus de quo pmiserat deus per eū benedicendas omnes gentes. Matthei. 11. Lex ⁊ pphete vsq ad Johannē ꝛc. Gen. 12. In semine tuo ꝛc. Ministri autez legis ponunt cū dicit. Ordinata id est ordinanter data per angelos id est per nuncios dei scilicet moysen ⁊ aaron. Malach. 2. Legē requirent ex ore eius ꝛc. angelus em̄ domini ꝛc. Uel per angelos id est ministros angelorū. Actuū. 6. Accepistis legē in dispositionē angelorū ꝛc. Et est data per angelos. quia lex non debebat dari per filium qui maior est. Hebre. 2. Si em̄ qui per angelos factus est sermo ꝛc. Dicit autē. Ordinata. quia ordinabiliter data est scilicz inter ipsos legis naturalis qua homines conuicti sunt q se iuuare nō poterant: ⁊ tempus gratie. Nam antēq̄ gratiam acciperēt conuincendi erant de lege. Dominus autē legis dicitur christus. Et ideo dicit in manu mediatoris id est in potestate christi. Deut. 33. In dextera eius ignea lex. 1. thi. 2. Mediator dei ⁊ hominū ꝛc. Iste mediator significat⁹ est per moysen: in cuius manu est lex data Deutro. 5. Ego sequester ⁊ medius fui inter deū ⁊ vos ꝛc. ¶ Deinde cū dicit Mediator autē ꝛc. Exponit qō dixit In manu mediatoris quod potest triplicit exponi. Uno modo q mediator non est vnius tm̄ sed duoꝝ. Unō cū iste sit mediator dei ⁊ hominis oportet q sit deus ⁊ homo. Si em̄ esset purus homo vel deus tantū non essz verus mediator Si ergo est verus deus ⁊ nullus est mediator suipsius. potest videri alicui q preter ipsum sunt alij duoꝝ est mediator. ⁊ hoc remouet dicens: q mediator iste ⁊ sī nō est vnius tantū nō propter hoc sunt alij duo sed de⁹ vnus est. quia licet ipse alius sit in psona a deo patre: non ē tamen aliud in natura. Deut. 6. Audi israel dñs de⁹ ꝛc. Eph. 4. Unus dēus ꝛc. Secundo modo quia possz rede q iste esset mediator iudeoꝝ tantū. Ideo dicit. Dico q christus est mediator sed nō vnius scilicet iudeoꝝ sed vnus est omniū id est sufficiens ad oēs reconciliandos deo quia ipse deus est. Ro. 3. Unus de⁹ qui iustificauit ex fide circūcisionē ⁊ prepuciū per fidē ꝛc. 2. coꝝ. 5. Deerat in christo mundū reconciliās sibi ꝛc. Tertio modo quia non est mediator vnius populi tantū scilicet iudeorum sed etiam gentiliū. Ephe. 2. Ipse est pax nostra qui fecit vtraq vnū. Et hoc ex parte gentiū auferendo idolatriam. ⁊ ex pte iudeoꝝ ⁊ observātia legis. Specialiter aūt mediator est filius non pater non spiritussanctus: nihilominus tamen vnus est deus.

Lectio octaua.

Ex ergo aduersus promissa dei absit. Si em̄ data essz lex que possz hominem viuificare vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fide iesu christi daretur credentibus. Prius autē q̄ veniret fides sub lege custodiebamur: conclusi in eaz fidem que reuelanda erat. Itaq lex pedagogus noster fuit in christo vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides iā non sum⁹ sub pedagogo.

Hic mouet apostolus aliā dubitationem. vtrū scilicz lex noceat gratie. Et primo mouet dubitationē dicēs: Lex ergo ꝛc. Quasi dicat Si lex posita est propter transgressiones: nunquid lex facit aduersus promissa dei scilicz vt id quod deus promisit se facturū per semen reprimissus per aliū faciat. Absit. Quasi dicat. Non. Nam. 5. eodez Lex non irritū facit testamentū ad euacuandas promissiones ꝛc. Ro. 7. Lex sancta ⁊ mandatū sanctū. Secundo cū dicit. Si em̄ lex data esset ꝛc. Soluit dubitationē. Et primo ostendit q lex non est contra promissa dei. Secundo q est in obsequiū promissoꝝ ibi. Sed concludit ꝛc. Dicit ergo q licet lex sit posita propter trāsgressores: nō tamen contrariatur promissioni dei. quia transgressiones ipsas remouere non pōt. Si em̄ eas remouereret tūc māsisteſſet esset contra promissa dei. quia iusticia esset p aliuz modū q̄ deus promisit. qz esset p legē ⁊ nō p fidē cuz tū dicat Abacuc. 2. Justus me⁹ ex fide viuit. Ro. 3. Justicia dei est per fidē iesu xpi. Et ideo dicit q si lex esset data talis q posset viuificare: id est tante virtutis esset q possz vitā gratie ⁊ eternā beatitudinē pferre: tunc vere ⁊ nō apparenter iusticia esset ex lege. si lex faceret qō fides facere dicitur. ⁊ sic frustra esset fides. Sed lex non iustificat. qa littera. s. legis occidit vt dicit. 2. coꝝ. 3. Et Ro. 8. Lex em̄ spiritus vite in christo iesu ꝛc. ¶ Deinde cum dicit Sed scriptura conclusit ꝛc. Ostendit q lex nō solū non contrariatur gratie sed est ei etiā in obsequiuz. Et primo ostendit q lex obsequit pmissis dei. Secundo quō hoc obsequium manifestatum est in iudeis ibi. Prius autez q̄ veniret fides ꝛc. Tertio quō gētiles etiā sine lege cōsecuti sunt pmissa dei ibi. Omnes em̄ filij dei estis ꝛc. Circa primū sciendū est q lex obsequitur pmissis dei in generali q̄tū ad duo. Primo qz manifestat peccata. Ro manoz. 3. Per legē cognitio peccati. Deinde quia manifestat infirmitatē humanā. In q̄tū homo nō potest vitare peccatū nisi per gratiā que per legez non dabat. Et sicut ista duo scilicet cognitio morbi ⁊ impotentia infirmi multū inducunt ad querēdū medicū: ita cognitio peccati ⁊ propie impotentie inducunt ad querendū christū Sic ergo lex obsecuta est gratie. in q̄tū p̄buit cognitionē peccati ⁊ experientiā ppie impotentie. Et ideo dicit Scriptura id est lex scripta pclusit id est tenuit inclusos iudeos sub peccato id est ostendit eis peccata que faciebant Ro. 7. Concupiscentiā nesciebā ꝛc. Item conclusit. quia veniente lege sumpserūt occasionē peccati Ro. 11. Conclusit deus omnia in incredulitate ꝛc. Et hoc ideo vt homo quereret gratiā. Et ideo dicit Et pmissio id ē gratia repromissa daret non solū iudeis sed omnib⁹ credentibus. quia illa gratia poterat liberare a peccatis. et hec gratia est ex fide iesu christi. ¶ Deinde cū dicit. Prius autē q̄ veniret ꝛc. Ponit experimentū huius obsequij manifestatū in iudeis. Et primo ponit obsequiū iudeorū Secundo cōcludit quoddā corrolariū ibi Itaq lex pedagogus ꝛc. Dicit ergo si scriptura id est lex scripta detinuit omnia sub peccato. quas vtilitates habebant iudei ex lege anteq̄ veniret fides ex gratia? Rndet ⁊ dicit. Nos iudei ante aduentū fidei custodiebamur sub lege: in q̄tū faciebat nos vitare idolatriā ⁊ mlta alia mala. Custodiebamur in q̄ non sicut liberi: sed quasi serui sub timore. et hoc sub lege id ē sub onere legis ⁊ dominio. Ro. 7. Lex in homine dominat q̄to tēpore viuit ꝛc. Et custodiebamur cōclusi id est seruati ne defluceremus ad vitia: sed ppararemur in eā id est tā bonā fidē q̄ reuelāda erat Esa. 56. Juxta est salus mea et vētat. vt iusticia mea et reuelet. Et dicit reuelanda. quia cū fides excedat oēm humanū ingeniū nō potest per ppriū sensum haberi sed ex reuelatione ⁊ dono dei Esa. 40. Reuelabit gloria dñi ꝛc. Uel in cā fidē que reuelanda erat tēpore gratie in antiquis tēporibus multis signis latens. Unde ⁊ tempore christi velū templi scissum est Matth. 27. ¶ Consequēter cū dicit Lex pedagogus ꝛc. Concludit quoddā corrolariū. Et primo ostendit legis officiū. Secundo officij testationē ibi. At vbi venit plenitudo temporis ꝛc. Officiū autē legis fuit officiū pedagogi Et ideo dicit Lex pedagogus noster ꝛc. Quamdiu em̄ heres non potest consequi beneficiū hereditatis vel propē defectū etatis seu alicuius debite perfectionis: conseruat ⁊ custoditur ab aliquo instructore. qui quidē instructor pedagogus dicit a pedos qō est puer ⁊ goge qō est ductio. Judeis autē promissa erat benedictio futuri seminis de hereditate obsequenda: sed nondū aduenerat tēp⁹ ipsius hereditatis cōsequende. Et ideo necessariū erat q cōseruarent vsq ad tempus futuri seminis ⁊ cohiberent ab illicitis quod factū est p legē. Et ideo dicit Itaq ꝛc. Quasi dicat. Ex q̄ sub lege custodiebamur lex fuit noster pedagogus id est dirigens ⁊ conseruans in xpo id est in viā christi. Et hoc ideo vt ex fide christi iustificaremur. Osee. 11. Puer isr̄l ⁊ dilexi eū. Jer⁹. 31. Castigasti me domine ⁊ erudit⁹ sum ꝛc. Ro. 3. Arbitramur em̄ hominē iustificari per fidem. ꝛc. Et q̄us lex pedagogus noster esset nō tamen ad perfectā hereditatē ducebat. quia vt dicit Hebre. 7. Remisse ad pfectū adduxit lex ꝛc. Sed hoc officiū cessauit postq̄ vēit fides. Et hoc ē quod dicit At vbi vēit fides scilicet christi iam non sum⁹ sub pedagogo id ē sub coactione que non ē necessaria liberis. 1. coꝝ. 13. Cum essem paruulus ꝛc. cum autē factus sum vir ꝛc. 2. coꝝ. 5. Si qua ergo in christo noua creatura vetera transierunt ꝛc.

Lectio nona

Omnes em̄ filij dei sunt per fidē que est in christo iesu. Quicunq em̄ in christo baptizati estis: christū induistis. Non est iudeus: neq grecus: nō est seruus neq liber: non est masculus neq femina. Omnes em̄ vos vnū estis in christo iesu. Si autez vos christi ergo semē abrae estis pmissionē heredes.

Hic ostendit apostolus q̄ ad fructum gratie gentiles sine obsequio legis peruenerunt: ad quē tamē iudei perducti sunt per legis custodiā ⁊ obsequiū. Et circa hoc facit tria. Primo pponit intentū. Secundo manifestat positū ibi. Quicunq em̄ in christo ꝛc. Tertio ex hoc argumentat ibi. Si autē vos xpi ꝛc. Dicit ergo vere nō sumus sub lege id est sub pedagogo ⁊ coactione: quia sum⁹ filij dei. Similiter ⁊ vos sub lege neq sub pedagogo estis quia scilicet ad gratiā peruenistis. Ideo omnes estis filij dei per fidem non per legē Ro. 8. Nō em̄ accepistis spiritū seruitutis scilicet timoris qui debatur in lege veteri: sed accepistis spiritū filiozū scilicet charitatis ⁊ amoris qui datur in noua lege per fidē Job. 1. Dedit eis potestatē filios dei fieri ꝛc. Si ergo filij dei estis per fidem quare vultis esse serui per legis obseruantias? Haz sola fides homines facit filios dei adoptiuos. Nullus siquidem est filiꝰ adoptiuus: nisi vniatur ⁊ adhereat filio naturali Romanozuz octauo. Quos prescisuit conformes fieri ymaginis filij eius ꝛc. Fides em̄ facit nos in xpo iesu filios Ephe. 3. Habitare xpm̄ per fidē in cordibus vestris. Et hoc in christo iesu id est filij dei estis per iesum christū. ¶ Consequenter cū dicit. Quicunq em̄ in christo ꝛc. Manifestat ppositū. Et circa hoc tria facit. Primo pponit ppositi manifestationē. Secundo manifestationis expositionē ibi. Non est iudeꝰ ꝛc. Tertio assignat manifestationis rationē ibi. Omnes em̄ vnū sumus ꝛc. Manifestat aūt circa primuz quō sum⁹ in xpo iesu filij dei Et hoc est q̄ dicit. Quicunq em̄ in christo iesu ꝛc. Nō potest quadruplicit exponi. Uno modo vt dicat. Quicunq in christo iesu baptizati estis id est institutione xpi ad baptismū instructi estis. Marē vltimo Euntes in mundum vniuersum predicate euangeliū omni creature ꝛc. Qui crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit ꝛc. Alio modo Quicunq in christo iesu baptizati estis scilicet per similitudinem ⁊ per configurationē mortis xpi. Ro. 6. Quicunq baptizati sumus in christo iesu in morte ipsius baptizati sumus. Uel in christo iesu. id est in fide iesu christi. Haz baptismus nō fit nisi in fide sine qua effectū baptismi nullum conseq̄mur. Mar. vl. Qui crediderit ⁊ baptizatus fuerit salu⁹ erit ꝛc. Et in xpo iesu. i. in virtute ⁊ opatiōe eius. Job. 41. Sup quē videris spm̄ descendentē hic ē q̄

Explanatio sancti Thome

in epistolam ad Galathas IIII

baptizat Quicūq; & istis quattuor modis baptizati est⁊ christū induistis. Ubi sciendū est q; qui induit aliq; vestē ptegitur ac cōtegitur ea.⁊ apparet sub colore vestis coloze proprio occultato. Eodē modo ⁊ qui induit xp̄m ptegitur ⁊ contegitur a christo iesu contra impugnatiões ⁊ estus ⁊ in eo nihil aliud apparz nisi q̄ christi sunt. Ro. 13. Induite dominū iesum christū. Et sicut lignum accēsum induitur igne ⁊ pticipat eius virtutē: ita ⁊ qui christi virtutes accipit induit xp̄o. Luē vl. Sedete in ciuitate donec induamini virtutē ꝛc. Quod in illis locis habz qui interius xp̄i virtute iformant Ephe. 4. Induite nouum hominē qui s̄m ꝛc. Et nota q; christū aliqui induunt exterius per bonā conuersationē:⁊ interius p spiritus renouationē ⁊ s̄m vtrunq; per sanctitatis configurationē vt tangit in glosa. ¶ Expositionē autē manifestationis ponit cū dicit. Non est iude⁹ ꝛc. Quasi dicat vere viri q; quicūq; in xp̄o iesu ꝛc. quia nihil potest esse in hominibus qđ faciat exceptionē a sacramento fidei xp̄i ⁊ baptismi. Et p̄ōit tres differētias hoīm: ostēdens q; per eas nullus excipitur a fide xp̄i. Prima differentia est q̄tum ad ritū cū dicit Nō est iudeus neq; grec⁹. Quasi dicat Exquo in xp̄o iesu baptizatus est .nō est differētia q; propter hoc sit indignior in fide ex quocunq; ritu ad eaz venerit siue ex ritu iudaico siue greco. Ro. 3. An iudeorum deus tm̄: Nonne ⁊ gentium? Immo ⁊ gentiū. quoniam quidem vnus deus qui iustificauit ex fide circumcisionem ⁊ prepputium per fidem. Et Romanoz. 10. Nō est distinctio iudei ⁊ greci ꝛc. Sed contra quod dicitur Romanoz. 3. Quid ergo amplius est iudeo. Multum quidē per omnē modū. Respondeo dicendum est q; tu dei ⁊ greci possunt considerari dupliciter. Uno modo scz statum in quo erant ante fidem ⁊ sic amplius fuit iudeo propter beneficium legis. Alio modo q̄tuz ad statū gratie ⁊ sic non est amplius iudeo.⁊ de hoc intelligitur hic. Secunda differentia est quantum ad statū ⁊ conditionē cum dicit Non est seruus neq; liber .id est neq; seruitus neq; libertas: neq; nobilitas: neq; ignobilitas differētiam facit ad recipiendū effectū baptismi. Job. 3. Paru⁹ ⁊ magnus ibi sunt ⁊ seruus liber a domino suo. Ro. 2. Non est personarū acceptio apud deum. Tertia differētia est ꝑ tum ad naturā cū dicit . Non est masculus neq; femina. quia sexus nullā differentiam facit quantum ad participandum baptismi effectū Gal. 3. Non est mascul⁹ aut femina ꝛc. ¶ Expositiōis vero rationē ponit cum⁹ dicit. Omnes enī vos vnū estis in christo iesu. Quasi dicat Vere nihil hoz est per quod differētia fiat in christo. quia vos omnes scilicet fideles vnū estis in christo iesu. qui in baptismo omnes estis effecti mēbra christi ⁊ vnuz corpus. ⁊ si inter vos sitis diuersi. Ro. xij. Omnes vnū corpus sumus in christo ꝛc. Ephe. 4. Unū corpus vn⁹ spiritus ꝛc. Ubi autem est vnitas: differentia non habz locum. Pro hac vnitate orat christus Johan. 17. Uolo pater vt sint vnuz ꝛc. ¶ Consequenter cum dicit Si⁊ autem vos estis ꝛc. Arguit ad principale propositum hoc modo. Dixi q; abrae dicte sunt p̄missiones ⁊ semini ei⁹ sed vos estis abrae. ergo ad vos pertinz promissio abrae de hereditate consequenda. Minorem sic probat. Uos estis filij dei adoptiui. quia estis vniti per fidem christo qui est filius dei naturalis. Sed christus est filius abrae in vno semine tuo qui est christus. Ergo si vos estis christi id est in christo estis semen abrae. id est filij: cuz christus filius ei⁹ sit. Et si filij estis ⁊ heredes . id est ad vos pertinet hereditas s̄m promissionem abrae factam. Romanozum nono . Non qui filij sunt carnis hij sunt filij sed qui sunt filij promissionis hij estimantur in semine dei.

Capitulū quartū

D Ico aūt q̄to tēpore heres puul⁹ est nihil differt a seruo: cū sit dom̄in⁹ omniū: sed sub tutoribus ⁊ actoribus est vsq; ad p̄finitum tēpus a patre. Jta q; ⁊ nos cū essemus paruuli sub elemēris mundi eram⁹ seruientes.

Postq; ostendit apostolus legis defectū: hic consequēter ostendit gratie dignitatē. Et primo per exemplū humanū. Secundo per exemplū creature ibi. Dicite mihi qui sub lege vultis esse ꝛc. Circa primū duo facit. Prio ostendit dignitatē gratie primitiue status veteris legis p similitudinē a lege humana sumptā. Secundo ostēdit q; ipsi facti sunt ꝓcipes huius dignitatis p fidem ibi. Q̄m aut̄ estis filij dei ꝛc. Tertio arguit ipos eo q; hāc dignitatē cōtinebant ibi. Sed tunc quidē ignorātes deum ꝛc. Circa primū duo facit . Primo ponit similitudinē. Secundo adaptat eā ad ꝓpositū ibi . Jta ⁊ nos cum essemus ꝛc. ¶ Notandū est aut̄ q; in ꝓposita similitudine quatuor tangit apostolus. Primo quidē dignitatem q; nō est seruus sed heres. Unde dicit . Quanto tēpore heres ꝛc. Quod aptāt ⁊ referēt ad populū iudeoꝝ q̄ fuit heres ꝓmissionis abrae. ꝑs. Elegit nos in hereditatem sibi. Et ad christū qui est heres omniū Hebze. 1. Quem cōstituit heredē vniuersoz . Secundo eius paruitatem. Unde dicit Paruul⁹ est. quia ⁊ iudei paruuli erant sm̄ statū legis Amos. 7. Quis suscitabit Jacob: q; paruulus est? Similit⁊ christus paruul⁹ factus est ꝓ incarnatiōnē. Esa. 9 Paruulus natus est nobis ꝛc . Sed nota q; aplūs aliq̄n̄ assumulat puulo statū legis sicut ꝟ. Alio quando statū ꝓsentis vite. 1. coz. 13. Quando erā paruulus ꝛc. Cuius ratio est. quia status veteris legis est sicut paruulus propter imꝑfectionē cognitiōis in xp̄o ad statū gratie ⁊ veritatis que p christū facta est. Sic ⁊ status ꝓsentis vite: in qua videmus per speculū in enigmate est sicut paruulus comparat⁹ statui future vite: in qua est ꝑfecta dei cognitio. quia videtur sicuti est. ¶ Tertio ei⁹ subiectionē cū dicit. Nihil differt a seruo cū sit dōs omniū. sed sub tutoribus ꝛc. ꝓpriū eñ serui est q; sit subiectus alicui dño. Quer autē q̄diu paruulus est : quia nō habet cognitionē perfectā ⁊ vsuz libere voluntatis propter defectū etatis cōmittitur custodie alioꝝ qui ⁊ bona sua defendant. ⁊ hij dicunt tutores ⁊ negocia agāt: ⁊ hij actores nominant. Et ideo licet sit dominus omniū rerū suaz. tm̄ in q̄tū subijcit alijs nihil differt a ꝙo Esa. 44 Et nunc seruus meus Jacob ꝛc. Sed notandū est q; in populo iudaico ali qui erant simplicit̄ serui. illi scilicet q̄ propt̄ timorē pene ⁊ cupiditatē tē̄poraliuz q̄ lex ꝓmittebat legē seruabant. Aliqui vero erant: qui non erāt serui simpliciter :sed quasi serui exist̄tes: erant vere filij ⁊ heredes . qui licet attenderēt exterius ad tēporalia ⁊ vitarent penas: nihilominus tamen in eis finē nō ponebant sed accipiebant ea vt figurā spiritualiū bonoz. Unde licet viderent nihil exterius differre a seruis: in q̄tuz ceremonias ⁊ alia legis mādata seruabant. tm̄ erāt vnitq; nō ea intentiōe eis vtebant: vt serui. qz illis vtebant amore spiritualiū bonoz que p̄figurabāt Serui vero timore pene ⁊ cupiditate terrene cōmoditatis. Xp̄s erat erā quasi fu⁹ qz licz sit dōs oīm ꝟ illōs p̄s. Dixit dōs dño meo ꝛc. tm̄ nihil videbāt differre a ꝙo ī exteriozib⁹ in q̄tū homo Phil̄. 2. Exinaniuit semetipz formā fui accipiēs ⁊ habitu iuent⁹ vt hō. Sub tutozib⁹ aūt ⁊ actozib⁹ erat: quia sub lege factus erat vt dicit ibi ꝛa eodē. Fact⁹ sub lege. Et hominib⁹ subditus .vt dicit Luce. 2. Erat subdit⁹ illis

asaz ⁊ q̄tū ad corp⁹. Tūc em̄ erit corp⁹ spūale. 1. cor. 15. Seminaꝫ corp⁹ aīale: resurget corp⁹ spūale. Benedictione inq̄ habita in celestib⁹ id ē in celo. Et hoc in christo id est p xpm vel in christo operante. Ipse em̄ est qui conformabit corpus humilitatis nostre ⁊c. Phil. 3. Valde appetenda est benedictio hec. Et ratione efficientis: qz est qui benedicit. Et ratione materie qua nos benedicit Et ratione forme: qz in oīi benedictione spūali benedicit. pš. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominuz. Deinde cum dicit. Sicut elegit nos ⁊c. tangit beneficium electionis: vbi cōmendaꝫ electio ista. qz libera ibi. Sicut elegit nos in ipso. qz eterna ibi. Ante mundi cōstitutionez. qz fructuosa ibi. Vt essemus ⁊c. qz gratuita ibi In charitate. Dicit ergo. ita benedicet nos non nostris meritis: sed ex gratia xpi. sicut elegit nos ⁊ gratis a massa perditionis separandos pordinauit nos in ipso id est p christum. Jo. 15. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos ⁊c. Et hoc ante mūdi constitutionē id est ab eterno anteq̄ fieremus. Ro. 9. Cum nondum nati fuissent ⁊c. Elegit inq̄ non qz sancti essemus: qz nec eramus. sed ad hoc elegit nos vt essem⁹ sancti virtutib⁹ ⁊ imaculati a vitijs. Utrūq; em̄ facit electio fm duas ptes iusticie pō. Declina a malo ⁊ fac bonū. Sancti inq̄ in cōspectu eiꝰ id ē interius in corde vbi ipse solus cōspicit. 1. Reg. 16. Deus autem intuet cor. Vel in conspectu eius id est vt eum inspiciamus: qz visio est tota merces fm augustinū Et hoc fecit non nostris meritis: sed in charitate sua vel nostra que nos formaliter sanctificat. Deinde cum dicit. Qui pdestinauit ⁊c. sub dik tertium beneficiū sc̄z pdestinationis in pordinata associatione cōmunis. Ubi circa pdestinationē implicat sex. Primo actum eternuz ibi Predestinauit. Scōo temporale obiectuz ibi. Nos. Tertio presens cōmodū ibi. In adoptionē ⁊c. Quarto fructum futurū ibi In idipsum. Quinto modū gratuitū ibi. Scōm ppositū ⁊c. Sexto effectū debitū ibi. In laudem glozie ⁊c. Dicit ergo. Qui sc̄z de⁹ pdestinauit nos id est sola gratia preelegit in adoptionē filiozuz id est vt associaremur cuz alijs filijs adoptionis in bonis que habituri sunt. Ideo dicit in adoptionē filiozuz. Ro. 8. Nō em̄ accepistis spūm seruitutis iterum in timore: sed accepistis spūm adoptionis filiozum. Et infra. Adoptionez filiozum expectantes. Quia vero illud qđ fit ignituz: p ignem hoc oportet fieri: qz nihil consequit̄ ptipationem alicuius nisi p id quod est p naturā suam tale. Ideo adoptionem filioꝝ oportet fieri p filium naturalem. ⁊ ideo addit apostol⁹. Per iesum xpm. Et hoc est tertiū qđ tangitur in isto beneficio sc̄z mediator alliciēs. Hal. 4. Misit deus filium suū factum ex muliere factum sub lege vt eos qui sub lege erant rediment: vt adoptionem filiozū reciperemus. Et hoc in idipsum id est inquantū ei cōformamur ⁊ in spū seruimus. 1. Jo. 3. Videte qualē charitatem dedit nobis deus vt filij dei nominemur ⁊ simus. Et sequit̄ ibidem. Et scimus quoniā cum apparuerit similes ei erim⁹. Ubi notandū est q̄ duplex ē similitudo predestinatoꝝ ad filium dei. Quedā impfecta que est p gratiam. ⁊ dicit impfecta Primo quidē quia solum est fm reformationē anie de qua Col. 3. Reformamini spiritu mentis vestre ⁊ induite nouum hominē ⁊c. Secundo qz etiaz fm animā habet quandā imperfectionē. Ex parte em̄ cognoscimus vt dicit. 1. cozin. 13. Alia vero similitudo erit perfecta que erit in glozia ⁊ quantū ad corpus. Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostre cō figuratum ⁊c. Et fm animā. qz cum venerit quod pfectū est eua cuabit quod ex parte est. 1. cozin. 13. Q̄ ergo dicit apostolus q̄ predestinauit nos in adoptionē filiozum potest referriꝛ ad impfectam assimilationez filij dei que habetur in hac vita p gratiam: sed melius est q̄ referaꝫ ad pfectam filij dei assimilationem que erit in patria. de qua adoptione dicit̄ Ro. 8. Ingemiscimus adoptionez filiozum dei expectantes. Causa predestinationis diuine nō est necessitas ex parte dei: nec debitum ex parte pdestinatorum: sed magis est fm ppositum voluntatis sue. In quo quarto cōmendaꝫ illud beneficium: quia ex amore puro puenient. qz predestinatio fm rationem p̄supponit electionē: ⁊ dilectio dilectionē. Dupler tamē hic causa huius beneficij immensi assignaꝫ. Una efficiens que est simplex dei voluntas ibi. Scōm ppositū voluntatis sue Ro. 9. Cuius vult miserē: ⁊ quez vult indurat Jac. 1. Voluntarie enim nos genuit verbo veritatis sue. Alia vero causa est finalis que est vt laudemus ⁊ cognoscam⁹ bonitatē dei que notaꝫ ibi. In laudē glorie gratie sue. Et hoc iterū est a quo cōmendaꝫ istud excellens beneficium sc̄z seruitium sibi conueniēs. Causa enim diuine predestinationis est voluntas mera dei. finis vero cognitio eius bonitatis. Unde notanduz est q̄ dei voluntas nullo modo habet causam: sed est pma causa omniū. Nihilominus tamē potest ei aliqua ratio assignari dupliciter sz. Vel ex parte volentis. ⁊ sic quedam ratio diuine voluntatis est eius bonitas que est obiectum voluntatis diuine ⁊ mouet eam. Unde ratio, omnium eozum que deus vult est diuina bonitas. puer. 16 Uniuersa ppter semetipsum operatus est deus. Ex parte autem voliti ratio diuine voluntatis potest esse aliqō esse creatū: sicut duz vult cozonare petrum: qz legittime certauit. sed hoc non causa volendi: sed est causa q̄ ita fiat. Sciendū tamē est q̄ effectus sunt ratio voluntatis diuine ex parte voliti: ita sc̄z q̄ effectus prior sit ratio vl teriozis. sed tamē cum venitur ad primū effectum nō potest vltra assignari aliqua ratio illius effectus nisi voluntas diuina: puta deus vult hominē habere manū vt seruiat rationi. ⁊ hominē habere rationē. qz voluit eum eē hominē. ⁊ hominē esse voluit̄ ppter perfectionē vniuersi. Et quia hic est primus effectus in creatura non potest assignari aliqua ratio vniuersi ex parte creature: sz ex parte creatozis que est diuina voluntas. Ergo fm hunc modum nec pdestinatiōis potest ex parte creature ratio aliqua assignari. sed solum ex parte dei. Nam effectus predestinationis sunt duo: sc̄z gratia ⁊ glozia. Effectuū aūt qui ad gloziam ordinanē potest quidē ex parte voliti assignari ratio sc̄z gratia. puta petrum cozonauit quia legittime certauit. ⁊ hoc qz fuit firmatus in gratia. sed gratie que est primus effectus non potest aliqua ratio assignari ex parte hominis q̄ sit ratio pdestinationis: quia hoc esset ponere q̄ principium boni operis sit in homine ex seipso ⁊ non p gratiam quod est heresis pelagiana que dicit principiuz boni operis esse ex parte nostra. Sic ergo patet q̄ ratio predestinationis est simplex dei voluntas. quod dicit apostolus fm ppositum voluntatis sue. Qualiter autem intelligaꝫ q̄ deus omnia facit ⁊ vult ppter suam bonitatem. sciendū est q̄ aliqua operari ppter finem potest intelligi dupliciter. Vel ppter finem adipiscendum. sicut infirmus accipit medicinam ppter sanitatem. Vel ppter amorē finis diffundendi sicut medicus operatur ppter sanitatem alteri cōmunicandam. Deus autē nullo exteriori se bono indiget. scōm illud pš. Bonorum meorum non indiges. Et ideo cum dicit̄ q̄ deus vult ⁊ facit omnia ppter bonitatem suam: non intelligiꝫ q̄ faciat aliquid ppter bonitatem sibi cōmunicandam. sed propter bonitatem in alios diffundendaz. Cōmunicaꝫ autem diuina bonitas creature rationali, prie. vt ipsa rationalis creatura eam cognoscat. Et sic oīnia que deus in creaturis rationalibus facit creat ad

Explanatio sancti Thome in epistolam ad Ephesios.I.

laudem ⁊ gloria suam. sm illud Esa. 43. Omnem qui inuocat nomen meum in gloriam meam creaui eum. vt scz cognoscat bonitatem: ⁊ cognoscendo laudet eam. Et ideo subdit apostolus: In laudem glorie gratie sue. id est vt cognoscat quantū deus sit laudandus ⁊ glorificandus. Non dicit autem. in laudem iusticie. Nam iusticia ibi locum habet vbi inuenit debitū vel etiam redditur. qō autem predestinat ad vitam eternam non est debitus vt victum est. sed gratia pure gratis data. Nec solum dicit glorie: sed addit gratie q̄si gloriose gratie que est gratia in qua ostendit magnitudo gratie que consistit etiam in magnitudine glorie ⁊ in modo vandi. quia nullis meritis precedentibus: sed adhuc immeritis existentibus eam dat. Unde Ro. 5. Cōmendat autem deus suā charitatem in nobis. quoniam si cum adhuc peccatores essemus christus pro nobis mortuus est ⁊c. Et parū post Cū inimici essem⁹ reconciliati sum⁹ deo. ℙatet ḡ ex p̄destinationis diuine nulla alia causa est nec esse pōt q̄ simplex dei volūtas. Eñ patet etiā q̄ diuine volūtatis p̄destinatj nō ē alia rō q̄ diuīa bonitas filijs cōmūicāda.

Lectio secunda.

In qua gratificauit nos in dilecto filio suo in quo habem⁹ redemptionez per sanguinem eius remissionē peccatoz scom diuitias gr̄e eius.

Hic ponit apostolus quartum beneficium presentis scz gratie. Circa quod facit duo. ℙrimo tangit hui⁹ beneficij collationem. Secundo ostendit conferendi modum ⁊ conditionem ibi. In quo habemus redemptionez ⁊c. Dicit ergo primo. Ego dico q̄ predestinati sum⁹ in adoptionem filiorū in laudem glorie gratie sue. ⁊ dico gratiam in qua gratificauit nos ⁊c. Circa quod sciendum ē q̄ idem est aliquid esse gratum alicui ⁊ esse dilectum ei. Ille enim est mihi gratus quez diligo. Cum ergo deus dilexerit nos ab eterno nam elegit nos ante mundi constitutionem in charitate sicut dictum est. quomodo ergo in tempore gratificauit? Et dicendū est q̄ illos quos ab eterno in seipso dilexit in tempore: put sunt in naturis ꝓprijs gratificat. ⁊ illud quidē quod ab eterno est factū non est. quod vero in tempore est fieri dicit. Unde dicit hic apostolus. Gratificauit id est gratos fecit q̄ simus digni dilectione sua. 1. Jo. 3. Videte qualem charitatē dederit nobis deus pater: vt filij dei nominemur ⁊ simus. Consueuit autē distingui duplex gratia: scz gratis data que sine meritis datur Ro. 11. Si autē gratia iam non ē ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia. Et gratia gratum faciens que nos facit deo gratos ⁊ acceptos de qua dicit hic. Notandum est autem q̄ aliqui diligūtur ꝓpter alium: ⁊ aliqui ꝓpter seipsos. Cum enim aliquem multum diligo: diligo illum ⁊ quicquid ad illum ptinet. nos autem a deo diligimur sed non ꝓpter nosipsos. sed in eo qui per seipsum dilectus est patri. Et ideo apostolus addit. In dilecto filio pro quo scz nos diligit inquantū sumus ei similes. Dilectio enim fundat̄ super similitudine. Unde dicit Ecc. 13. Omne animal diligit sibi simile. Filius autem est per naturā suam similis patri. Et ideo principaliter ⁊ per se dilectus est. ⁊ ideo naturaliter ⁊ excellentissimo modo est patris dilect⁹. Nos autem sumus filij ꝑ adoptionem inquantū scz sumus cōformes filio eius. Et ideo quandā participationē diuini amoris habemus. Jo. 3. ℙater diligit filiū ⁊ omnia dedit in manu eius. qui credit in filium habet vitam eternam. Col. 1. Transtulit nos in regnum filij dilectionis sue. ¶ Deinde cum dicit. In quo habemus redemptionem ⁊c. ℙonit modum ipsius. Circa hoc autem duo facit. Quia primo ꝓponit modum ex parte christi. Secundo ex parte dei ibi. Scom diuitias gratie eius ⁊c. Ex parte xp̄i ponit duplicem modū. nam xp̄s ꝑ duo nos gratificauit. Sunt eñ duo in nobis que repugnant gratificationi diuine. scz peccati macula: ⁊ pene noxa. Et similes repugnat vite. peccatum autez repugnat iusticie: ita vt ꝑ hoc elongati a dei similitudine deo grati non essemus. Sed ꝑ xp̄m nos gratificauit. ℙrimo quidē ablata pena. ⁊ quantū ad hoc dicit q̄ in xp̄o habemus redemptionem scz a seruitute peccati. 1. ℙe. 1. Non eñ auro ⁊ argēto redempti estis: sed preciosō sanguine ⁊c. apoc. 5. Redemisti nos deo in sanguine tuo. Secundo dicimur redempti: qz a seruitute in qua ꝑpter peccatū detinebamur: nec ꝑ nos plene satisfacere poteramus ꝑ xp̄m liberati sumus: qz moriendo ꝑ nobis satisfecit deo patri ⁊ sic abolita est noxa culpe. Unde dicit. In remissionez peccatorum. Jo. 1. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Luc. vltimo. Oportebat xp̄m pati ⁊ resurgere a mortuis die tertia ⁊ ꝓdicari in nomine eius penitentiam ⁊ remissionem peccatorū. ¶ Modus autē ex parte dei ponit cum dicit. Scom diuitias. ⁊c. Quasi dicat q̄ deus gratificans nos non solum culpam remisit nobis: sed filium suum dedit qui ꝑ nobis satisfecit. fuit et superabūdanti gratia qua voluit ꝑ hoc bonorem humane nature conseruare: dum quasi ꝑ iusticiam homines a seruitute peccati ⁊ mortis voluit liberare ꝑ mortem filij sui. Et ideo dicit. Scom diuitias gratie eius. Quasi dicat. Hoc q̄ redempti sumus ⁊ gratificati sumus ꝑ satisfactionem filij eius fuit ex abūdanti gratia ⁊ misericordia ꝑ ut immeritis tribuit misericordia ⁊ miseratio. Hec autē que dicta sunt ꝓsecuti sumus sm expositionem glose que quidem expositio videt extorta: quia idem connotatur in vno quod in alio. Nam idem est dictū elegit nos: ⁊ ꝓdestinauit nos. Et idem dicit ꝑ hoc q̄ dicit. vt essemus sancti ⁊ immaculati. Et ꝑ hoc q̄ dicit in adoptionem filiorum. ℙropter qō sciendum est q̄ est consuetudo apostoli vt cum loquit̄ in aliqua difficili materia que immediate sequunt̄ sunt premissorum expositio. nec est ibi inconculcatio verborum: sed expositio. ⁊ hunc modū seruat hic apostolus. Unde seruato eodem verborum pondere aliter a principio diuidamus ⁊ dicam⁹ q̄ pars ista. Benedictus deus ⁊c. diuidit primo in tres partes. quia aplūs ꝑmo reddit gratiarū actionē ibi. Benedictus deus ⁊c. Secundo recitat omniū beneficiorū simul largitionē ibi. Qui benedixit nos in oñi benedictione spirituali ⁊c. Tertio ponit diuinorū beneficiorum in speciali aptam expressionem ibi. Sicut elegit ⁊c. Et hec diuidit in duas partes. qz primo beneficia distincte exprimit. Secundo ea exponit ibi. Qui predestinauit nos ⁊c. Explicat autē beneficia ℙrimo quantū ad electionē. Secūdo quantū ad ea que sequunt̄ ibi. Ut essem⁹ sancti ⁊c. Exponit autē ꝑmo de electione. Est eñ duplex electio. scz presentis iusticie Jo. 6. Nōne duodecim vos elegi ⁊ vnus ex vobis diabolus est. Et de hac aplūs nō intendit hic. qz ista non fuit ante mundi constitutionē. ⁊ ideo statim manifestat de qua intelligit: qz scz de eterna predestinatione ꝓpter qō dicit. ℙredestinauit nos ⁊c. Et qz dixit in xp̄o scz vt xp̄o essemus similes ⁊ conformes sm q̄ adoptamur in filios. ideo subdit. In adoptionē filiorū ꝑ iesum xp̄m. Hoc vero q̄ dixit. In charitate exponit cū dicit. In q̄ habemus redemptionem ꝑ sanguinem eius. Quasi dicat. Nos habemus ⁊c. Quod vero dicit Et immaculati exponit cū dicit. In remissionē peccatorum. Hoc vero q̄ dicit. In conspectu eius. exponit̄ a cens: In laudē glorie gratie sue.

gratia gratis data cum meritis dat, gratum facit

Lectio tercia.

Me superabūdauit in nobis in omni sapientia ⁊ prudentia: vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis sue scom beneplacitum eius quod ꝓposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in xp̄o que in celis ⁊ que in terra sunt in ipo.

Positis beneficijs cōmuniter omnib⁹ collatis: hic apostolus ponit beneficia specialiter apostolis collata. Dividit autē hec pars in duas. quia primo ꝓponit beneficia singulariter apostolis collata. Secūdo ostendit causam eoz. ibi. In quo ⁊ nos sorte vocati ⁊c. Circa primū tria facit. quia primo ꝓponit singularia apostoloz beneficia quantū ad excellentiā sapientie. Secūdo quantuz ad specialē reuelationē sacramenti abscōditi. ibi. Ut notum faceret ⁊c. Tercio exponit quod sit illud sacramentū ibi. Scom beneplacitū ⁊c. Dicit ergo primo. Dico q̄ scom diuitias gratie eius omnes fideles cōmuniter tam vos q̄ nos habemus redemptionē ⁊ remissionē peccatorū ꝑ sanguinē xp̄i. que quidem gratia abūdauit in nobis. id est abundantius fuit q̄ in alijs. Ex quo apparet temeritas illoz vt non dicam erroz qui aliquos sanctos ꝓsumūt comparare apostolis in gratia ⁊ gloria. Manifeste eñ patet ex verbis istis q̄ apli habent gratiā maiorem q̄ aliqui alij sancti post xp̄m ⁊ virgine matrem. Si vero dicat alios sanctos tantū mereri posse q̄tuz ⁊ apostoli meruerūt ⁊ per consequens tantam gratiā habere. Dicendū est q̄ bene argueret si gratia ꝓ meritis daretur quia si ita esset iam nō esset gratia vt dicit. Rom. 11. Et ideo sicut deus ꝓordinauit aliquos sanctos ad maiorem dignitatē ita ⁊ abundantiorē gratiā eis infudit sicut xp̄o homini: quē ad vnitatē persone assumpsit contulit gratiā singularē. Et gloriosam virginē mariā quaz in matrē elegit: ⁊ quantū ad aiam ⁊ quantū ad corpus gratia impleuit. Et sic apostolos sicut ad singularē dignitatē vocauit: ita ⁊ singularis gratie ꝑiuilegio dotauit. ꝓpter quod dicit aplūs Rom. 8. Nos ꝑ primitias spiritus habētes. Glo. Tempore ꝓius ⁊ ceteris abundantius. Temerariū est ergo aliquē sanctū apostolis cōparare. Superabūdauit ergo gratia dei in apostolis in omni sapiētia. Nam apostoli ꝓpositi sunt ecclesie sicut pastores. Jere. 3°. Dabo vobis pastores scom cor meū et pascent vos scientia ⁊ doctrina. Quo autē spectant ad pastores. scz vt sint sublimes in cognitiōe diuinoz ⁊ industrij in actione religionis. Nam subditi instruendi sunt in fide ⁊ ad hoc necessaria est sapiētia que est cognitio diuinoz. ⁊ quantū ad hoc dicit. In omni sapiētia. Luce. 21. Ego dabo vobis os ⁊ sapientiā cui non poterūt resistere nec cōtradicere omnes aduersarij vestri. Item gubernādi sunt subditi in exteriozibus ⁊ ad hoc necessaria est prudētia. Math. 10. Estote ergo ꝓudentes ⁊c. Sic ergo apparet beneficiū apostoloz quantū ad excellentiā sapientie. ¶ Sequit eozum beneficiū quantū ad excellētiam reuelationis. ibi. Ut notū faceret sacramentū ⁊c. Quasi dicat. Sapiētia nostra nō est vt sciamus naturas rerum ⁊ syderū cursus ⁊ huiusmodi: sed in solo xp̄o. 1ª. cozinth. 2°. Non eñ iudicaui me scire aliquid inter vos nisi xp̄m iesum ⁊c. Unde hic dicit. Ut notū faceret sacramentū. id est sacrū secretū. scz mysteriū incarnationis qō fuit ab initio abscondituū. Causam autē huius sacramenti absconditi subdit dicēs: Uolūtatis. Nam effectus futuri nō cognoscunt̄ nisi cognitis causis suis sicut eclipsiz futurā non cognoscimus nisi cognoscēdo causam eius. Cum ergo causa mysterij incarnatiōis sit voluntas dei: quia ꝓpter nimiā caritatē quā deus habuit ad homines voluit incarnari. Jo. 3. Sic eñ deus dilexit mūdum vt filiū suū vnigenitū daret. Voluntas autē dei occulti sima est. 1ª. cozint. 2°. Que dei sunt nemo nouit nisi spūs dei. Causa ergo incarnatiōis occulta fuit nisi quibus deus reuelauit per spiritū sanctū sicut apostolus dicit. 1ª. cozinth. 2°. Dicit ergo vt notū faceret sacramentū. id est sacrū secretū quod ideo est secretū quia volūtatis sue. Mat. 11. Confiteor tibi dñe pater celi ⁊ terre qz abscondisti hec a sapiētibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelasti ea paruulis. Item col. 1. Mysteriū quod absconditū fuit a seculis ⁊ generatiōibus. nunc autem manifestatū est sanctis eius q̄bus voluit deus notas facere diuitias glorie sacramēti huius. ¶ Quid aūt sit hoc sacramentū ex ponit dicens: Scom beneplacitū ⁊c. Que quidē sententia intricata est. ⁊ debet sic construi. Ut notū faceret ⁊c. Quod quidē sacramentū est instaurare omnia in xp̄o. i. per xp̄m. Omnia dico que in celis ⁊ que in terris sunt. Instaurare in q̄ in eo scz xp̄o cum dispensatōe plenitudinis temporū. ⁊ hoc scom beneplacitū eius. Ubi tria tangit. scz sacramēti causam. temporis congruitatē. ⁊ sacramenti vtilitatē. Causam quoddāmodo tangit cū dicit. Scom beneplacitū. Licet autē quicquid deo placet bonū sit: hoc tamen beneplacitū dei antonomastice bonū dicit. quia per ipm ad perfectaz fruitionē bonitatis perducimur. ps. Beneplacitū est domīo super timentes eū Rom. 12. Ut probetis que sit volūtas dei bona ⁊ beneplacens ⁊ perfecta. Congruitas temporis fuit in dispensatōe plenitudinis de qua dicit Gal. 4. Ubi venit plenitudo temp⁹ misit deus filiū suū factū ex muliere. Unde apostol⁹ hic excludit questionē friuolā quā gentiles querere consueuerūt. vt enim dicit Job. 24. Ab omnipotēte non sunt abscondita tempa. Unde sicut omnia ordinat ⁊ dispensat: ita ⁊ tempora dispensando ⁊ accomodando ea effectibus quos ꝓducit scom congruentiā eorū sicut autē alijs effectibus ab eo ꝓductis tempora ordinata sunt: ita ⁊ certū tempus ꝓordinauit ab eterno mysterio incarnatōis. quod quidē tempus scom glo. existens fuit post q̄ homo cōiunctus fuit deo sua insipiētia ante legem scriptā. dum scz creaturas colebat vt creatorē. vt dicit. Ro. 1. Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt. Et de potētia per legē scriptā quam implere nō poterat vt sic homines aduentū xp̄i de sua sapiētia et virtute nō presumentes nō contemnerēt: sed quasi infirmi ⁊ quodāmodo ignari ipm auidius affectarēt. ¶ Et effectus huius sacramēti est instaurare omnia. Nam inquantū facta sunt ꝓpter hominē omnia restaurari dicunt. Amos. 9. Suscitabo tabernaculū dauid qō cecidit et reedificabo aperturas muroz eius. ⁊ ea que corruerant instaurabo. Omnia in q̄ que in celis. id est angelos. nō q̄ ꝓ angelis mortuus sit xp̄us: sed quia redimēdo hominē remite grā ruina angeloz. ps. Implebit ruinas ⁊c. Ubi cauēdus est erroz ozigenis ne per hoc credamus angelos dānatos redimendos esse per xp̄m vt ipse finxit. Et que in terris inquantū celestia terrenis pacificat. Col. 1. Pacificās per sanguinē crucis eius sive que in terris sive que in celis sunt. Quod est intelligendū quantū ad sufficientia. ⁊ si oia non restaurent quantū ad efficatia. nota

Dñs redemptor angelorum fuit, cum pro eis mortuus fuit

Lectio quarta.

In quo etiam nos sorte vocati sum⁹ predestinati scom ꝓpositum eius qui operatur omnia scom consilium voluntatis sue: vt simus in laudem glorie eius nos qui ante speranimus in xp̄o.

Supra posuit apostolus abundantiã gratie quã ipse et alij apostoli a xpo receperũt. ne aũt crederet aliquis eos ꝓprijs meritis eam recepisse: ideo cõsequenter ostendit q̃ gratis eam receperũt vocati a deo non ꝓpriis meritis. Diuidit autem pars ista in tres. quia primo ꝓponit gratuitã vocationẽ. Secũdo voluntariã dei predestinationẽ. ibi. ¶Predestinati scõm propositũ eius ꝛc. Tercio vtriusq̃ finem ibi. Vt simus in laudẽ glorie eius ꝛc. Dicit ergo. Dixi q̃ huiusmõi gratia superabũdauit in nobis ꝛ q̃ in xpo omnia restaurata sunt. In quo etiã. id est per quem xpm nos sorte sumus vocati. id est nõ nostris meritis sed diuina electiõe Col. 1. Hzatias agentes deo ꝛ patri qui dignos nos fecit in partẽ sortis sanctoꝝ in lumine ꝛc. ps. In manibus tuis sortes mee. ¶Ad huius autẽ intellectũ sciendũ est q̃ multa fiunt inter homines que fortuita videnẽ et contingentia que tamẽ sunt scõm diuinã ꝓuidentiã ordinata. Sors nihil aliud est q̃ ex quisitio ꝓuidentie diuine de aliquo cõtingenti ꝛ humano. Vnde augusti. super illud ps. In manibus tuis sortes mee dicit q̃ sors non est aliq̃ malũ sed in rebus humanis diuinã exquirens voluntatẽ. Est autem in sortibus triplex peccatũ vitandũ. ¶Primũ quidem superstitiõis. nam omnis vana ꝛ illicita religio superstitio est. Tunc ergo in sortibus incurrit peccatum illicite superstitiõis quãdo in eis initi aliquod pactum cũ demonibus. Vnde dicit. Ezech. 21. Stetit rex babilonis in biuio. in capite duarũ viarum diuinationẽ querens cõmiscens sagittas interrogauit ydola. exta cõsuluit. Commiscere eñ sagittas ad sortilegiũ pertinet ꝛ interrogare ydola ad superstitionẽ. Et ibi sortilegiũ damnat inter peccata ad superstitionẽ pertinentia. Secũdo vitandũ est peccatũ tẽptatiõis dei. nam quãdiu per se homo aliquid potest facere ꝛ scire quid debeat facere. si tũc a deo sorte vel aliquo alio tali exploret quid facere debeat: deũ temptat. Quãdo autẽ necessitas imminet neq̃ ipe per seipm iuuari potest tũc licite a deo inquirit quid facere debeat. 2 ¶Paral. 20. Cũ ignoremus quid agere debeamus: hoc solũ habemus residuũ vt oculos nostros dirigamus ad te. Tercio vitandũ est peccatũ vanitatis: quod fit si de inutilibus et impertinẽtibus ad nos inquiramus: puta de futuris cõtingentibus. Vnde dicit Actu. 1. Non est vestrũ nosce tempa vel momenta que pater posuit in sua potestate. ¶Potest ergo scõm hoc triplex sors accipi. scz quedã diuisoria. quedã cõsultoria. ꝛ quedã diuinatoria ¶Diuisoria est cũ aliqui diuidentes hereditatẽ ꝛ concordare nõ valentes mittũt sortes. puta anulũ vel quartã: vel aliquod tale dicentes: ille cuicũq̃ euenerit habebit partẽ istam in hereditate. Et huiusmodi sortes possunt mitti licite. ¶Prouerb. 18. Contradictões cõpiimit sors ꝛ inter potẽtes quoꝝ vijudicat. id est inter volentes diuidere. Consultoria autẽ fit quãdo quis dubitans q̃d facere debeat cõsulit deũ mittens sortes. Jone. 1. dicit ¶ quãdo superuenit tempestas illa in mari cõsuluerũt deum sortẽ mittentes. vt scirẽt cuius peccato tempestas illa venisset. Et hic modus licitus est maxime in necessitatibus ꝛ in electiõibus potestatũ seculariũ. Vnde faciunt rotulos de cera in quoꝝ quibusdã ponũt aliquas cartas ꝛ in quibusdũ non. quos bussulos vocant. vt illi quibus veniũt bussoli cũ cartis habeant voces in electiõe. Sed hoc ante aduentũ spiritussancti apostoli fecerũt etiam in electiõe spirituali. Actu. 1. quãdo sors cecidit super matthiam. sed hoc post aduentũ spiritussancti amplius non licet in predictis electiõibus. quia hoc faciendo iniuriarẽt spiritui sancto. Credendũ est enim q̃ spiritussanct⁹ ꝓuidet ecclesie sue de bonis pastoribus. Vnde post aduentũ spiritussancti quãdo apostoli elegerũt septẽ dyaconos non miserũt sortes. Et ideo in nulla electione ecclesiastica hoc mõ licet. Diuinatoria autẽ sors est inquisitio de futuris soli diuine cognitioni reseruatis. Et hec semper habet vanitatẽ admixtã nec potest sine vicio curiositatis fieri. Quia ergo sors nihil aliud est q̃ inquisitio rerũ que ex diuina voluntate fiũt: gratia autẽ eius ex sola diuina volũtate dependet. Inde est q̃ gratia diuine electiõis dicitur sors: quia deus per modũ sortis fm occultã prouidentiã non ex alicuius meritis per gratiã internã vocat. ¶Deinde cũ dicit. ¶Predestinati ꝛc. ponit voluntariã dei predestinationẽ de qua dicit Ro. 8. Quos predestinauit hos ꝛ vocauit. Cuius quidẽ predestinatiõis ratio nõ sunt merita nostra: sed mera dei voluntas. ꝓpter quod subdit. Scõm propositũ eius. Ro. 8°. Scimus quoniã diligentibus deuꝝ omnia cooperant in bonũ his qui scõm propositũ vocati sunt sancti. Qui autẽ scõm ꝓpositũ predestinauerit ꝓbat. quia non solũ hoc sed etiã omnia alia que deus facit operat scõm consiliuꝝ volũtatis sue. ps. Omnia quecũq̃ voluit domin⁹ fecit. Esa. 46. Consiliũ meũ stabit ꝛ omnis volũtas mea fiet. Non autẽ dicit scõm voluntatẽ. ne credas q̃ sit irrationabilis. sed scõm consiliũ id est scõm voluntatẽ suã que est ex ratione. non scõm q̃ ratio imporat discursum sed scõm q̃ designat certam ꝛ deliberatã voluntatẽ. ¶Ultimo autẽ tangit finem vtriusq̃. scz predestinatiõis ꝛ vocationis. scz laudẽ dei. Vnde dicit. Vt simus in laudez glorie eius nos qui ante speruimus in xpo ꝛ per nos q̃ credimus in xpo laudẽt gloria dei. Esa. 55. Montes et colles cantabunt cozam vobis laudẽ. Laus autẽ glorie dei vt dicit Ambro. est cũ multi acquirunt ad fidẽ. sicut gloria medici est cum multos acquirit ꝛ curat. Eccl. 2°. Qui timetis dñm sperate in illũ ꝛ in oblectatiõe veniet vobis misericordia.

Lectio quinta.

In quo ꝛ vos cum audiuissetis verbũ veritatis euangeliuꝝ salutis vestre in quo ꝛ credentes signati estis spiritu ꝓmissionis sancto qui est pignus hereditatis nostre in redemptionẽ acquisitionis in laudem glorie ipsius.

¶Postq̃ enarrauit apostol⁹ beneficia collata cõmuniter omnibus fidelibus et exhibita specialiter apostolis: hic autẽ enumerat beneficia ipis ephesijs collata. Diuidit autẽ pars ista in duas: quia primo ꝓponit beneficia eis exhibita. Secũdo insinuat affectum suũ ex ipsis beneficiis excitatũ ibi. ¶Propterea ꝛ ego audiens ꝛc. Prima iterum in tres diuidit scõm tria beneficia eis exhibita. quia primo ꝓponit beneficiũ ꝓdicatiõis. Secũdo beneficiũ cõuersionis ad fidẽ ibi. In quo ꝛ credentes signati estis ꝛc. Tercio beneficiũ iustificatõis. ibi. Signati estis ꝛc. Dicit ergo quantũ ad primũ. In quo scz xpo ꝛ vos cum audiuissetis. id est cuius beneficio et virtute audiuistis verbũ ꝓdicatiõis inquantũ ipse xpus ad vos predicatores misit Rom. 10. Quomodo audiẽt sine predicãte. quomodo vero ꝓdicabũt nisi mittanẽ. Item eodem infra. Ergo fides ex auditu: auditus autẽ per verbuꝝ dei. Eius ergo beneficio audiũt qui ꝓdicatores eis mittit. Luce. 11°. Beati qui audiũt verbum dei ꝛ custodiũt illud. Hoc verbum ꝓdicationis tripliciter commendat apostolus. ¶Primo a veritate cum dicit. Verbum veritatis. Quippe quia accipit originem a christo. de quo dicit Johannis. 17°. Sermo tuus veritas est. Jacobi. 1°. Voluntarie genuit nos verbo veritatis sue. Secũdo quia est annũciatio bona. Vnde dicit. Euangeliũ quod quidem annũciat summũ bonũ ꝛ vitam eternã. ꝛ anthonomastice verbũ fidei euangeliũ dicit. quasi annunciatio summi boni. Esa. 52. Quã pulchri pedes annũciantis ꝛ predicãtis pacem annũciantis bonũ predicantis salutem. Eodẽ. 41. Super montẽ excelsum ascende tu qui euangelizas syon. Et hoc est q̃tuꝝ ad futura bona. Tertio describit quantũ ad bona ꝓsentia quia saluat. Vnde dicit. Salutis nostre. id est quod creditũ vat salutẽ. Rom. 1. Non eñ erubesco euangeliũ. virtus eñ dei est in salutẽ omni credenti. 1ª. Corinth. 15. Motũ autem vobis facio fratres euangeliũ quod predicaui vobis quod ꝛ accepistis in quo ꝛ statis per qõ ꝛ saluamini. ¶Quãtum autẽ ad beneficiũ conuersionis ad fidem dicit. In quo scz xpo. id est in cui⁹ operatiõe vos credentes signati estis. Quod quidẽ beneficiũ ideo ponit fidei quia fides necessaria est audientibus. Frustra enim quis audiret verbũ veritatis si nõ crederet. Et ipm credere est per xpm. infra secũdo. Hzatia eñ saluati estis per fidem. Et hoc nõ ex vobis donũ enim dei est. ¶Quantũ vero ad beneficiũ iustificatiõis dicit. Signati estis. Et hoc per spiritũ sanctũ qui datus est vobis de quo dicit tria scz q̃ est signũ. ꝛ q̃ est spũs ꝓmissionis. ꝛ q̃ est pignus hereditatis. Signũ quidẽ est inquantũ per eum infundit caritas in cordibus nostris: qua distinguimur ab his qui nõ sunt filij dei. ꝛ quantũ ad hoc dicit. Signati estis. id est diuisi a grege dyaboli. infra. 4. Nolite cõtristare spiritũ sanctũ dei in quo signati estis ꝛc. Sicut eñ homines gregibus suis apponũt signa vt ab alijs distinguantur ita dñs gregem suũ. id est populũ spirituali signo voluit signari. Dñs autem populũ peculiarem habuit in veteri quidẽ testamento iudeos. Ezech. 34. Vos autẽ greges mei greges pascue mee homies estis Vnde ps. Vos autem populꝰ eius ꝛ oues pascue eius. Sed qr hic grex in pascuis copozalibus pascebat. scz in doctria corpozali ꝛ in bonis tempozalib⁹ Esa. 1. Si volueritis ꝛ audieritis me bona terre comedetis. ideo eũ dominus corpozali signo scz circũcisionis ab alijs separauit ꝛ distinxit. Gen. 17. Eritq̃ pactum meũ in carne vestra. ¶Prius autẽ dicit. Circũcidetis carnẽ ꝓpucij vestri vt sit signũ federis inter me ꝛ vos. In nouo autẽ testamento gregez habuit populũ christianũ. 1ª. petri. 2°. Conuersi estis nunc ad pastorẽ ꝛ episcopũ animarũ vestrarũ. Joh. 10. Oues mee vocẽ meam audiẽt ꝛc. Sed grex iste pascit in pascuis spiritualibus bonis. ideo eũ signo spirituali ab alijs dñs distinxit: hoc autẽ est spiritus sanctus per quez illi qui xpi sunt distinguũtur ab alijs qui nõ sunt eius. nũc autẽ spiritus sanctus amoꝝ est. ergo tũc spiritussanctus datur alicui quando efficit amator dei ꝛ ꝓximi. Rom. 5. Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ ꝛc. Signũ ergo distinctiõis est charitas que est a spiritusancto. Jo. 13. In hoc cognoscẽt omnes quia mei discipuli estis si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Spiritus ergo sanctus est quo signamur. ¶Spiritus vero ꝓmissionis dicit duplici ratiõe. ¶Primo quia ꝓmissus est fidelibus. Ezech. 36. Spiritũ nouũ ponam in medio vestri. Et ezechiel. 37. Dabo vobis spiritũ nouũ. Secũdo quia dat cum quadã ꝓmissione. ex hoc enim ipo q̃ datur nobis efficimur filij dei. Nam per spiritũsanctũ efficimur. vnũ cum xpo. Rom. 8. Siquis autẽ spiritũ dei nõ habet hic non est eius. ꝛ per ꝓsequens efficimur filij dei adoptiui ex quo habemus ꝓmissionẽ hereditatis eterne quia si filij ꝛ heredes. Rom. 8. ¶Tercio dicitur pignus inquantũ facit certitudinẽ de ꝓmissa hereditate. Nam spiritussanctus inquantũ adoptat in filios dei est spiritus ꝓmissionis: et ipemet est signum promissionis adipiscende. Sed vt dicit in glo. Alia littera habet qui est arra hereditatis. et forte melius quia pign⁹ est aliud a re ꝓ qua dat ꝛ redditur postq̃ ille qui pignus recepit rem sibi debitã habet. Arra autez non est aliud a re pro qua datur nec reddit quia datur de ipo precio quod nõ est auferendũ sed complendũ. Deus autẽ dedit nobis caritatẽ tanq̃ pignus per spiritũsanctũ qui est spiritus veritatis ꝛ dilectionis. Et ideo huiusmodi nõ est aliud q̃ quedã particularis ꝛ imperfecta participatio diuine caritatis ꝛ dilectiõis. Que quidem non est auferenda sed perficiẽda. ideo magis ꝓprie dicit arra q̃ pignus. tamen potest nihilominus ꝛ pignus dici. Nam per spiritũ sanctũ deus nobis diuersa dona largit. quoꝝm quedaz manent in patria vt caritas que nunq̃ excidit. 1ª. Corin. 13. Quedã vero ꝓpter sui imperfectionẽ non manent sicut fides et spes que euacuabuntur vt ibidem dicitur. Sic ergo spiritussanctus dicitur arra per respectum ad ea que manent: pignus vero per respectum ad ea que euacuabuntur. Ad quid autem signati simus subdit dicens: In redemptionẽ. Nam si aliquis de nouo aliquã animalia acquireret et adderet gregi suo imponeret eis signa acquisitiõis illius. xpus autem acquisiuit populũ ex gentibus. Joh. 10. Alias oues habeo que nõ sunt ex hoc ouili ꝛ illas oportz me adducere ꝛc. Et ideo impzel sit eis signũ acquisitiõis. 1ª. petri. 2°. Hens sancta populus acquisitiõis. Act. 20. Quã acquisiuit sanguine suo Sed quia xpus acquisiuit populũ istuz non sic q̃ nunq̃ fuerit suus: sed quia aliquãdo fuerat suus ꝛ oppzimebaꝛ a seruitute dyaboli in quã peccando se redegit. ideo non dicit simpliciter acquisiuit. sed addit in redemptionem. Quasi dicat. Nam simpliciter de nouo acquisiti sed quasi a seruitute dyaboli per sanguinẽ eius redempti. 1ª. petri. 1°. Non corruptibilibus auro et argento redempti estis ꝛc. Acquisiuit ergo xpus nos redimẽdo non q̃ accrescat inde aliquid deo quia bonoꝝ nostroꝝ non indiget. Job. 35. Si iuste egeris quid donabis ei: aut quid de manu tua recipiet: Ad quid autem acquisiuerit nos xpus subdit. In laudem glorie ipius. id est vt ipe deus laudet. Esaie. 43. Qui inuocat nomen meũ in gloriam meam creaui eum.

Lectio sexta.

Propterea ꝛ ego audiens fidem vestram que est in xpo iesu: ꝛ dilectionem in omnes sanctos: nõ cesso gratias agens pro vobis memoriam vestri faciens in orationibus meis: vt deus domini nostri iesu xpi pater glorie det vobis spiritum sapientie ꝛ reuelatiõis in agnitionez eius. illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis que sit spes vocatiõis eius ꝛ que diuitie glorie hereditatis ei⁹ in sanctis ꝛ que sit superueniens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus.

¶Postq̃ enumerauit apostolus beneficia ephesijs collata per xpm: hic ostendit quomõ affectus suus creuit ad eos. Diuidit autez hec pars in tres partes. quia primo premittit bonoꝝ que audiuit re eis cõmemoratio. Secũdo de perceptis beneficijs gratiarum debita actio. ibi. Non cesso gratias agens ꝛc. Tercio subditur pro futuris beneficijs eius oratio ibi. Memoriam vestri faciens ꝛc. Bona autem que de eis audiuit sunt duo. Vnũ quo ordinatẽ ad deũ: ꝛ hoc est fides. ꝛ quantũ ad hoc dicit.

Et propterea: Et ego audiens fidem vestram que est in xp̃o iesu. que quidē facit habitare deum in homine infra tercio. Habitare xp̃m per fidē in cordibus vestris. Item corda purificat. Act. 15. Fide purificans corda eor. Itē sine lege iustificat Rom. 3. Arbitramur iustificari hominē per fidem sine operibus legis. Secundū quo ordinātur ad proximū ꝛ hoc est dilectio. ꝛ quantū ad hoc dicit Et dilectionē. id est opera caritatis. que quidē dilectio est spirituale signū ꝙ homo sit discipulus xp̃i. Joh. 13°. In hoc cognoscēt omnes quia mei estis discipuli si dilectionē ꝛc. Et ibidē. Mandatū nouū do vobis vt diligatis inuicē ꝛc. Dilectionē dico in omnes sanctos. Nā omnes quos ex caritate diligimus debemus eos diligere: vel ideo quia sancti sunt. vel vt sancti sint. Hala. vltimo Dum tempus habemus operemur bonū ad omnes: maxime autē ad domesticos fidei ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Non cesso ꝛc. agit aplūs gratias de bonis et beneficijs huiusmodi auditis dicēs: Non cesso gratias agens ꝛc. Contra quia nō semper poterat cōtinue pro eis gratias agere. Respondeo. apostolus dicit nō cesso. id est hoziis debitis. vel nō cesso quia affectus gratias agendi ꝓ vobis sine cessatiōe habitualiter est in me. Col. 1. Non cessamus ꝓ vobis orantes ꝛ postulātes ꝛc. Rom. 1°. Sine intermissione memoriā vestri facio semper in oratiōibus meis. ¶ Consequēter orat aplūs pro beneficijs eis in futurū concedendis ꝛ quantū ad hoc dicit. Memoriā vestri ꝛc. Et hec dividit in tres. quia primo ꝓponit quedā que eis petit. Secūdo exponit ea ibi. In agnitiōe eius ꝛc. Tercio ostendit exemplar ꝛ formaz illoꝝ. ibi. Scōm operationē potentie ꝛc. Dicit ergo quantum ad primū. Non solū gratias ago quantū ad beneficia preterita que recepistis. ꝛ quantū ad bona audita de vobis. sed etiam ozo vt omnino in futurū accrescāt. memoriā vestri faciēs in oratiōibus meis ꝓ his. scilicz vt deus dñi nostri iesu xp̃i pater glorie ꝛc. ¶ Ubi sciendū ꝙ dñs noster iesus xp̃s ꝛ deus ꝛ hō est. Et inquantū hō est deū habet cum sit cōpositus ex anima ꝛ corpore. quoꝝ vtriqz cū sint creature competit deū habere. scōm autē ꝙ deus est patrē habet. Joh. 20. Ascendo ad patrē meū ꝛ patrē vestrū. deum meū ꝛ deū vestrū. Similiter etiā scōm ꝙ est deus est gloria patris. Heb. 1. Qui cū sit splendor glorie ꝛc. Est etiā gloria nostra quia ipe est vita eterna. 2. Jo. vltimo. Simus in vero filio eius: hic est verus deus ꝛ vita eterna. Sic ergo dicit vt deus dñi nostri ihesu xp̃i scōm ꝙ est homo ꝛ pater glorie. s. xp̃i qui est gloria ei⁹. Prouer. 23. Gloria patris filius sapiens ꝛc. Et glorie nostre inquantū dat omnibus gloriā. ¶ Deinde cū dicit. Det vobis ꝛc. ponit ea que petit que sunt duo. Ubi sciendū est ꝙ quedā sunt dona cōmunia omnibus sanctis. scz illa que sunt necessaria ad salutē. vt fides spes caritas. et hec habebāt vt iam patet. Alia aūt sunt dona specialia ꝛ quantū ad hoc pro eis orat. primo quidē pro dono sapiētie. ꝛ quantū ad hoc dicit. Et det vobis spiritū sapiētie quē nullus potest dare nisi deus. Sapi. 9. Sensum autē tuū quis sciet nisi tu dederis sapientiā ꝛ miseris spiritū sanctū tuū de altissimis. Secūdo orat ꝓ dono intellectus. ꝛ hoc consistit in reuelatiōe spiritualiū secretoꝝ ꝓpter quod dicit. Et reuelatiōis que etiā a solo deo est. Danie'. 2. Est deus in celis reuelās mysteria. ¶ Exponit aūt que sint ista que petit. ꝛ primo quod pertinet ad donū sapientie. Secūdo quod pertinet ad donū intellectus ibi. Et sciatis que sit spes ꝛc. Ad donū autē sapiētie pertinet cognitio diuinoꝝ. Unde petere donū sapiētie est petere ꝙ habeāt cognitionē dei. Et hoc petit ibi. In agnitiōe dei ꝛc. Quasi dicat. Hoc peto vt per spiritū sapiētie habeatis illuminatos oculos cordis vestri in agnitiōez. scz clariorē eius. scz dei. p̃s. Illumia oculos meos ꝛc. Hoc est cōtra eos qui habēt oculos illuminatos tantū ad temporalia cognoscēda cum magis tamen sit necessariū ꝛ etiā gloriosum cognoscere deū. Jere. 9°. Non glorietur sapiens in sapientia sua ꝛ nō glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur scire ꝛ nosce me. Ad donū autem intellectus tria pertinentia ponit. Unū quantū ad statū p̃sentē. ꝛ duo quantū ad futurū. Ad statū vero p̃sentē pertinet spes que est necessaria ad salutē. Rom. 8. Spe enīz salui facti sumus ꝛc. ꝛ quantū ad hoc dicit. Ut sciatis que. i. quanta sit spes vocatiōis eius. id est virtus spei. ꝛ de quāta re sit. Que quidē ꝛ maxima est quia de maximis. 1ª. petri. 1. Regenerauit nos in spem viuā per resurrectionē ihesu xp̃i ex mortuis ꝛc. Et maxima virtutū. Heb. 6. Fortissimū solatiū habeamus qui cōfugimus ad tenenda propositam spem quā sicut anchoraz habemus anime ꝛc. Sed quia ea que speramus sunt de futura vita. ideo alia duo pertinent ad vitā futurā. vnū quidē pertinet ad omnes iustos cōmuniter quod est premiū essentiale Et quantū ad hoc dicit. Et que diuitie glorie ꝛc. Ubi ponit quattuor ad illa dona pertinentia. Primū est ꝙ sunt copiosissima. et quantū ad hoc dicit. Diuitie. Prouerb. 1. Abundantia perfruet terroze malox sublato. p̃s. Gloria ꝛ diuitie in domo eius ꝛc. Prouerb. 8. Mecū sunt diuitie ꝛ gloria ꝛc. Secūdo ꝙ sunt clarissima. Et quantū ad hoc dicit. Gloie. Rom. 2. Gloria autē ꝛ honor ꝛ pax omni operanti bonū ꝛc. Tercio ꝙ sunt stabilissima ꝛ q̃tuz ad hoc dicit: Hereditatis. Ea enī que hereditaria sunt stabiliter possidentē. Eccl. 31. Stabilita sunt bona illius in domino p̃s. Dñs pars hereditatis mee ꝛ calicis ꝛc. Quarto ꝙ erūt intima. Et quantū ad hoc dicit. In sanctis. Rom. 8. Non sunt cōdigne passiones hui⁹ temporis ꝛc. 2. Corinth. 4. Supza modū in sublimitate glorie p̃dus operaī in nobis. Aliud quod ponit pertinēs ad futurā gloriā est quod specialiter pertinet ad apostolos. Unde dicit. Et que sit supple. sciatis supereminens magnitudo virtutis eius scilicz in bonis. Quasi dicat. Licet omnibus sanctis abūdanter diuitias glorie tribuat: supereminentius tamen tribuet aplis. Magnitudo enī virtutis ostēdit in effectu. Unde quāto magis effectus virtutis diuine in aliq̄ inueniē. tāto ibi virtus diuina maioz ostēdit: licet in seipa sit vna ꝛ indiuisa. Et ideo quia maior effectus virtutis diuine est in apostolis. ideo magnitudo virtut erit in eis. Et ꝙ maior sit in eis effectus ostēdit subdens. Qui credidimus id est qui sumus primitie credentiū. 2ª. corinth. 4. Nos credidimus ꝓpter quod ꝛ loquimur sciētes ꝙ ille qui suscitauit iesum ꝛ nos cum iesu suscitabit. ꝓpter quod dicebat. 2ª. thimo. 1°. Scio cui credidi ꝛ certus sum ꝛc. Ideo illi inter vos per quos alij instructi sunt ꝛ vocati ad fidem. sicut doctores preminentius premiabunt. quia vt dicit in glo. quoddā incrementū glorie habebunt sūmi doctores vltra illud qd cōmuniter omnes habebūt. ꝓpter quod Danie. 12. Doctī assimulank splendori firmamēti. sed doctores assimulanē stellis. Qui autē docti fuerint quasi splendor firmamēti. ꝛ qui ad iusticiā eruditi multos quasi stelle in perpetuas eternitates.

Lectio septima.

Secundū operationē potentie virtutis eius quaz operatus est in xp̃o suscitans illum a mortuis ꝛ constituens ad dexteram suaz in celestibus super omnem principatū ꝛ potestatem ꝛ virtutez ꝛ dominationē ꝛ omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo: sed etiam in futuro.

Enumeratis beneficijs que apostolus cōferenda optat ephesijs in futuꝝ: hic consequēter ponit formā ꝛ exemplar. Sicut autem vita xp̃i est forma ꝛ exemplar iusticie nostre: ita ꝛ gloria ꝛ exaltatio xp̃i est forma et exemplar glorie ꝛ exaltatiōis nostre. Ideo hic apostolus duo facit quia primo ꝓponit formā exaltatiōis beneficij ꝛ dono ꝛ in generali. Secūdo manifestat eam in speciali. ibi. Suscitans illū a mortuis ꝛc. Forma autē ꝛ exemplar operationis diuine in nos est operatio diuina in xp̃o. Et quantū ad hoc dicit. Scōm operationē. id est ad similitudinē operatiōis potentie virtutis eius. id est virtuose potentie dei quā operatus est in xp̃o exaltans caput illud. supple ita virtuose operabit i nobis. Phil. 3°. Saluatorē expectamus dñm nostrū iesum xp̃m qui reformabit corpus humilitatis nostre ꝛc. Hos autē exaltari ad similitudinē exaltationis xp̃i frequēter legimus in scriptura. Rom. 8. Si cōpatimur et glorificemur. Item Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei sedere mecū in throno meo sicut et ego vici ꝛ sedi cū patre meo in throno eius ¶ Consequēter explicat formā ꝛ exemplar in speciali: manifestans ea que pertinent ad exaltationē xp̃i. loquēdo de xp̃o inquātum est homo dicēs: Suscitans illū ꝛc. Circa quod tria beneficia ponit exaltatiōis xp̃i. Primū est transitus de morte ad vitā. ꝛ quantū ad hoc dicit. Suscitans illuz a moztuis. Secundū est exaltatio ad gloziam altissimā. et quantū ad hoc dicit. Constituens illū ad dexterā suam. Tercū est sublimatio ad potentiā maximā. ꝛ quantum ad hoc dicit. Et omnia subiecit sub pedibus eius. Dicit ergo quantū ad primū. dico ꝙ hoc erit scm operationē q̃ opatus est in xp̃o. s. deus p̃ eadē virtute quā hz cū xp̃o Unde ꝛ ipse xp̃s seipm resuscitauit ꝛ de⁹ p̃ eū resuscitauit. Ro. 8. Si spūs eius qui suscitauit iesum a moztuis vivificavit ꝛ mortalia corpora vestra. Quantū vero ad secundū dicit Constituens illū ꝛc. Que quidē celsitudo glorie potest tripliciter considerari. scz per comparationē ad deū. per comparationē ad corporales creaturas. ꝛ per comparationē ad creaturas spūales. Si ergo considerēk per comparationē ad deū. sic ponitur⁹ est ad dexterā suā. que quidem dextera nō est intelligēda pars corporalis. quia vt dicit Job. 4. Spiritus est deus. sed metaphorice dicitur: vt sicut per dexteraz intelligit nobilior ꝛ virtuosior pars hominis: ita cū dicimus xp̃m iesum constitutū ad dexteram dei intelligak scōm humanitatē cōstitutus in potiozib⁹ bonis patris. et scōm diuinitatē intelligāk equalis patri. Unde p̃s. Dixit dñs domino meo: sede a dextris meis ꝛc. Item marci vlti. Et dñs quidē iesus postq̃ locutus est eis assumptus est in celū ꝛ sedet ad dexteram dei. In comparatiōe vero ad corporales creaturas dicit in celestibus. Nam corpora celestia tenēt suprem̄ locū in comparatiōe ad alia corpora. infra quarto. Qui descendit ipe est ꝛ qui ascēdit super omnes celos. In cōparatiōe vero ad spirituales creaturas. Primo specialiter. Secūdo quantū ad omnia cōmuniter. ibi. Et super omne nomen ꝛc. ¶ Hoz autem intelligentiā sciendū est ꝙ nouē sunt ordines angeloꝝ: quoꝝ quatuor apostolus tangit hic. qui quidē sunt medij. Nā supra eos sunt tres superiores scz throni cherubin ꝛ seraphin Sub eis autē sunt duo inferiores scz archangeli ꝛ angeli. Qui q̃dem nouē ordines distinguūtur in tres ierarchias. id est sacros principatus. In quaz qualibet assignanē tres ordines, sed in assignatiōe ordinū hierarchie prime cōueniūt omnes doctores in hoc scz ꝙ suprem̄us ordo ipius sit seraphin. secūdus cherubin. tertiꝰ throni. In assignatione vero ordinū aliarum duarū hierarchiarū scz media ꝛ infime discordāt dyonisius ꝛ gregozius. Nam dyonisius in suprem̄o ordine medie hierarchie ponit dominationes. In secūdo virtutes. In tercio potestates descendēdo. In suprem̄o vero ordine infime hierarchie ponit principatus. In secūdo archangelos. In tercio angelos Et hec assignatio ordinū concordat littere presenti. Nā apostolus ascendendo incipit a suprem̄o infime hierarchie: qui est septimus. Gregozius autem aliter ordinat. quia ponit principatus in medio dominationū ꝛ potestatū quod pertinet ad secūdum ordinē medie hierarchie. virtutes vero ponit in medio potestatū et archangelorū quod pertinet ad suprem̄ū ordinē infime hierarchie. Et hec assignatio etiā fulcimentū habet ex verbis apostoli. Col. 3. vbi dicit. Sive throni sive dominatōes sive principatus sive potestates. vbi illos ordines enumerat descendēdo. Sed reseruata ordinatiōe gregorij vsquequo legamus epistolā ad col. ad presens viā dyonisij magis competentē presenti littere p̃sequemur. ¶ Ad cui⁹ intellectū sciendū est ꝙ potest cōsiderari tripliciter ordo rerum. Primo quidē scōm ꝙ sunt in primā omniū causa: scz in deo. Secūdo vero scōm ꝙ sunt in causis vniversalibus. Tercio scōm determinationē ad speciales effect⁹ ꝛ quia omnia que sūt in creaturis ministrank per angelos. ideo scōm triplicē acceptionē ordinis rerum distinguūtur tres angelice hierarchie: ad quarū vnā pertinet accipere ratiōes rerū in ipo rerum vertice scz deo. ad aliam vero pertinet accipere rationes rerū in causis vniversalibus. ad aliā vero in ꝓpriis effectibus. Nam quanto mentes angelice sunt superiores: tanto diuiniā illuminationē in maiori vniversalitate recipiūt. Et ideo ad suprem̄ā hierarchiā pertinet administratio rerū in comparatione ad deū. Propter qd ordines hierarchie istius denominank per comparationē ad deū. quia seraphin dicūtur ardentes ꝛ uniti deo per amoze. Cherubin vero quasi lucētes inquantū supereminēter divina secreta cognoscunt. Throni vero inquantū in eis deus sua iudicia exercet. De istis tribus ordinibus nullā facit hic apostol⁹ mentionē. Ad mediā hierarchiā pertinet rerū admistratio per cōparationē ad causas vniversales. vnde denominank ordines hierarchie illius nominibus ad potestatem pertinētibus cū cause vniversales sint virtute ꝛ potestate in inferioribus ꝛ particularib⁹. Ad potestates autem que habēt vniversale regimen tria pertinent. Primo ꝙ sit aliquis per imperiū dirigens. Secundo ꝙ sint aliqui qui impedimēta executiōis repellant. Tercio ꝙ sint aliqui qui ordinent qualiter alij imperiū exequank. Hozū autem primū pertinet ad dominatiōes que vt dicit dyonisius sunt libere ab omni subiectiōe nec ad exteriora mittunē. sed eis qui mittunē imperāt. Secūdus vero pertinet ad virtutes que prebent facilitatē ad imperium implendū. Tercū vero pertinet ad potestates imperiū exequentes. Ad infimā autē hierarchiā pertinet administratio rerū in comparatōe ad speciales effectus. vnde de nominib⁹ ad eos pertinētibus nuncupank. Unde angeli dicunē illi qui exequūtur ea que pertinēt ad salutez singuloꝝ. Archangeli vero qui exequūtur ea que pertinent ad salutem ꝛ utilitatem magnoꝝ. Principatus vero dicunē illi qui pesunt singulis prouincijs. ¶ His ergo expositis xp̃us super omnes est. De his vero quattuor apostolus specialē mentionē facit. Cuius ratio est: qz hoꝝ quattuor ordinū nomina a dignitate imponunē. et quia agit de dignitate xp̃i. ideo hic specialiter eos nominat vt ostendat xp̃m omnē dignitatē creatam excedere.

¶Consequēter cum dicit. Et omne nomen qđ nominatur ꝛc. ostendit xp̄m exaltatū esse cōmuniter supra omnē creaturā spiritualē. dixerat enim supra xp̄m esse exaltatū super omnes creaturas spirituales que a potestate denominant. Sed quia pter illos angelos ordines in sacra scriptura quidā alij ordines celestiū spirituū inueniūtur. scz seraphin. Ysaie. 6. ⁊ cherubin. Ezech. 10. ⁊. 11. ⁊ 41. ⁊ throni. in ps. Et de istis nō fecerat mentionē. ideo ostendit xp̄m fm qđ homo supra omnes huiusmōi ordines esse exaltatū. ꝓpter quod subūgit dicens. Et super omne nomen ꝛc. id est nō solū super pncipatus sed sup omne nominabile. ¶Sciendū est eñ qđ nomen imponitur ad cognoscendū rem. vnde ⁊ significat rei substantiā cū significatū nominis sit diffinitiua ratio rei. Cum ergo dicit. Et oē nomen qđ nōiaī dat intelligere qđ exaltaī est supra omnē substantiaz de qua potest haberi noticia ⁊ nomine cōprehendi. Qđ dico vt excludaī substantia diuinitatis que incōprehensibilis est. Unde glo. dicit. Supra omne nomē. i. nomiabile. Et ne intelligaī qđ sit supra nomen dei. ideo subdit. Quod nominaī. Vaz matestas diuina nullo noīe cōcludi vel nomiari potest. Addit aūt non solū in hoc seculo sed etiā in futuro. qz multa fiūt in hoc seculo que noticia cōprehendimus ⁊ nominamus. quedā tamen sunt in futuro seculo que hic comprehendi nō possunt: nec etiā nominari: quia vt dicit. 1ª cozinth. 13°. Exparte cognoscim⁹ ⁊ exparte ꝓphetam⁹. Nominanī tamē hec a beatis que sunt in futuro seculo. Huiusmodi autē sunt de quibus dicit ap̄ls. 2ª. cozinth. 12. qđ audiuit audiuit archana verba que nō licet homini loqui. Et tamen super hec omnia exaltatus est xp̄us. Phil. 2. Dedit illi nomen qđ est super omne nomen.

Lectio octaua.

Et omnia subiecit sub pedibus eius. ⁊ ipm dedit caput supra omnez ecclesiam qui est corpus ipius ⁊ plenitudo eius qui oīa in omnibus adimplet.

Supra egit ap̄ls de exaltatione xp̄i et quantū ad eius transitū de morte ad vitā in illa particula. Suscitās illū ꝛc. ⁊ de eius exaltatiōe ad gloriā altissimā. in illa particula. Et cōstituens ad dexterā ꝛc. hic agit de eius exaltatiōe quantū ad potestatē maximā. Circa quod duo facit. qz primo agit de xp̄i potestate respectu totius creature. Scōo de eius potestate respectu ecclesie. ibi. Et ipm dedit ꝛc. Dicit ergo qz respectu totius creature habet vniuersalē potestatē quia omnia subiecit. scz deus pater sub pedibus eius. ¶Ubi sciendū est ⁊ hoc quod dicit. Sub pedibus. potest accipi dupliciter. Uno modo vt sit locutio figuratiua et similitudinaria. vt scz per hoc dēt intelligi qđ omnis creatura totaliter est subiecta potestati xp̄i. Illud eñ est a nobis omnino subiectū quod pedibus cōculcamus. Et de ista potestate dicit Math. vlti. Data est mihi oīs potestas in celo ⁊ in terra. Heb. 2. In eo eñ qđ ei omnia subiecerunt nihil dimisit nō subiectū ei. Alio modo vt sit locutio methaphozica. Vaz per pedes intelligit infima pars cozporis. per caput vero suprema. Licet autē in xp̄o diuinitas ⁊ humanitas nō habeāt rationē partis. tamen diuinitas que est suprema in xp̄o intelligit per caput. 1ª. cozinth. 11. Caput vero xp̄i deus. humanitas vero que infima est intelligit per pedes ps. Adorabim⁹ in loco vbi steterūt pedes eius. Est ergo sensus qđ oīa creata nō solū subiecit pater xp̄o inquantū est deus cui ab eterno oīa sunt subiecta sed etiā humanitati eius. Aduertendū est autē hic qđ xp̄o subiciunt aliqua dupliciter. quia quedā voluntarie ⁊ quedā inuolitarie. Hoc autē origenes nō intelligens sumpsit ex hoc verbo apostoli occasionē erroris dicēs. qđ omnia que subiciūtur xp̄o participāt salutē quia ipe est vera salus. Et ideo dixit qđ oīes demones ⁊ dānati aliquādo saluabunt vt subijcianī sub pedibus xp̄i. hoc autē est cōtra sententiā dñi. 2Math. 25°. Discedite a me maledicti in ignē eternū qui paratus est dyabolo ⁊ angelis eius. ⁊ cōcludit in fine capituli. Jhūt hi in suppliciū eternū. Dicendū est ergo qđ omnia subiecit sub pedibus eius. sed quedā voluntarie tanq̄ saluatori: puta iustos qui in vita presenti implent voluntatē dei. ⁊ isti subijciunt ei vt impleat eoꝝ desideriū ⁊ voluntatē expectantes illud qđ dicit de bonis ꝓuer. 10. Desiderū suū iustis dabit. Quedā vero subijciunt ei inuite tanq̄ iudici vt xp̄s de his suā voluntatē faciat. Et isti sunt mali de quibus potest intelligi illud Luce. 19. Verūtamen inimicos meos illos qui noluerūt me regnare super se. adducite huc ⁊ interficite cozā me. ¶Deinde cū dicit Et ipm dedit caput ꝛc. agit de potestate xp̄i respectu ecclesie. Circa qđ tria facit. qz primo ponit habitudinē xp̄i ad ecclesiā. Secūdo habitudinē ecclesie ad xp̄m. Tercio exponit illaz habitudinē. Quantū ad primū dicit. Et ipm dedit deus pater caput super omnē ecclesiā scz tam militantē que est hominis in presenti viuentiū q̄ triumphantē que est ex hominibus ⁊ angelis in patria. xp̄us enim fm quasdā communes rationes caput est etiā angelorꝝ. Col. 2. Qui est caput omnis pncipatus ⁊ potestatis. sed fm speciales rationes est xp̄us caput hominū spiritualiter. Nam caput triplicem habitudinē habet ad membra. Primo quidē quod ad ꝓeminentiā in situ. Secūdo quo ad diffusionē virtutū quia ab eo omnes sensus deriuanī in membra. Tertio quo ad ꝓximitatē in natura. Sic ergo quantū ad ꝓeminentiā ⁊ quantū ad diffusionē xp̄us est caput angelorꝝ. Nā xp̄us preest angelis etiā fm humanitatē. Heb. 1. Tanto melioz angelis effectus quāto pre illis differētius nomen hereditauit. Item xp̄s etiā fm qđ homo angelos illūinat ⁊ in eis influit vt dyonisius ꝓbat ex verbis Ysaie 63. scz. Quis est iste qui venit de edō ꝛc. dicēs hec verba esse suprem⁹ angelorꝝ. Quod autē sequit. Ego qui loquor iusticiā. dicit esse verba xp̄i eis immediate respōdentis. Ex quo dat intelligi qđ non solū inferiores sed etiā superiores angelos xp̄us illuminat. Quantū autē ad nature conformitatē xp̄s non est caput angelorꝝ quia nō angelos apprehendit sed semen abze. vt dicit Heb. 1°. Sed est caput hominū tantū. Cant. 4°. Vulnerasti cor meū sozor mea. scz per naturā ⁊ ꝓfessa per gratiam. Quantū ad habitudinē ecclesie ad xp̄um dicit. Que est cozpus eius. scz inquantū est ei subiecta et recipit ab eo influentiā ⁊ habet naturā conformē cū xp̄o. 1ª. cozint. 12. Sicut eñ cozpus vnuz est ⁊ habet multa membra: omnia autē membra cozporis cū sint multa vnuz cozpus sunt: ita ⁊ xp̄us. vt eñ in vno spiritu omnes nos vnū cozpus baptizati sumus. ¶Exponit autē quod dixit que est cozpus ipius subdens. Et plenitudo eius ꝛc. Querēt⁹ eñ cur in cozpore naturali sint tot membra. scz manus pedes os ⁊ huiusmodi. respondet hoc esse ideo vt deseruiāt diuersis operatiōibus anime. quarū ipa potest esse causa ⁊ pncipiū et que sunt virtute in ipa. Nam cozpus est factū ꝓpter animā ⁊ non ecōuerso. Unde fm hoc cozpus naturale est quedā plenitudo anime. nisi eñ essent membra cū cozpore cōpleta nō posset anima suas operas plene exercere. Similiter itaq̄ est hoc de xp̄o ⁊ de ecclesia. Et quia ecclesia est instituta ꝓpter xp̄m dicit q̄ ecclesia est plenitudo eius scilicz xp̄i. id est vt omnia que virtute sunt in xp̄o quasi quoddāmodo membris ipsius ecclesie impleanī duz scz oīes sensus spirituales ⁊ dona ⁊ quicquid potest esse in ecclesia que oīa superabundāter sunt in chr̄isto ab ipso deriuentur in mēbra ecclesie ⁊ perficiāntur in eis. Unde subdit. Qui oīa in omnibus adimpletur scilicet dum hunc quidē qui est membrū ecclesie facit sapientē fm perfectā sapientiā que est in ipso. illū vero iustū fm perfectā iusticiam ⁊ sic de alijs.

Capitulū secundū.

Et vos cū essetis mortui delictis et peccatis vestris in quibus aliquando ambulastis scōm seculū mundi huius: scōm pncipē potestatis aeris huius: spiritus qui nunc operatur in filios diffidentie: in quib⁹ ⁊ nos aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostre faciētes voluntatē carnis ⁊ cogitationū: ⁊ eram⁹ natura filij ire sicut ⁊ ceteri.

Supra enumerauit apostolus beneficia humano generi per chr̄istū cōmuniter exhibita: hic apostolus cōmemorat eadē per comparationē ad eoꝝ statū preteritū. Status autē eoꝝ preteritus dupliciter ꝑsiderari potest. ꝓprimo quidē quantū ad statum culpe. Secundo quantū ad statū gentilitatis eoꝝ. Apostolus ergo duo facit. quia ꝓmo cōmemorat beneficia quātū ad primū statū eis exhibita. Secundo cōmemorat ea per comparationē ad statum secūdū ibi. ꝓpter quod memores estote ꝛc. ꝓprima itez in duas. quia primo recitat apostolus statū culpe ipsoꝝ. Secundo beneficiuz gratie iustificationis ibi. Deus autē qui diues est ꝛc. ꝓprima itez in duas. qz ꝓmo cōmemorat statū culpe quantū ad gentiles. Secūdo quantū ad iudeos ibi. In quibus ⁊ nos omnes ꝛc. ꝓprima itez in duas. quia primo ꝓmittit beneficij generalitatē. Secundo subdit huius necessitatē ibi. Cum essetis moztui ꝛc. Dicit ergo. Dico qđ deus magnifice operatur in fidelibus fm operationē potentie virtutis eius quā operatus est in chr̄isto: ⁊ hoc qđ suscitauit illū a mortuis. scōm hanc ergo operationē ad huius operationis exemplū conuiuificauit nos vite scilicet gratie de morte peccati. Osee. 6. Uiuificauit nos post duos dies in die tertia suscitabit nos ꝛc. Col. 3. Si consurrexistis cū chr̄isto que sursum sunt ꝛc. Necessitatē vero huius beneficij ostendit cum dicit: Cum essetis moztui ꝛc. Ubi optime describit eoꝝ culpam. ꝓprimo quantū ad multitudinem quia cū essetis moztui scilicet morte spirituali que pessima est. ps. Mors peccatoꝝ pessima. ꝓpeccatū eñ mors dicitur. quia per ipsum homo a deo qui est vita separaī. Johan. 14. Ego sum via veritas ⁊ vita. Moztui in⁹ in delictis ⁊ peccatis vestris. Ecce multitudo. In delictis quidem quantū ad obmissa. ps. Delicta quis intelliget ꝛc. Et peccatis quantū ad cōmissa in quibus aliquando ambulastis. Quod ideo dicit vt multitudinē peccatoꝝ exaggeret. Nam aliqui st ad horā moztui sunt in peccatis ⁊ in delictis. cessant tamē aliquando ⁊ peccare desistunt. sed isti de malo in peius ꝓcedentes ⁊ ambulantes proficiebant. Simile habeī ꝓhil. 3. Multi eñ ambulāt quos sepe dicebā vobis: nunc autē ⁊ flens dico. Jer. 2. Ambulauerunt post vanitatē suā ⁊ vani facti sunt. Secundo quantū ad causam que ponit duplex. Una ex ꝑte huius mundi qui alliciebanī a rebus mundi. ⁊ quantuz ad hoc dicit. Scōm seculū mundi huius id est fm secularem vitā rerū mundanaꝝ que vos alliciunt. 1. Johan. 2 Si qs diligit mundū non est charitas patris in eo. ꝓpter quod ꝓmittit. Nolite diligere mundū. Alia causa est ex ꝑte demonū quibus seruiebant: de quib⁹ dicitur Sap. 14. Infandoꝝ idoloꝝ cultura omnis mali causa est ⁊ initiū. Et quantū ad hoc dicit. Et scōm pncipē potestatis. Quā quidē causam describit triplicit. ꝓprimo quidē quātum ad potestatē dicens: Scōm pncipē potestatis. id est potestatē exercentē. non qđ habeat eaz naturaliter: cum nec domin⁹ nec creator sit ex natura sed inquantū dominī hominibus qui se ei peccādo subijcīunt. Johan. 12. Nunc pnceps huius mundi ei⁹ dicet foras. Et. 14. Uenit pnceps huius mūdi ⁊ in me nō habet quicq̄. Secundo quātum ad habitationē. quia aer huius id est qui habet potestatē in hoc aere caliginoso. ¶Ubi sciendum est qđ de istis demonibus duplex ē opinio apud doctores. Quidā eñ dixerunt demones q̄ ceciderunt non fuisse de supremis ordinibus. sed de inferioribus qui ꝑsunt cozporibus inferioribus. Constat autem totā creaturā cozporalē administrari a deo ministerio angelorū. Et hec est opinio Johannis damasceni scilicet qđ primus eoꝝ qui ceciderunt ꝓerat ordini terrestrium quod forte sumptū est ex dicto platonis qui ponebat quasdā substantias celestes seu mundanas. Et scōm hoc exponentur hec qđ dicit aeris hui⁹. id ē ad hoc creati vt ꝑsiderent aeri huic. ¶Alij vero volunt ⁊ melius qđ fuerint de supremis ordinibus ita qđ hoc quod dic aeris hui⁹ sit ad ostendendū ipsum aerē esse habitationem ipsoꝝ in penā eoꝝ. Unde iudas in sua canōica dicit. angelos vero qui non seruauerunt suū pncipatū sed dereliquerunt suū domicilīū in iudiciū dei magni vincul⁹ eternis sub caligine reseruauit. Ratio autē quare nō statim post eoꝝ casum retrusi sunt in infernuz sed dimittunī in aere. est quia deus noluit qđ ipsis peccantibus eoꝝ creatio totaliter frustraretur. ⁊ ideo dedit eos hominib⁹ in exercitiū quo bonis ꝓparent coronā: malis autē eternaz mortē. ⁊ quia vsq̄ ad die iudicij est nobis tempus belli ⁊ merendi. ideo vsq̄ tunc in aere permanebunt. post diem vero iudicij retrudentur in infernū. ¶Aduertenduz etiā qđ vna littera habet spiritus: ⁊ sic est gti casus ⁊ ponitur singulare ꝓ plurali. Quasi dicat spirituz. Alia littera habet spiritū ⁊ tunc est accusatiui casus. vt dicaī fm principē spiritū id est qui princeps ē spirit⁹. ¶Tertio ꝓtum ad operationē ibi cum dicit. Qui nunc operaī in filios diffidentie id est in illos qui a se repellūt fructuz passionis chr̄isti qui erant filij diffidentie. Uel diffidentie id est de quibus eis ē diffidendū id est qui ex malicia peccant. in quib⁹ pnceps huius mundi etiā operaī ad nutū. De his eñ q̄ ex ignorantia ⁊ infirmitate peccant nō est diffidenduz nec in eis pnceps iste operaī ad nutū. Sed contra. de nemine est desperandū q̄diu viuit. Respondeo dicēdū est q̄ de aliquo potest esse duplex spes. Una ex ꝑte hominis. alia ex ꝑte diuine gratie. Et sic de aliquo potest desperari ex ꝑte sua: de quo tamē desperādū nō est ex ꝑte dei. sic de ꝑsperandū erat de lazaro iacente in sepulchro q̄ resurgeret ex ꝑte sua: de quo tñ desperandū nō erat ex ꝑte dei a quo refusitatus est. De illis q̄ ex malicia sunt multuz in peccatis dimersi si attendatur coz virt⁹ desperari pōt ps. Infixus sum in limo ꝓfundi ⁊ nō est substantia. Nō tamē si attendaī virtus diuina. De istis autē filijs diffidentie dicit infra. 5. Nemo vos seducat inanibus verb⁹. ꝓpter hoc eñ venit ira dei in filios diffidētie. ¶Deinde cū dicit In q̄bus ⁊ nos omnes ꝛc. cōmemorat apostolus statū culpe q̄tum ad iudeos: ostendens eos oīes in peccato fuisse fm illud Ro. 3. Causati sumus iudeos ⁊ grecos omnes sub peccato esse. Attendenda est tamē

differentia circa hoc. quia apostolus agens de culpa gētiliū assignauit duas causas culpe fuisse. Vnaz scilicet ex parte mūdi. alia ex parte demonuz quos colebāt. Quia ergo iudei erant similes gentilibus in statu culpe ꝙtum ad primā causam. nō autē ꝙtū ad scdam. ideo aplus non facit mentionez de culpa eoꝝ nisi ꝙtum ad causam que est ex parte mundi. Circa qō tria facit. Primo cōmemorat eoꝝ culpam ꝙtum ad peccatū cordis. Secūdo ꝙtuz ad peccatū operis. Tertio ꝙtum ad peccatum originis. Peccatum vero cordis insinuat per desideria carnis. et ꝙtum ad hoc dicit. In quibus scilicet peccatis ꝛ delectj nos omnes scilicet iudei aliquando conuersati sum⁹ agētes vitam nostrā in desideriis carnis nostre id est carnalibus. Tit. 3. Eramus em̄ aliquando ꝛ nos insipientes ꝛ incredulj: errantes ꝛ seruientes desideriis ꝛ voluptatibus variis ꝛc. Ro. 13. Carnis curā ne feceritis in desideriis. Peccatū vero operis insinuat cū dicit. Faciētes voluntates ꝛc. Peccatū em̄ operis nihil aliud est ꝙ expressio interioris concupiscentie. Est autē quedam concupiscentia carnis: sicut sunt concupiscentie naturales. puta cibi per quā conseruat̄ individuū: ꝛ venereoꝝ ꝙ quā conseruatur species. ꝛ ꝙtum ad hoc dicit. Facientes voluntates carnis. id est ea in quibus caro delectat. Rom. 8. Qui autē in carne sunt deo placere non possunt. Quedam vero est concupiscentia cognitionis eoꝝ scilicz que non venit̄ ex desideriis carnis sed ex ipso appetitu anime vt honoris ambitio ꝛ proprie excellentie ꝛ huiusmodi. Et quantū ad hoc dicit. Et cogitationū. id est exequētes illas concupiscentias que causantur ex instinctu cogitationū nostraꝝ. Peccatū vero originis insinuat dicēs Et eramus natura filij ire. Quod quidē peccatū ex primo parente nō solum in gentiles: sed etiā in iudeos trāsfunditur. Ro. 5. Sicut per vnū hominē in hunc mundū peccatū intrauit ꝛ per peccatū mors. ita ꝛ in omnes homines mors pertransiuit in quo omnes peccauerunt Et sic homines per baptismū mundantur a peccato originali solum ꝙtuz ad personas ꝓprias vnde generant filios baptizandos ita circūcisio mundabat ab originali personas solū sed generabant adhuc circūcidendos. Et hoc ē quod dicit. Eram⁹ natura id est per originē nature. Nō quidē nature vt natura est. quia sic bona est ꝛ a deo: sed nature vt vitiata est filij ire id est vindicte pene ꝛ gehenne. ꝛ hoc sicut ceteri id est gentiles.

Lectio secunda.

Deus aūt qui dives est in misericordia propt nimiā charitatez suā qua dilexit nos: ꝛ cum essemus mortui peccatis: conuiuificauit nos in christo cui⁹ gratia estis saluati ꝛ conresuscitauit ꝛ consedere fecit in celestib⁹ in christo iesu: vt ostēderet in seculis superuenientibus abundātes diuitias gratie sue in bōitate super nos in christo iesu.

Postq̄ exaggerauit apostol⁹ statū culpe inficientis: hic cōmendat beneficiū gratie iustificantis. Circa quaz duo facit. Primo ipsum beneficiū pōit. Secundo seipsuz exponit ibi. Gratia em̄ estis ꝛc. Beneficiū autē illud describit quātum ad tres causas. Primo quantū ad causaz efficientē. Secundo quātum ad causam formalez. Tertio ꝙtum ad causam finalē. Efficiens autē causa beneficij divini iustificantis est charitas dei. Et quātum ad hoc dicē Deus autē qui dives est in misericordia ꝓpter nimiam charitatē. Dicit autē ꝓpter nimiā charitatē. quia dilectionis diuine possumus considerare quadruplicē bonitatē ꝛ efficientiā. Primo quia nos in esse produxit. Sap. 11. Diligis em̄ omnia que sunt ꝛ nihil odisti eoꝝ que fecisti ꝛc. Secundo quia ad ymaginē suā nos fecit ꝛ capaces beatitudinis sue. Deut. 33. Cuz eo sanctoꝝ milia in dextera illius ignea lex dilexit populos omnes sancti in manu illius sunt. Tertio quia homines per peccatū corruptos reparauit. Jere. 31. In charitate perpetua dilexi te ideo ꝛc. Quarto quia ꝓ salute nostra filium ꝓprium dedit. Johan. 3. Sic deus dilexit mundū vt filium suum vnigenitū daret. Unde gregorius. O inestimabilis dilectio charitatis vt seruū redimeres filiū tradidisti. Dicit autē qui dives ē in misericordia. quia cū amor hominis causatur ex bonitate eius qui diligitur: tūc homo ille diligit ex iustitia in ꝙtum iustum est ꝙ talē amet. Quādo vero amor causat bonitatē in dilecto. tunc est amor ꝓprie dens ex misericordia. Amor autē quo de⁹ amat nos causat in nobis bonitatē. ꝛ ideo misericordia ponit hic quasi radix amoris diuini Esa. 63. Largitus est in eis sm̄ indulgentiam suam ꝛ sm̄ multitudinē misericordiaꝝ suarum Ibidem. Miserebitur viscer̄ tuoꝝ ꝛ miserationū suarum super me. Dicit autē de⁹ dives in misericordia. qz habet eam in finitā ꝛ indeficientē: quod non habz homo In tribus em̄ homo miseretur cū termino ꝛ limitatione Primo quidem largiendo beneficia tēporalia. ꝛ hec misericordia est finita non excedens limites ꝓprie facultatis. Tob. 4. Quō potueris ita esto misericors. Sed deus dives est etiā in omnibus qui inuocant illū vt dicitur Ro. 10. Secundo est finita misericordia hominis. qnō remittit nisi offensaz ꝓpriā: ꝛ in hoc etiā modus esse debet vt scilicet non sic passim remittat vt ille cui remittit efficiaꝝ ꝓcatior ꝓnior ꝛ facilior ad iteꝝ offendendum. Eccls. 8. Eteñ quia nō ꝓfertur cito contra malos sentētia absq̄ timore vllo filij hominum ꝓpterea mala. Deo aūt nihil nocere potest. ꝛ ideo potest omnē offensam remittere. Job. 35. Si peccaueris quid ei nocebis? Et parum post. Horro si iuste egeris quid donabis ei? Tertio homo miseretur penā remittendo ꝛ in hoc etiā ē modus seruandus scilicet vt non facias cōtra legis superioris iusticiā. Deus autē penā omniū remittere potest cuz non astringatur aliqua superiori lege. Job. 34. Quem constituit alium super terrā ꝛ quē posuit super orbē quē fabricatus est? Sic ergo misericordia dei est infinita. qz non coartatur angustijs diuitiaꝝ: neq̄ timore mocumenti restringitur: ꝛ neq̄ lege superiozis. ¶ Causa vero exemplaris beneficij est. quia in christo collata est. Et ꝙ ad hoc dicit. Cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos xp̄o ꝛc. Ubi tangit triplex beneficiū. scilicet iustificationis resurrectionis a mortuis: ꝛ ascensionis in celū per que tria christo assimilantur. Dicit ergo quātum ad primū vt legatur littera suspensiue. Deus autem qui dives est ꝛc. Cum essemus mortui peccatis conuiuificauit nos xp̄o. id est simul viuere facit cum xp̄o. Osee. 6. Viuificabit nos post duos dies ꝛc. Conuiuificauit inq̄ hic scilicet per vitā iusticie. pō. Qui posuit animā meaz ad vitā. ꝛ hoc in xp̄o id est per gratiaz xp̄i. cuius scilicet xp̄i gratia estis saluati. Ro. 8. Spe enim salui facti sumus. Quantū vero ad scōm dicit: Et conresuscitauit nos cuz xp̄o ꝙtum ad animā in re ꝛ spe ꝙtum ad corpus. Ro. 8. Qui suscitauit ip̄m a mortuis viuificabit ꝛ mortalia corpora nostra ꝛc. ¶ Quantū vero ad tertiū dicit. Et consedere fecit in celestibus in christo iesu scilicet nunc ꝙ spez ꝛ tandez in futuro in re. quia vt dicitur Johan. 12. Ubi ego sum illic ꝛ minister meus erit ꝛc. Itē Apoc. 3. Qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut ꝛ ego

vici ꝛ sedi cū patre meo in throno eius. Utile autē in his apostolus ꝓterito ꝙ futuro: enuncians tanq̄ iam factum quod futurū est ꝓ certitudine spei. Sic ergo conuiuificauit quantū ad animā tandē resuscitabit quātum ad corpus. consedere fecit quantū ad vtrūq̄. ¶ Cōsequēter cuz dicit. Ut ostenderet ꝛc. Ostendit causam finalez collati beneficij. quod quidē potest duplicit legi. quia secula superuenientia vel possunt accipi in vita ista vel in vita futura. Si cm̄ accipiant in vita ista tunc seculū est quedaz mensura temporis: ꝛ periodus vnius generatiōis vt dicatur sic. Dico ꝙ nos qui sumus primitie dormientium conuiuificauit in xp̄o: ꝛ hoc vt ostenderet in seculis superuenientibus id est in his qui futuri sunt post nos abūdātes diuitias gratie sue. ꝛ hoc non meritis nostris: sed bonitate sua que est scilicet sup nos in christo iesu id est per xp̄m iesum. 1. Thi. 1. Jesus xp̄s venit in hunc mundum peccatores saluos facere: quoꝝ ꝓm⁹ ego sum: ꝛ ideo misericordiā consecutus sum: vt in me ostenderet xp̄s omnem patientiā ad informationē illoꝝ qui crediturī sunt illi in vitam eternā. Sic ergo de⁹ largitus est sanctis ꝑmittiuis abundantia dona gratie vt posteri facilius conuertantur ad xp̄m. Uel potest aliter accipi seculū scilicet in alia vita de quibus dicitur Eccl. 24. Et vsq̄ ad futurum seculum non desinam. Sed licet ibi sit vnū seculuz quia ibi est eternitas. dicit tamē in seculis supuenientibus ꝓpter multitudinē sanctoꝝ participantū eternitatem. vt dicantur ibi tot secula quot sunt eternitates participate. De his seculis dicitur in ps̄. Regnum tuum regnum omniū seculoꝝ. Dicit ergo sm̄ hunc sensum. dico ꝙ viuificauit nos in spe scilicet per christum vel in gratia: vt ostenderet in seculis superuenientib⁹ id est in alia vita cōpleret abundantes diuitias gratie sue. id est abūdante gratiā qua etiā in hoc mundo duz multa dimittit peccata ꝛ maxima dona concedit. dicit Que quidē superabundat in vita alia. quia ibi indeficienter habeē. Job. 10. Ego veni vt vitā habeāt scilicet gratie habeant in hoc mundo ꝛ abundanti⁹ habeāt scilicet glorie in patria. Et hoc in bonitate sua. pō. Quam bonus israel deus. Treñ. 3. Bonus est dominus sperantibus in eū: anime querenti illum. Et hoc supra nos. id est supra nostrum desideriuz supra nostrū intellectū: ꝛ supra capacitatē nostram Esa. 64. Oculus non vidit deus absq̄ te que preparasti ex⁊pectantib⁹ te. Et hoc in christo iesu id est per xp̄m iesum quia sicut gratia nobis confertur per christum: ita ꝛ gloria que est gratia consumata. pō. Gratiā ꝛ gloriaz dabit dominus. Per ip̄m em̄ beatificamur ꝙ quē iustificamur Dicit autē. Ut ostenderet. quia thezaurus gratie in nobis est occultus: quia habemus ipsum in vasis fictilib⁹ vt dicit. 2. cor. 4. ꝛ. 1. Joh. 3. Uidete qualē charitatē dedit nobis pater vt filij dei nominemur ꝛ sim⁹. Et parum post. Nunc filij dei sumus ꝛ nondum apparuit ꝛc. Sed ille thezaurus occult⁹ quia nondū apparuit: in seculis superuenientibus ostendet. quia in patria oīa erūt nobis aperta: que ad manifestam sanctoꝝ gloriam pertinent. Ro. 8. Non sunt condigne passiones huius tēporis ad futuram gliam que reuelabit̄ in nobis.

Lectio tertia.

Gratia em̄ estis saluati per fidem et hoc non ex vobis. Dei em̄ donū est non ex operibus: vt ne quis glorietur. Ipsius em̄ sumus factura creati in christo iesu in operibus bonis: que preparauit deus vt in illis ambulemus.

Supra cōmemorans apostolus beneficiū dei quo liberati sumus a peccato interposuerat ꝙ gratia xp̄i eram⁹ saluati. nunc autē illud probare intendit. Circa quod duo facit. Primo em̄ ponit intentionē suam. Secūdo manifestat ꝓpositum ibi. Et hoc non ex nobis ꝛc. Dicit ergo primo Bene dixi cuius gratia estis saluati. Et certe adhuc dico secure. Enim ꝓ quia estis saluati gratia. 1. cor. 15. Gratia vel sum id quod sum. Ro. 3. Justificati per gratiā ipsius. Idem em̄ est saluari ꝛ iustificari. Sal⁹ enim importat liberationē a periculis. Unde perfecta salus hominis erit in vita eterna quando ab omnibus periculis ītunis erit. sic nauis dicitur esse saluata quādo venit ad portū. Esa. 60. Occupabit sal⁹ muros tuos ꝛ portas tuas laudatio. Huius autē salutis spem suscipiūt homines dum in ꝓsenti iustificantur a peccato. ꝛ sm̄ hoc dicuntur saluati esse sm̄ illud Ro. 8. Spe em̄ saluati sumus. Hec autē saluatio gratie est per fidem xp̄i Concurrit em̄ ad iustificationē impij simul cū infusiōe gratie motus fidei in deuz in adultis. Luc. 8. Uade in pace fides tua te saluum fecit. Ro. 6. Justificati em̄ ex fide pacem habeamus. ¶ Deinde cū dicit. Et non ex nobis ꝛc. Manifestat quod dixerat. ꝛ primo ꝙtū ad fidem que est fundamentū totius spiritualis edificij. Secundo quātuz ad gratiam ibi. Ipsius em̄ sumus factura ꝛc. Circa ꝑmum excludit duos errores. quoꝝm ꝓm⁹ est quia dixerat ꝙ per fidem sumus saluati. posset quis credere ꝙ ipa fides esset a nobis. quia credere in nostro arbitrio constitutum est. Et ideo hoc excludens dicit. Et hoc non ex nobis. Non em̄ sufficit ad credendū libez arbitriū. eo ꝙ ea que sunt fidei sunt supra rationē. Eccl. 3. Plurima supra sensum hominis ostēsa sunt tibi. 1. cor. 2. Que dei sunt nemo nouit nisi spirit⁹ dei ꝛc. Et ideo ꝙ homo credit hoc non potest ex se habere nisi deus det. scōm illud Sap. 9 Sensum autē tuū quis sciet nisi tu dederis sapientiaz et miseris spiritū sanctū tuuz de altissimis. Propt̄ qō subdit. Dei em̄ donū est scilicet ipsa fides. Phil. 1. Vobis autē donatū est ꝓ xp̄o nō solū vt in eū credatis: sed etiā ꝓ eo patiamini. ꝛ. 1. cor. 12. Alij em̄ datur fides in eodem spiritu. Secundo excludit aliū errorē. Posset em̄ aliquis credere ꝙ fides daretur nobis a deo merito operum precedentiū. ꝛ ad hoc excludendum subdit. Nō ex operibus scilicet precedentibus hoc donū meruim⁹ aliquando ꝙ saluati sumus: quoniā hoc est ex gratia vt supra dictū est sm̄ illud Ro. 11. Si autē gratia iam non ex operibus. alioquin gratia iam nō est gratia. ¶ Subdit autē rationē quare deus saluat homines per fidez absq̄ meritis precedentibus. Ut ne quis gloriet̄ in seipso: sed tota gloria in deum referatur. pō. Non nobis domīe nō nobis ꝛc. 1. cor. 1. Ut non gloriet̄ omnis caro in conspectu eius. ex ipso autē vos estis in xp̄o iesu. ¶ Deinde cū dicit Ipsius em̄ factura sumus ꝛc. Manifestat quod dixerat quantū ad gratiā. Circa quod duo facit. Primo manifestat gratie infusionē. Secundo declarat gratie p̄destinationē ibi. Que preparauit deus ꝛc. Duo autē ad rationē gratie pertinent que etiā iā dicta sunt. quoꝝ ꝑmuz est. vt id quod est per gratiā non insit homini per scip̄m vel a seipso. sed ex dono dei. Et quātū ad hoc dicit. Ipsius em̄ factura sumus. quia scilicet quicquid boni nos habemus non est ex nobis ipsis sed ex deo faciente. pō. Ipse fecit nos ꝛ non ipi nos. Deut. 32. Nonne ipe est pat⁹ tuus qui possedit te fecit ꝛ creauit te. Et continuat̄ immediate cū precedenti vt dicat̄. Ne quis glorieť ꝙ scilicet ipsius factura sumus. Uel potest continuari cuz eo quod supra dixerat. Gratia em̄ saluati sumus. ¶ Secundo pertinet ad rationē gratie vt non sit ex operibus precedentib⁹ et hoc exprimitur in hoc ꝙ subdit. Creatura. Est em̄ creare aliquid ex nihilo facere. Unde quando aliquis iustifi-

catur sine meritis precedentibus dici potest creatus ⁊si ex nihilo factus. Hec aũt actio scilicet creatio iusticie fit virtute christi spiritũsanctũ dans. ¶Propter quod subdit. In christo iesu id est per christum iesum. Gal. vltio. In xpo eñ iesu neq; circũcisio aliquid valet neq; prepucium: sed noua creatura. pñs. Emitte spiritũ tuũ ⁊ creabũtur. ¶Alterius non solũ datur nobis habitus virtutis ⁊ gratie: sed interius per spiritũ renouamur ad bñ operandũ. Unde subdit. In operib⁹ bonis. quia scilicz ipsa bona opera sunt nobis a deo Esa. 26. Omnia eñ opera nostra operatus es in nobis Et quia quos predestinauit hos ⁊ vocauit scilicet per gratiã vt dicit Ro. 8. ideo subdit de predestinatione dicens: Que scilicet bona opera preparauit deus. Nihil eñ aliud est predestinatio q̃ p̃paratio beneficioz dei inter que beneficia computanꝫ et ipsa bona opera nostra. Dicitur aũt deus nobis p̃parare in q̃tum disposuit se nobis datuꝝ. pñs. Parasti cibum illoz ⁊c. ¶Sed ne aliquis intelligeret bona opera sic esse nobis p̃parata a deo: vt nihil ad illa per liberũ arbitrium cooperaremur. ideo subdit. Ut in illis ambulem⁹ Quasi dicat. Sic nobis ea preparauit vt ea nosꝑsi nob per liberum arbitriũ impleremus. Dei enim adiutores sumus vt dicitur. 1. coz. 3. Propter quod dicebat de seipso aplus. 1. coz. 15. Gratia eius in me vacua non fuit: sed abundantius omnibus laboraui. non ego aũtẽ ⁊ gratia dei mecũ. ¶Signãter aũt dicit Ambulem⁹. vt designet boni operis profectum ꝛm illud. Job. 12. Ambulate dum lucem habetis infra. 5. Et filij lucis ambulate

Lectio quarta.

p Ropter qõ memores estote q̃ aliqñ vos qui gentes eratis in carne q̃ dicebamini prepuciũ ab eo que dicitur circũcisio in carne manifesta: qui eratis illo in tẽpore sine xpo alienati a cõuersatione israel ⁊ hospites testamentoruꝫ, pmissionis spem nõ habentes ⁊ sine deo in hoc mũdo. Nunc autem in christo iesu vos qui aliquãdo eratꝭ lõge facti estꝭ ꝑpe i sãguie xpi.

Prosecuto beneficio dei gentilibus exhibito ꝗtum ad liberationẽ a peccato: hic recitat aplus beneficiũ eis exhibitũ in liberatione a statu gẽtilitatis. Circa quod duo facit. Primo cõmemorat conditionem status preteriti. Secundo recitat beneficia eis exhibita in statu presenti ibi. Nunc aũt in xpo iesu ⁊c. Circa primũ duo facit. Primo cõmemorationis status preteriti ponit exhortationẽ Secundo ipsemet status ꝓteriti declarat conditionẽ ibi Quia aliquando ⁊c. Dicit ergo. Propter quod vt scilicet aduertere possitꝭ q̃ omnia sint nobis data ex dei gratia memores estote. Deut. 9. Memento ⁊ ne obliuiscaris quomodo ad iracundiã puocaueris dominũ deũ tuũ ⁊c. Deut. 16. Memineris diei egressiõis tue de egypto omnibus diebus vite tue. Secundo cũ dicit. Quia aliquando. Cõmemorat ꝓteriti status conditionẽ. ⁊ primo quantũ ad mala que habebãt. Secũdo quantũ ad bona quibus priuabantur ibi. Qui eratis illo tẽpore ⁊c. Circa primũ ponit tria mala. Primo gẽtilitatis crimẽ quo idolis seruiebant. cum dicit. Quia aliquando vos gentes eratis. 1. coz. 12. Scitis quoniã cũ gentes essetis ad simulachra muta ꝓut ducebamini euntes. Quidã vero libri habent. Eos qui gentes eratis. ⁊ tunc pendet constructio vsq; ibi. Nunc aũt in xpo iesu ⁊c. ¶Secundo recitat eoz carnalem conuersationẽ cũ dicit. In carne id ẽ carnaliter viuentes Ro. 8. Qui autẽ in carne sunt deo placere non possunt. ¶Tertio recitat contemptus eorũ vilipensionẽ qua a iudeis vilipendebantur. Unde dicit. Qui dicebamini prepuciũ id est incircũcisio ab ea scilicz circũcisione que dicitur circũcisio manifesta in carne id ẽ a iudeis tali circũcisione circumcisio. Et dicit manufacta. ad differentiã circũcisionis spiritualis: de qua dicit Col. 2. In quo circũcisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis: sed circũcisione xpi. Et sequitur parum post. Eos cũ mortui essetis in delictis ⁊ prepucio carnis vestre conuiuificauit cũ illo cõdonans vobis omnia ⁊c. ¶Deinde cum dicit Qui eratis illo tẽpore ⁊c. Cõmemorat bona quibus priuabantur. ⁊ primo participatione sacramentorum. Secundo dei cognitiõe ibi. Et sine deo in hoc mundo. Circa primum ponit tria sacramenta quorum pticipatione priuabantur. Primo christi dignitate. Unde dicit. Qui eratis illo tẽpore sine christo. id est sine promissione christi: que facta est iudeis. Jere. 23. Suscitabo dauid germẽ iustũ ⁊c. Zach. 9. Exulta satis filia syon: iubila filia hierusalez. ecce rex tuus venit tibi iustus ⁊ saluator. ¶Secundo tangit societatẽ sanctoꝝ qua priuabantur quãdiu in gẽtilitate permanebant cũ dicẽ. Alienati a cõuersatione israel. quia scilicet iudeis cũ gentilib⁹ nõ erat licitũ conuersari. Deut. 7. Non inibis cum eis fedus: non miserebeꝛis eorũ neq; sociabis cũ eis coniugia ⁊c. Joh. 4. Non eñ communicant iudei samaritanis. ¶Et quantum ad illos qui in idolatria recipiebantur contẽptibiliter cum fiebant, dicitur. Unde subditur. Et hospites testamentoꝝ. Quasi dicat. Huiusmodi proseliti quando conuertebãtur ad iudeos ⁊ fiebant proseliti. non sicut ciues sed sicut hospites recipiebantur ad ꝓcipiendum testamenta dei. Dicit aũtẽ testamentoꝝ. quia iudeis vetus testamentũ erat exhibitũ ⁊ nouum erat ꝓmissum. quia vt dicitur Eccl. 44. Testamẽtum suũ confirmauit super caput iacob. Quod potest intelligi de veteri testamento. Ꝓmiserat eñ deus dare aliud testamentũ Baruch. 2. Statuã illis testamentum altez sempiternũ. Hoc aũtẽ reddidit illis quoꝝ actoꝛ est filioꝝ dei ⁊ gloria ⁊ testamentũ. vt dicit Ro. 9. ¶Ponit etiã aliud beneficiũ quo priuabant, scilicz spez futuroꝝ bonoꝝ cũ dicit. Ꝓmissionis spem non habentes. qz vt dz Gal. 3. Abrae dicte sunt ꝓmissiones ⁊ semini eius. ¶Ulterius ponit summã dãnificationẽ qua damnificabantur. scilicet dei cognitionem ibi. Et sine deo in hoc mundo id est sine cognitione dei. pñs. Nor⁹ in iudea deus. non autẽ notus gentibus vt dicit. 1. thes. 4. Nõ in passione desiderij sicut ⁊ gentes que ignorant deũ qñ tamen intelligitur de cognitione que est per fidem. Nam de cognitione naturali dicitur. Ro. 1. Qui cum cognouissent deum: non sicut deum glorificauerunt ⁊c. ¶Cõsequenter cũ dicit: Nunc autẽ in xpo ⁊c. Cõmemorat beneficia eis exhibita in statu conuersionis per xpm. Circa quod duo facit. quia primo ostendit quomodo facti sunt participes bonoꝝ quibus ante priuabanꝫ. Secũdo ostendit q̃ ad illa bona non sicut hospites: sed sicut ciues recipiuntur ibi. Ergo non estis hospites ⁊c. Prima iterum in duas. quia primo cõmemorat huiusmodi beneficia in generali Secundo in speciali ibi. Ipse eñ est pax nostra ⁊c. Dicit ergo primo. dixi q̃ in illo tẽpore eratꝭ sine xpo alienati a conuersatione israel. Nũc autẽ id ẽ postq̃ conuersi estis ad xpm. vos qui estꝭ in christo. id est qui ẽt adhereti per fidem ⁊ charitatẽ. 1. Joh. 4. Qui manet in charitate in deo manet: ⁊ deus in eo. Gal. vltio. In xpo enim iesu neq; circũcisio aliquid valet: neq; prepucium. sed noua creatura. Eos inq̃ qui aliquando eratis lõge. id est elongati a deo. non loco sed merito. pñs. Longe a peccatoribus salus, ⁊ a conuersatione sanctoꝝ ⁊ partici patione testamentoꝝ. vt dictũ est. Statim facti estis ꝓpe deo scilicet ⁊ sanctis eius ⁊ testamentis Esa. 6. Filij tui de longe venient ⁊c. Mar. 8. Quidam eñ ex eis scilicet gentilibus de longe venerunt scilicet de regiõe dissimilitudinis ⁊ statu gentilitatis. vos autem modo facti estis ꝓpe. scilicet in sanguine christi id est per sanguinem eius: quo vos christus attraxit. Joh. 12. Ego si exaltatus fuero a terra omnia trahaꝫ ad meipsum Et hoc propter nimiam charitatẽ: que potissime in morte crucis mãifestatur. Jere. 31. In charitate ꝑpetua dilexi te. ideo attraxi te miserans.

Lectio quinta.

i Ipse eñ est pax nostra q̃ fecit vtraq; vnum ⁊ mediũ parietez macerie soluens inimicitias in carne sua: legem mandatoruꝫ decretis euacuans vt duos condat in semetipso in vno nouo homĩe faciẽs pacẽ vt reconciliet ambos in vno corpoze deo per crucẽ interficiens inimicitias in semetipso: ⁊ veniens euangelizauit pacẽ vobis qui longe fuistis ⁊ pacem his q̃ ꝓpe quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem.

Cõmemoratis beneficijs collatis ipsis ephesijs in generali per christum: hic ea cõmemorat in speciali. Circa qõ duo facit. Primo ostendit quomodo approꝓinquauerũt populo iudaico Secundo qualit⁹ ꝓpinquiores facti sunt deo. Secunda ibi Ut reconciliet ambos ⁊c. Prima iterum in tres. quia primo ostẽdit causam approꝓinquationis. Secundo modũ. Tertio finem. Secũda ibi. Et medium parietẽ ⁊c. Tertia ibi. Ut duos ⁊c. Causa autem approꝓinquationis est christus. ꝓpt quod dicit: Ipse enim est pax nostra ⁊c. Et est emphatica locutio ad maiorem rei expressionẽ. Quasi dicat. Bene dico q̃ facti estꝭ ꝓpe. sed hoc factum est per christum. quia ipse est pax nostra id est causa pacis nostre. Unde dicebat Job. 14. Pacem meam do vobis. Hic aũt modus loquendi fieri consueuit quando totum quod est in effectu dependet ex causa. sicut cum dicimus de deo: q̃ ipse est salus nostra. quia quicquid salutis est in nobis causatur a deo. Quia ergo quicquid pacis est in nobis causatur a christo: ⁊ per consequens quicquid approꝓinquatiõis. quia homo qñ pacificatus est cũ alio secure potest ambulare seu approꝓinquare ad ipsum. Ideo dicit q̃ est pax nostra. Nam in eius natiuitate angeli annunciauerunt pacem. Luc. 2. Gloria in altissimis deo: ⁊ in terra pax ⁊c. Ipse etiã christo in corpoze existente: mundus maximã pacem habuit qualem ante non habuerat. pñs. Orietur in diebus eius iustitia ⁊c. Ipse etiam resurgens pacẽ annunciauit Luc. vltimo. dixit eis Pax vobis. ¶Sequit Qui fecit vtraq; vnum. quia scilicet christus vtrumq; populũ: videlicet iudeorum colentium deum vez ⁊ gentiliũ ab huiusmodi dei cultura alienatoꝝ coniunxit in vnum. Johan. 10. Alias oues habeo q̃ nõ sunt ex hoc ouili ⁊c. vsq; ibi. Et fiet vnũ ouile ⁊ vn⁹ pastor. Ezech. 37. Rex vnus erit omnibus imperans ⁊c. Modus autẽ approꝓinquatiõis ostenditur cũ subdit: Mediũ parietẽ ⁊c. Hic autem modus est per remotionem eius quod diuidebat. Debem⁹ autem ad intellectũ littere ymaginari vnũ magnũ campum ⁊ multos homines ibi congregatos. in quo quidez per medium ꝓtendatur ⁊ eleuet vnus paries diuidẽs eos ita q̃ non videatur populus vnus sed duo. Quicũq; ergo remoueret parietem coniungeret illoz hominũ congregationem in turbam vnã ⁊ efficeretur populꝰ vn⁹? Sic intelligendũ est. qõ hic dicitur. Mundus eñ iste ẽ sicut ager. Matth. 13. Ager est mundus. hic autẽ ager. s. mundus plenus est hominibus. Gen. 8. Crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terrã. In isto autẽ agro est paries. quia quidam sunt ex vna parte: quidam ex alia. hic autem paries potest dici lex vetus ꝛm carnales obseruantias in qua iudei concluſi custodiebantur. vt dicit Gal. 3. Sub lege custodiebamur conclusi in eam fidẽ que reuelanda erat. Can. 2. Ipse stat post parietẽ nostrũ. quia videlicet christus per veterem legem figurabat. ꝛps autẽ hunc parietẽ remouit: ⁊ ita cum nullum remaneret inditium factus est populus vnus iudeoꝝ ⁊ gentium. Et hoc est quod dicit. Hico q̃ fecit vtraq; vnuꝫ. hoc modo scilicet soluens mediũ parietẽ. Parietem dico macerie non muri. Tunc eñ est paries macerie quando lapides in eo non conglutinantur cemento: nec ad hoc erigitur vt duret imperpetũ sed vsq; ad tempus prefinitũ. Qui⁹ ergo lex est paries macerie ꝓpter duo. Primo qz non conglutinabatur charitate: que est quasi cementũ cõglutinans singulos sibi inuicẽ: ⁊ omnes simul xpo. infra. 4 Solliciti seruare vnitatem spiritus in vinclo pacis. Letus eñ lex: est lex timoris inducens homines per penas ⁊ cõminationes ad obseruantias mandatoꝝ. Et si qui illo tempore legis eam ex charitate obseruabant iam pertinebant ad nouum testamentũ. vt dicit Aug⁹. quod est lex amoris. Ro. 8. Non eñ accepistis spiritũ seruitutis iterum in timore ⁊c. Secundo vetus lex est paries macerie. quia non fuit data vt perpetuo duraret sed vsq; ad tempus prefinitũ Gal. 4. Quanto tempore heres parvulus est nihil differt a seruo cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus ⁊ actoribus est vsq; ad prefinitũ tempus a patre ita ⁊ nos cuꝫ essemus ⁊c. ¶Sed hic incidit questio. quia dicit parietẽ macerie soluens. contrarium dicitur. Matth. 5. Non veni soluere legem sed adimplere. Respondeo dicendum est q̃ in veteri lege erant precepta mozalia ⁊ cerimonialia. Mozalia quidez precepta christus non soluit sed adimpleuit: superaddendo consilia ⁊ exponendo ea que scribe ⁊ pharisei male intelligebant. Unde dicebat Matth. 5. Nisi abundauerit iusticia vestra plus q̃ scribaꝝ ⁊c. Et item dictuꝫ est ãtiquis Diliges proximum tuum ⁊ odio habebis inimicum tuum. Ego autẽ dico vobis. Diligite inimicos vestros ⁊c. Cerimonialia vero precepta soluit quidem quantũ ad eoꝝ substantiam. sed adimpleuit quantũ ad illud quod figurabant adhibens figuratum figure. Est ergo intelligẽdũ quod hic dicit soluens. scilicet quantum ad obseruantiã legis carnalis. Et soluere hoc scilicet parietem macerie est soluere inimicitias que erant inter iudeos ⁊ gentiles quia isti volebant legẽ seruare: illi vero minime. ex quo oziebatur inter eos ira ⁊ inuidia. Sed certe has inimicitias christus soluit in carne sua assumpta. Nam in eiꝰ natiuitate statim pax hominibus annunciata est. Luc. 2. Et in carne sua scilicet ymolata. quia vt dicitur infra. 5 Tradidit semetipsum pro nobis oblationez ⁊ hostiam. In quo quidem sacrificio impleta sunt omnia illa sacrificia ⁊ cessauerunt. Hebre. 10 Una eñ oblatione consummauit in sempiternũ sanctificatos. ¶Quid autẽ sit iste paries insinuat dicens: q̃ est lex mandatoruꝫ. Quasi dicat. Soluens parietẽ ⁊ hoc legem mandatoꝝ ⁊c. Dicit aũt lex ver⁹ lex mandatoꝝ. nõ qz alie leges mãdent ea creãt. Noua eñ lex mãdata habz Joh. 14. Mãdatũ nouum do vob. Sz ꝓpe quidez ꝓpt magnũ numerũ mandatoꝝ legaliũ intãtũ q̃ ab oĩb⁹ fuari nõ possunt.

fm illud Act. 15. Hoc est onus quod neq; nos neq; patres nostri portare potuimus Job. 11. q multiplex sit lex eius ꝛc. Vel dicitur Mandatorum. id est factor. Rom. 3. Ubi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quā legē Factor? Non. sed per legem fidei. Unde sicut baptism? Johannis dicitur baptismus aque: quia tantum exteri? mundabat: interius autē non sanctificabat. ita ⁊ lex vet? dicitur lex factorum. quia precipiebat tantuz quid facere deberent: sed non conferebat gratiā per quā ad legē implendam iuuarentur. Lex vero noua dirigit in agendis precipiendo: ⁊ iuuat adimplendo gratiam conferendo. Euacuans dico sicut imperfectū euacuatur per perfectū ⁊ vmbra per veritatem. 1. cor. 13. Cum autē venerit qđ perfectum est euacuabitur quod ex parte est. scilicet imperfectio ⁊ vmbra veteris legis. de qua Hebre. 10. Umbram enī habens lex futuror bonorum ꝛc. Et hoc decretis id est preceptis noui testamenti per que excludit lex. Leuit. 26. Comedetis vetustissima vetex. id est precepta legis nature simul cum noua lege preceptis ei? susceptis vetera projicietis scilicet cerimonialia precepta veteris legis quantū ad eor substantiā vt dictū est. ¶ Finem vero appropinquationis ostendit dicens. Et duos condat in se ꝛc. Qui quidem finis est: vt duo populi efficiātur vnus populus. Que autē vniuntur oportet vniri in aliquo vno. ⁊ quia lex diuidebat nō poterant in lege vniri. christus autez in lege succedens ⁊ fides eius sicut veritas figure eos in semetipso ꝓdidit. Joh. 17. Et sint vnum sicut ⁊ nos vnum sum?. Matth. 18. Ubi enī sunt duo vel tres congregati in nomīe meo: ibi ego suz in medio eorum. Et hoc in vno nouo homine faciens pacē. id est in semetipso christo qui dicitur nouus homo propter nouum modum sue conceptionis. Jere. 31. Creauit dñs nouum super terrā: femina circūdabit virum. Item propter nouitatem gratie quam cōtulit. Hal. vltio. In xpo enim iesu neq; circumcisio aliquid valet: neq; prepucium: sed noua creatura. infra. 4. Renouamini spiritu mētis vestre: ⁊ induite nouum hominē qui ꝛc. Item propheno ua mandata que attulit. Johan. 13. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis inuicem ꝛc. Et licet ista videat esse intentio apostoli. tamē in glosa paries duplicatur. qz ex parte iudeorum ponitur lex quasi obstaculum. ex parte vero gentium est idolatria. ¶ Consequenter cū dicit: Ut reconciliet ambos ꝛc. Ostendit qualiter deo appropinquauerunt. Circa quod duo facit. Primo mānifestat eorum reconciliationē ad deū. Secundo ponit mānifestationē reconciliationis ibi. Et veniens euangelizauit ꝛc. ¶ Sciendum est q dilectio proximi est via ad pacez dei quia vt dicitur. 1. Johan. 4. Qui enim nō diligit fratrē suum quem videt: deum quem non videt quomodo poterit diligere? Et Aug. dicit q nullus putet habere pacē cum christo si discors fuerit cum christiāo. Primo ergo ponit pacem hominū inuicem factā per christum. ⁊ exinde pacem hominum ad deum: propter quod dicit. Ut reconciliet ambos iam vnitos scilicet in vno corpore ecclesie scilicet in christo. Ro. 12 Mti vnū corp? sum? in xpo. Reconciliet inq̄ deo per fidem ⁊ charitatem. 2. cor. 5. Deus erat in christo mundum reconcilians sibi. Et hoc fecit per crucem: interficiēs inimicitias in semetipso. qz iudeorum ⁊ gentilium que erant per legem inimicitias interfecit: implens figuras veteris testamenti. sed inimicitias que erant inter deum ⁊ homines per peccatū interfecit in semetipso. quando per mortē crucis deleuit peccatum. Gal. 1. Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. Hebre. 10. Christus semel oblatus est ad multorū exhaurienda peccata. Dicit ergo interficiens inimicitias id est peccata in semetipso in īmolatione corporis sui, Col. 1. Pacificās p sanguinē crucis ei? siue q̄ ī cel̄ siue q̄ ī terris sunt. Ro. 5. Cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij ei?. Item col. 1. In christo cōplacuit omnem plenitudinē habitare ⁊ per eum reconciliare omnia in ipso. Quia ergo christus satisfecit sufficienter pro peccatis nostris, consequēs fuit vt soluto precio fieret reconciliatio. Manifestationē vero huius reconciliationis ponit dicens: Et veniens euangelizauit ꝛc. Ponit autē primo pacis seu reconciliationis annunciationem. Secundo pacis causam ⁊ rationem ibi. Quoniam per ipsum habemus accessum ꝛc. Est ergo manifesta dei reconciliatio ad hominem per christū. quia ipse xps non solum reconciliauit nos deo ⁊ interfecit inimicitias sed etiam veniens scilicet in carne euangelizauit id ē annunciauit pacem. Vel veniens post resurrectionē quando steterit in medio discipl̄oz ⁊ dixit eis Pax vobis. Luce vltio. ⁊ Joh. 20. Esa. 61. Ad ānūciādū misit me ꝛc. Et. 52. Quā pulchri pedes supra mōtes annūciāt̄ ⁊ pdicāt̄ pacē ānūciāt̄ bonū pdicātis salutē ꝛc. Euāgelizauit inq̄ non vni populo tantū sed vobis gentibus qui lōge fuistis. quibus ⁊ si non in persona propria tamē per apostolos suos annunciauit pacē. Matth. vltimo. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes ꝛc. Esa. 33. Audite qui longe estis que fecerim ⁊ cognoscite ꝛc. Et pacem his qui prope supple annunciauit xps in ꝑsona propria. Ro. 15. Dico enī christum iesum ministrum fuisse circūcisionis propter veritatem dei ad confirmandas promissiones patrū. Esa. 54. Ecce accola vēiet qui nō erat mecū aduena quondam ciuis adiūgetur tibi. ¶ Causam autē pacis ⁊ formam ostendit dicens: Quoniā per ipsum habemus accessum ambo id est duo populi in vno spiritu. id est vnit vnione spiritus sancti. infra. 4. Sollicitare vnitatē spūs ꝛc. 1. cor. 12. Hec aūt oīa operat vn? atq; idē spūs. Sic aūt habem? accessum ad patrē p xp̄m q̄ nia xps operat p spiritū sanctū. Ro. 8. Si q̄s aūt spiritū xp̄i nō habet h nō est eius. ⁊ ideo q̄cūq; fit p xp̄m seq̄ p hoc etiā qđ dicē ad patrē. intelligēdū ē q etiā p me ad totaz trinitatē. qz ppē essentie vnitatē in patre est fili? ⁊ spiritus sanctus. ⁊ in spiritu sancto pat̄ ⁊ filius. Ideo cū dicit ad patrē. specialiē ostēdit q q̄cūq; fili? hz a pre habet. et ab eo etiā se habere recognoscit.

Lectio sexta.

Ergo iam non estis hospites ⁊ aduene: sed estis ciues sanctorum ⁊ domestici dei: superedificati super fundamentum apostolorum ⁊ prophetarum ipso summo āgulari lapide xpo iesu: in quo omnis edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. In quo ⁊ vos coedificamini in habitaculū dei in spiritu sancto.

r incarnationis xpi totū est opus charitatis. Maz q̄ incarnatus est: ex charitate pcessit supra. 2. Propter nimiam charitatē suā qua dilexit nos ꝛc. Qui vero mortuꝰ fuit ex charitate processit. Joh. 15. Maiorē hac dilectiōe nemo habet ꝛc. infra. 5. Xps dilexit nos r tradidit semetipsum pro nobis oblationē r hostiā deo. propē hoc dicit gregorius. O inestimabilis dilectio charitatis vt seruū redimeres filiū tradidisti. Et ideo scire charitatē xpi est scire omnia misteria incarnationis xpi r redemptiōis nostre que ex īmensa charitate dei pcesserunt: que quidez charitas excedit omnē intellectū creatū r omniū scientiam: cum sit incōprehensibilis cogitatu. Et ideo dic. Supereminentē scientie scilicet nature r omnis intellectus creati. Phil. 4. Et pax dei que exuperat omnē sensum Charitatē xpi id est quā deus pater fecit q̄ xpm. 2. cor. 5 Deus erat in xpo mundum reconciliās sibi. ¶ Alio modo potest legi vt referatur ad perfectionē charitatis nostre. Quasi dicat. Corroborami in charitate radicati r fundati: r hoc vt possitis cōprehendere nō solū cognoscendo cū omnibus sanctis. quia hoc donū scilicet charitatis cōmune est omnibus. cū nullus possit esse sanct⁹ sine charitate vt dicitur Ephe. 3. Possitis in cōprehendere que sit latitudo scilicet charitatis que se extēdit vsq̄ ad inimicos. ps. Latū mādatū tuū nimis. Lata ē eīm charitas ad suam diffusionē. ps. Eduxit me in latitudinem dñs. Longitudo aūt eius attendit̄ ꝗtum ad sui p̄seuerantiā quia nunq̄ deficit sed hic incipit r perficitur in gloria. 1. cor. 13. Charitas nunq̄ excidit. Can. vltio. Aque multe non potuerunt extinguere charitatē. Sublimitas autē eius attendit̄ ꝗtuz ad intentionē celestiū: vt scilicet deus nō diligat ꝓpter temporalia. quia hui⁹modi charitas esset infirma: sed vt diligatur ꝓpter se tm̄. Job. 40. In sublime erigere r esto glorios⁹. Profundū vero attendit̄ ꝗtum ad originē ipsius charitat̄ Nam hoc q̄ deum diligimus non est ex nobis sed a spiritusancto. quia vt dicitur Ro. 5. Charitas dei diffusa ē in cordibus nostris per spiritumsanctū ꝛc. Hoc ergo q̄ vnus habet charitatē longā latam sublimē r profundā r alius non: venit ex profundo diuine predestinationis. Eccl. 1. Profundum abyssi quis dimensus est: Ergo vt possitis cōprehendere id est perfecte consequi cū omnibus sanctis que sit latitudo vt extendatur charitas vestra vsq̄ ad inimicos. que sit longitudo vt scilicet nunq̄ deficiat que sit sublimitas vt scilicet ꝓpter seipm deus diligatur r profundum scilicet predestinationis ꝛc. ¶ Sciēdū est autē hic q̄ xps in cuius potestate fuit eligere genus mortis quod vellet: q̄ ex charitate mortem subijt. elegit mortē crucis in qua predicte quatuor dimensiones sunt Ibi est latitudo scilicet in ligno trāsuersoꝝ cui affixe sunt manus. quia opera nostra debent per charitatem dilatari vsq̄ ad inimicos. ps. Eduxit me in latitudinē domin⁹ Ibi est longitudo in ligno erecto cui inmittit totum corp⁹ quia charitas debet esse perseueratiua que sustinet r saluat hominē. Matth. 10. Qui autē pseuerauerit vsq̄ in finē hic salvus erit. Ibi est sublimitas in ligno superiori cui caput inheret. quia spes nostra debet eleuari ad eterna r diuina. 1. cor. 11. Caput viri xps est. Ibi etiā est profundū in ligno quod latet sub terra r sustinet crucē: r tamen non videtur. quia profunduz amozis diuini sustinet nos: nec tamē videtur. quia ratio predestinatiōis vt dicū est excedit intellectū nostrū. Sic ergo debemus comprehendere virtutē charitatis nostre r xpi r adhuc scire charitatē xpi supereminentē scientie scilicet humane. q̄a nullus potest scire ꝗ tum xps dilexit nos. vel scire etiam charitatē scientie xpi. id est que habeē cum scientia xpi. Charitatem dico supereminentē alij charitati que est sine scientia. Sed nunquid est verū q̄ charitas que est cū scientia supereminet charitati que est sine scientia. r videtur q̄ non. quia sic malus theologus esset supeminē. tiozis charitat̄ ꝗ sancta vetula. Respōdeo dico q̄ hoc intelligitur de scientia afficiente Nam ex vi cognitionis inducitur ad magis diligendū. quia ꝗto deus magis cognoscitur: tanto r magis diligitur. Propter quod petebat Augustinus nouerim te nouerim me. Vel hoc dicit propter quosdam qui habent zelū dei: sed non fm scientiam. Talium eīm charitati supeminet charitas cū habetur scientia christi. ¶ Consequenter cū dicit. Et impleamini ꝛc. Ponit cognitionis diuine efficaciā dicens: Ut implesmini in omnē plenitudinē dei id est vt habeat⁹ perfectā participationē omniū donorum dei. vt scilicet h̄a beatis plenitudinē virtutū r postea beatitudinis q̄ q̄dez efficit charitas. Ecc. 24. Transite ad me omnes qui cōcupiscitis me ꝛc. ¶ Cōsequenē sequitur illa pars. Ei autem qui potens ꝛc. In qua apostol⁹ agit deo grattias de sue petitionis exauditione. Circa quod tria facit. q̄ primo ponit potestatē dei qua postulata concedit. Secūdo potestatis exemplū ibi. Scōm virtutē que operat̄ in nobis ꝛc. Tertio materiā gratiarūactionis ibi. Ipsi gloria ꝛc. Potestatē aūt dei describit infinitā dicens Ei aūt scilicz deo christo r deo patri qui potens est omnia facere ꝛc. Exod. 15. Omnipotens nomē eius. Ro. vltimo. Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta euangeliuz ꝛc. Et hoc su perabundanter facere in nobis offitia ꝗ sciam⁹ petere per affectū aut intelligere per intellectū. r hoc est quod dicit ꝗ petimus aut intelligimus. ¶ Exemplū autem huiusmodi abundantie in nobis exhibite ostēdit dicens: Scōm virtutē quā operat̄ in nobis. Quasi dicat. Apparet si attendamus ea que operatus est in nobis scilicet hominibus. Nam nec affectus: nec intellectus humanus potuissent considerare vel intelligere vel petere a deo q̄ fieret homo: r q̄ homo efficerē deus r consors nature diuine. que tamen fm virtutē operat̄ in nobis. et hoc in incarnatiōe filij sui. 2. Pet. 1. Ut per hoc efficiamini diuine consortes nature. Unde de his dicit. Eccl. 18. Quis sufficiet enarrare opera illius: Quis eīm investigabit magnalia illius. virtutē autez magnitudinis ꝯ annunciabit: Vel operatus est in nobis scilicet apostol⁹ quibus dedit gratiā euangelizandi inuestigabiles diuitias xpi r illuminare omnes que sit dispensatio sacramēti abscōditi a seculis in deo vt dictū est supra eodē cap. ¶ Materia autē gratiarūactionis dicit esse duplex: beneficiū quod nobis contulit deus. Primū est ecclesie institutio. Secundū est filij incarnatio. Dicit ergo Ipsi scilicet deo patri gloria sit supple in ecclesia id est ꝓ his que fecit in eccliā quā istituit quo ad primū in xpo id est per christū vel pro xpo quē nob dedit. Ipsi in ꝯ sit gloria vt gloriosus appareat nō solū i presenti sed in omnes generationes seculi seculoruz. id est seculi omnia continentis 1. Thy. 1. Regi autem seculoruz imortali inuisibili soli deo honor r gloria in secula seculorum Amen.

Capitulū quartū.

Bsecro itaq̄ vos ego vinctus in
o domino: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis cū omni humilitate r mansuetudine: cuz patientia supportantes inuicē in charitate Solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis. Unum corpus r vnus spiritus sicut vocati estis in vna spe vocationis vre.

Supza cōmemorauit apostol⁹ diuina beneficia: per que vnitas ecclesie cōstituit̄ r conseruat̄: hic monet eos apostolus ad permanendū in ecclesie vnitate. Circa q̄ duo facit. quia primo monet eos vt in ipsa vnitate pseuerent Secundo instruit eos quō in ea permaneāt: ibi. Hoc ergo dico r testificoz in domino ꝛc. Itē prima in duas. q̄a primo monet eos ad seruandā ecclesiasticā vnitatē. Secundo proponit ipsius ecclesiastice vnitatis formam ibi. Unus dominus. vna fides ꝛc. Prima itez in tres. Prio premittit quedā inductiua ad seruandā ecclesiastica veritatē. Secundo ponit monitionē ibi Cū omni humilitate ꝛc. Tertio ostendit monitionis finē ibi. Solliciti seruare ꝛc. Inducit aūt ex tribus ad seruandā ecclesiasticā vnitatē. Primo ex charitatis affectu. Secundo ex commemoratione suoz vinculoz. Tertio ex considerationē diuinoz. Charitatis autē affectū insinuat ꝗ obsecratioez Unde dicit. Itaq̄ exquo tot beneficia a dño recepist⁹ obsecro vos cū tamē imperare possem: sed propter humilitatē magis obsecro. puerb. 18. dicitur Cū obsecrationibus loquit̄ pauꝑ. Itē propter charitatē que magis mouet ad opus ꝗ timor. philemon. 1. Fiducia habēs i xpo iesu imperandi tibi quod ad rē pertinet ꝓpter charitatē magis obsecro ꝛc. Ex cōmemoratiōe vero suoz vinculoz inducit eos dicens: Ego vinctus in domino Ex quibus inducit eos propē tria. Primo quia amicus magis cōpatitur amico afflicto r nitit̄ in pluribus facere voluntatez suam: vt vel sic eum consoleē. Ecc. 12. Non agnoscet in bonis amicus r non abscondet a malis inimicus. In bonis viri inimici illius in tristicia: r in malicia illius amicus agnitus est. Secūdo quia apostolus ipse vincula patiebatur ꝓ ipsoz vtilitate. r ideo inducit eos ad memoriam quasi volens eos obligare. 2. cor. 1. Siue aūt tribulamur ꝓ vestra exhortatione r salute: siue consolamur ꝓ vestra consolatione: siue exhortamur ꝓ vestra exhortatione r salute: que operat̄ tolerantiā earundē passionuz q̄s nos patimur Tertio q̄ vt supra dictū est cap. 3. in illa ꝓte Que est gloria vestra. huiusmodi erāt eis ad magnaz gloriā dū deus ꝓ eis amicos r electos suos exposuit tribulationibus ꝓ ipsoz salute. Et ideo addit. In dño id ē ꝓpter dñm. Vel erant ad gliam apli q̄ nō vt fur aut homicida: sed vt christianus: r ꝓpē dñm nostz iesum xpm vinculatus erat. Ezech. 3. Ecce data sunt sup te vincula r ligabunt te in eis ꝛc. ¶ Ex consideratione vero diuinoꝝ beneficioz inducit eos dicēs: Ut digne ambuletis vocatione qua vocati estis. id est attendētes dignitatem ad quā vocati estis ambuletis fm q̄d ei cōuenit. Si enim quis vocatus esset ad nobile regnū indignū esset q̄ faceret opera rusticana. Sic monet ephesios apls. Quasi dicat Vocati est⁹ vt sit⁹ ciues scoz r domestici dei vt dictū ē supra cap. 2. ñ ē ꝗ dignū vt faciat⁹ opa frena: nec vt de mundanis curetis. Ideo dicit: Digne ꝛc. Col. 1. Ambuletis digne deo per omnia placētes. Phil. 1. Digne euāgelio christi cōseruamini. r quare? quia vocauit vos de tenebris in admirabile lumē suū. 1. Pe. 2. ¶ Consequēter cū dicit: Cū omni humilitate ꝛc. Ponit modum sue monitionis dicens: Quō digne poterūt ambulare. Ponit ergo quatuor virtutes r excludit ꝗtuor vitia eis opposita. Primū aūt vitiū quod excludit est superbia. dum enim vnus superbiens vult alij preesse: r alius similiter superbus non vult subesse causatur dissensio in societate r tollitur pax. Unde puer. 13. Inter superbos semper iurgia sunt. Ad quod excludendū dicit: Cum omni humilitate scilicet interiori r exteriori. Ecc. 3. Quanto magn⁹ es humilia te in omnib⁹ ꝛc. Phil. 2. In humilitate superiores inuicē arbitrantes. Jac. 4. Deus superbis resistit: humilib⁹ aūt dat gratiā. Secundū est ira. Iracūdi eīm sunt ꝓpinqui ad iniuriā inferendā verbis vel factis exquo turbationes oziunt. puerb. 15. Vir iracūd⁹ ꝓuocat rixas. qui patiens est mitigat suscitatas. Ad hoc excludendū dicit: Mansuetudine. que mitigat rixas r pacem conseruat. puerb. 3. Mansuetis dabit gratiaz. ps. Mansueti autē hereditabunt terrā. Ecc. 3. Fili in mansuetudine opera tua perfice r super gloria hominū diligeris. Tertiū est in patientia. Quādoq̄ eīm aliquis humilis est r mansuetus in se: abstinens a molestijs inferēdis. nō tamē patient̄ sustinet molestias sibi illatas vl acceptat. Ideo subdit. Cū patiētia scilicz aduersoz Jac. 1. Patientia autē opus perfectū habet. Eccl. 2. In humilitate tua patiētiā habe. Hebre. 10. Patiētia vobis necessaria est vt voluntatem dei facientes ꝛc. Quartuz est inordinatus zelus. Cum eīm inordinate zelantes oia que vident iudicāt: nec tempus nec locū seruantes. concitatur turbatio in societate. Gal. 5. Si mordetis inuicē r comeditis: videte ne inuicē cōsummamini. Et ideo dicit: Supportantes inuicē in charitate scilicet mutuo sustinentes defectus aliozū. r hoc ex charitate: quia quando deficit aliquis non debet statim corrigi: nisi adsit loc⁹ r tempus: sed misericordiē exercetari: quia charitas omnia sustinet. 1. cor. 13. Non aūt debent huiusmodi defectus supportari ex negligentia vl ex consensu r familiaritate carnali vel amicitia sed ex charitate. Gal. 6. Alter alterius onera portate ꝛc. Ro. 15. Debemus nos firmiores imbecillitates infirmoꝝ sustinere. ¶ Consequēter cū dicit. Solliciti seruare ꝛc. Ostendit monitionis finem. qui quidē est vt seruetur vnitas iter fideles. Circa quod tria facit. Primo ponit ipsam vnitatē que est finis. Secundo describit modum vnitatis ibi. In vinculo pacis. Tertio ponit rationem seruande vnitatis ibi. Sicut vocati estis ꝛc. Dicit ergo primo. Dico q̄ digne ambulatis ꝛc. Et hoc faciatis solliciti seruare vnitatē spiritus. Est autē duplex vnitas. Una ad malefaciendū que ē mala scilicet carnis. Eccl. 11. A scintilla vna augetur ignis r ab vno doloso augetur sanguis. Alia ē vnitas spirit⁹ que est bona ad faciendū bonū. ps. Ecce ꝗ bonū r ꝗ iocundū ꝛc. Job. 17. Ut sint vnū sicut r nos vnum sum⁹. Modus autē seruande vnitatis est in vinculo pacis Charitas eīm est coniunctio animoz. Nulla autez coniūctio stare potest nisi ligetur aliquo vinculo. Eodē modo nec coniunctio animoz per charitatē stare potest: nisi ligeē. Huiusmodi autē vez ligamen est pax que est tranquilli tas modi spei r ordinis. qū scilicet vnusquisq̄ habet q̄ suum est. Propē quod dicit. In vinculo pacis. ps. Qui posuit fines tuos pacē ꝛc. Que quidem pax seruat̄ ꝓ iusticiā Esa. 32. Opus iusticie pax Eccl. 6. Ne accidieris in vinculis eius. Et quare? quia certe vt dicitur ibidem Vincula illius alligatura salutaris. Nunc autē q̄ in homine est duplex vnitas. Una scilicet membroꝝ ad inuicem simul ordinatoꝝ. Alia corporis r anime tertium cōstituentiū. Apostolus autē loquitur hic de vnitate ecclesie ad modū vnitatis que est in homine. ideo subiungit. Unum corpus. quasi dicat. Ligemini vinculo pacis vt sitis vnum corpus. ꝗtum ad primam vnitatē. vt scilicz omnes fideles sint ordinati ad inuicē sicut membra vnū corpus constituentia. Ro. 12. Multi vnū corpus sum⁹ in christo ꝛc. Et vnus spiritus. quantū ad secundū scilicet spiritualem consensum per vnitatem fidei r charitatis. Vel vnum corpus quo ad proximū: r vnus spiritus quo ad deum. quia qui adheret deo vnus spiritus est. 1. cor. 6. ¶ Deinde cū dicit. Sicut vocati estis ꝛc. Subdit rationē huius vnitatis. quia sicut videmus q̄ quando aliqui sunt vocati simul ad aliquid pariter habendū r mutuo percipiendum solent simul etiam manere r si-

mul tre.ita spiritualiter dicit: Quia vos estis vocati ad vnum scilicet finale premium ideo debetis simul cū vnitate spiritus ambulare in vnā spem vocationis. Hebre. 3. Fratres facti vocationis celestis participes .1.coz.1. Videte vocationem vestram ꝛc. Sed posset aliquis dicere. Quis vocauit nos ꝛ ad quid? Respondet.1.Pe.5. Deus autē omnis gratie qui vocauit nos in eternam gloriam suam ꝛc. vbi est beatitudo vestra .Apocal'.19. Beati qui ad cenā nuptiaꝝ agni vocati sunt.

Lectio secunda.

v Mus dominus: vna fides: vnuz baptisma. Unus deus et pater omnium qui super oēs et per omnia et in omnibus nobis.

Posita eoruz exhortatione pro seruāda ecclesiastica vnitate: in hac parte apostolus formam dicte vnitatis ipsis ephesijs insinuat. Ubi sciendum est q̄ cuz ecclesia dei sit sicut ciuitas est aliquod vnū ꝛ distinctū cū non sit vnum sicut simpler. sed sicut compositum ex diuersis partibus Et ideo apostolus duo facit. Primo ostendit id quod ē commune ecclesie. Secundo ostendit id quod est distinctum in ipsa ibi. Unicuiq; aūt nostruz data est gratia ꝛc. In qualibet autē ciuitate ad hoc vt sit vna: quatuor debent esse communia scilicet vn⁹ gubernator: vna lex: eadem insignia: ꝛ idem finis: hec autē quatuor dicit apostolus esse in ecclesia. Dicit ergo. Dico q̄ debetis habere vnum corpus ꝛ vnum spiritum. quia estis in vnitate ecclesie que est vna. Primo quia habet ducem vnum scilicet christum. Et quantū ad hoc dicit. Unus dominꝰ non plures: pro quorum diuersis volūtatibus oporteat vos discordare. Dicitur enim Hebreoꝝ.3. Christ⁹ est tanq̄ filiꝰ in domo sua Act.2. Certissime ergo sciat omnis domus israel. quia dñm eum ꝛ xp̄m deus fecit Iesum quē vos crucifixistis.1.coz.8. Unus dñs noster Iesus xp̄s. Zacha.14. In illa die erit dominus vnus ꝛ nomen eius vnum. Secundo quia lex eius est vna. Lex enim ecclesie ē lex fidei. Ro.3. Ubi est ergo nūc gloriatio tua? Exclusa ē. Per quam legē? Factorum? Non. sed per legē fidei. Sed fides quandoq; sumitur pro ipsa re credita fz illud Hec est fides catholica ꝛc.1. ista debēt credi Quādoq; vero sumitur pro habitu fidei quo creditur in corde Et de vtroq; potest hoc dici. De primo vt sit sensus vna est fides id est idez iubemini credere ꝛ eodem modo operari. quia vnum ꝛ idem est quod creditur a cunctis fidelibus Unde vniuersalis seu catholica dicit. vnde.1.coz.1. Idipsum dicatis id est sentiatis omnes ꝛc. Alio modo vna est fides id est vnus habit⁹ fidei quo credit. vna in q̄ non numero sed specie. quia idem debet esse in corde omnium. Et hoc modo idem volentiū dicitur vna, voluntas. ¶ Tertio eadem sunt insignia ecclesie scilicet sacramenta christi inter que primuz est baptisma: quod est ianua omnium aliozū. Et ideo dicit. Unū baptisma. Dicitur autem vnuz triplici ratiōe. Primo quia baptisma non differunt fm baptizantes. quia a quocunq; conferatur vniformē virtutem habet. quia qui baptizat interius vnus est scilicet christus. Johan.1. Super quem videris spiritum descendentē ꝛ manentē super eo: hic est q̄ baptizat in spiritusancto. Secundo dicitur vnum. qz datur in nomine vnius scilicet trinitatis. Matth.vl. Baptizātes eos in nomīe patris ꝛ filij ꝛ spiritussancti. Tertio quia iterari non potest. Penitentia autē matrimonium eucharistia ꝛ extrema vnctio: iterari possunt. non autem baptismus. Hebreoꝝ.6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati per baptismū ꝛ gustauerunt donum celeste ꝛ partlceps facti sunt spiritussancti. gustauerunt nihilominus bonū dei verbum virtutesq; seculi venturi ꝛ prolapsi sunt per peccatum. renouari rursus ad penitētiam. Non iteratur autē vel propter caracterem: vel qa causa eius non iteratur. Romanoꝝ.6. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortē ꝛc. Hunc autez christus semel pro peccatis mortuꝰ ē vt dicitur.1.Pe.3. ¶ Quarto in ecclesia est idem finis qui est deus. Filius enī ducit nos ad patrem.1.coz.15. Cū tradiderit regnū deo ꝛ patri cū euacuauerit omnem principatum ꝛ virtutem ꝛ potestatem oportet autem illuz regnare ꝛc. Et p̄tum ad hoc subiungit dicens: Unus deus ꝛc. Ubi primo ponit apostolus eius vnitatem. Secundo eius dignitatem ibi. Qui est super omnes ꝛc. Circa primum duo dicit. Primuz pertinet ad naturam diuinam. Unde dicit. Unus deus. Deut.6. Audi israel dominus deus tuus vnus est. Aliud pertinet ad eius benivolentiā ad nos et ad pietatem. Unde dicit. Et pater omniuz Esa. 63. Tu domine pater noster ꝛ redēptor noster. Malach.2. Nūquid non pater vnus omniū nostrū: nūquid non deꝰ creauit nos? Dignitatem autē eius commendat ex triꝰ. Ex altitudine diuinitatis cum dicit. Qui est super omnes. ps. Super omnes gentes dominus ꝛc. Ex amplitudine eius potestatis cum dicit. Per omnia. Jere.23. Celum ꝛ terram ego impleo ꝛc. ps. Omnia subiecisti sub pedibus eius ꝛc. Luc.10. ꝛ Matth.11. Omnia mihi quippe tradita sunt. quippe quia per ipsum facta sunt. Joh.1. Sed modo quo dicitur Sap.11. Omnia in numero ponere ꝛ mensura disposuisti. Ire ex largitate gratie cuius. cit. In omnibus vobis scilicet per gratiā. Jere.14. Tu autem in nobis es domine ꝛc. Sed primum appropriat patri qui est fontale principiuz diuinitatis ꝛ omnes creaturas excellit. Secundū filio qui est sapientia attingens a fine vsq; ad finem fortiē. Sap.8. Tertiū vero spiritui sancto qui replet orbem terrarum. Sap.1.

Lectio tertia.

v Nicuiq; autē nostrum data est gratia scōm mensuram donationis xp̄i Propter quod dicit: Ascendens in altum captiuā duxit captiuitatez: dedit dona hominibus. Q̄ autē ascendit quid ē nisi quia ꝛ descendit primum in inferiores partes terre. Qui descēdit: ipse est ꝛ qui ascendit super omnes celos vt adimpleret oīa.

Supra ostendit apostolus ecclesiasticam vnitatem quātum ad id quod in ecclesia est commune: hic idem ostendit quantum ad hoc q̄ singulis fidelibus membris ecclesie est propriū et speciale. Circa quod tria facit. q̄ primo proponit distinctionem. Secundo inducit ad hoc auctoritatem ibi. Propter quod dicit ꝛc. Tertio ponit auctoritatis expositionem ibi. Q̄ autē ascendit ꝛc. Dicit ergo Habemus in ecclesia vnum deum: vnam fidem ꝛc. fz tamen diuersas gratias diuersis particulariter collatas habemus. quia vnicuiq; nostrum data est gratia. Quasi dicat Nullus nostruz est qui nō sit particeps diuine gratie ꝛ communionis. Johannis.1. De plenitudine eiꝰ omnes accepimus gratiaz pro gratia. Sed certe ista gratia non est data omnibus vniformiter seu equaliter: sed scōz mensuram donationis christi id est fm q̄ christus est datoz ꝛ eam singulis mensurauit. Romanoꝝ.12. Habētes donationes fm gratiam que data est nobis differentes. Hec differentia non est ex fato: nec a casu: nec ex meritis: sed ex donatione christi. id est fm q̄ christus nobis consmensurauit. Ipse em̄ solus recepit spiritum non ad mensuram. Job.1. ceteri autez sancti ad mensurā recipiunt. Ro.12. Unicuiq; sicut deus diuisit mensurā fidei.1.coz.3. Unusquisq; propriā mercedē accipiet ꝛc. Matth.25. Unicuiq; fm propriā virtutē ꝛc. Quia sicut in potestate xp̄i est dare vel non dare: ita dare tantum vel minus. ¶ Sequitur Propter quod dicit ꝛc. hic ponit quandaz auctoritatē assumptā de ps. ꝛ refertur ad hoc quod dixit Scōz mensurā donationis xp̄i. vbi tria facit. Primo cōmemorat xp̄i ascensionē. Secundo humani generis liberationē. Tertio ponit donoruz spiritualiū collationem. Partes consequentur se. Ostendit ergo primum dicēs sic. Propē quod scilicet significandū dicit scilicet pphēta dauid in ps. Ascendens xp̄s in altum ꝛc. Apochee.2. Ascendit ante eos pandēs iter ꝛc. Job.39. In altū alas erigit ꝛc. Ascendens in q̄ sed non solus. quia captiuam duxit captiuitatez. eos scilicet quos dyabolus captiuauerat: humanū em̄ genus captiuatū erat ꝛ sancti in charitate decedentes qui meruerunt gloriam in captiuitate dyaboli detinebātur quasi captiui in lymbo Esa.5. Ducus est captiuus populus meus ꝛc. Hanc ergo captiuitatem xp̄s liberauit ꝛ secum duxit in celū. Esa.49. Nūquid tolletur a forti preda aut quod captum fuerit a robusto saluabitur ac saluū poterit esse. quia hec dicit dñs Equidē ꝛ captiuitas a forti tolletur ꝛ quod ablatū fuerit a robusto saluabitur. Sed certe hoc non verificatur solū ꝛtum ad iam moztuos sed etiā quantū ad viuentes qui captiui tenebantur sub peccato quos a peccato liberans seruos fecit iustitie vt dicitur. Ro.6. Et sic quodammodo eos in captiuitatem duxit non ad perniciē sed ad salutem. Luce.5. Ex hoc iā homīes eris capiēs. Nō solū autem homines a captiuitate eripuit ꝛ sue seruituti subiecit sed etiā eos spiritualibus bonis dotauit. Unde subdit: Dedit dona hominibus scilicet gratie ꝛ glozie. ps. Gratiam ꝛ gloziam dabit dominus.2.Pe.1. Per quē ꝛ p̄ciosa nobis promissa donauit ꝛc. Hec est contrariū quod in littera precedenti dicitur. Accepit dona in hominibꝰ quia certe ipse dedit vt deus ꝛ accepit vt homo in fidelibus sicut in membris suis. Dedit in celo sicut deus ꝛ accepit in terra fm modum loquēdi quo dicitur. Matth. 25. Nō vni ex minimis meis feciſt mihi feciſt. ¶ Deinde cum dicit. Q̄ autem ascendit ꝛc. Exponit propositam auctoritatē ꝛ primo quantū ad ascensionē. Secundo quantū ad materiam donatiōis ibi. Et ipse dedit ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ostendit quomodo descēdit ibi. Qui descendit. Secundo quomodo ascendit ibi Qui ascendit ꝛc. ¶ Circa primū considerandū est q̄ cū christus vere sit deus inconueniens videbatur q̄ sibi cōueniret descendere: quia nihil est deo sublimius. Et ideo ad hanc dubitationē excludendam subdit apostolꝰ. Q̄ autez ascendit quid est: nisi quia ꝛ descendit primuz ꝛc. Acsi diceret. Ideo postea dixi q̄ ascendit. quia ipse primo descenderat vt ascenderet: aliter enim ascendere non potuisset. Quo autē descendit subdit dicens: quia in inferiores partes terre. Quod potest intelligi dupliciter. Uno modo vt per inferiores partes terre intelligaꝫ iste partes terre in quibus nos habitamus: que dicunt inferiores eo q̄ sunt infra celū ꝛ aerē. In has aūt partes terre dicitur descendisse filius dei nō motu locali sed assumptione inferioris ꝛ terrene nature fz illud Phil.2. Exinaniuit semetipsuz ꝛc. Alio modo potest intelligi de inferno qui etiam infra nos est. Illuc em̄ descendit dominus fm animaz vt inde sanctos liberaret. Et sic videtur hoc eis conuenire quod dixerat. Captiuam duxit captiuitatem Zach.9. Tu quoq; in sanguine testamenti qui eduxisti victos tuos de lacu in quo nō erat aqua. Apoc. 10. Uidi alium angelum fortē descendentez de celo ꝛc. Exod.3. Uidi afflictionē populi mei q̄ est in egypto ꝛc. Et sequitur. Et descendi liberare eum. ¶ Deinde cū dicit. Qui descendit ꝛc. Manifestat eius ascensionem q̄ntum ad tria. Primo quantū ad personā ascendentis cuz dicit. Qui descendit ipse est qui ascendit ꝛc. In quo designatur vnitas persone dei ꝛ hominis. Descendit enim sicut dictum est filius dei assumendo humanam naturaz ascendit autē filius hominis fm humanam naturam ad vite imortalis sublimitatem. Et sic est idem filius dei q̄ descendit: ꝛ filius hominis qui ascendit. Johan.3. Nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. vbi notatur q̄ humiles qui volūtarie descendunt spiritualiter deo sublimante ascendunt. quia qui se humiliat exaltabitur. Luce.14. ꝛ.18. Secūdo ostendit terminum ascensionis cū dicit: Super oēs celos. ps. Qui ascendit super omnes celos ad orientem Nec solum intelligendum est q̄ ascēderit sup omnes celos cozporales: sed etiam super omnē spiritualē creaturam. supra cap.1. Constituēs illū ad dexterā suā in celestibus super omnem principatum ꝛ potestatē ꝛ virtutez ꝛ dominationē ꝛ omne nomē quod nominat ꝛc. ¶ Tertio ponit ascensionis fructum cum dicit: Et adimpleret omnia. id est omne genus hominum spiritualiꝰ donis repleret. ps. Replebimur in bonis domꝰ tue. Ecc.24. A generationiꝰ meis adimplemini. Ut vt adimpleret omnia. id est vt ad effectum perduceret oīa que de ipo erant scripta Luce vlti. Oportet impleri omnia que scripta sunt in lege ꝛ prophetis ꝛ psalmis de me.

Lectio quarta.

e T ipse dedit quosdam quidē apostolos. quosdam autē pphetas, alios vero euangelistas, alios autē pastores ꝛ doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij in edificationem corporis christi: donec occurramus omnes in vnitatē fidei ꝛ agnitionis filij dei in virū perfectuz, in mēsurā etatis plenitudis xp̄i.

Hic exponit apostolus quod supra dixerat de donatione donozum. Circa quod duo facit. Primo ostendit q̄ dominus singulis fidelibus dedit donoz diuersitatē. Secūdo ostendit illozum donorū fructū ꝛ utilitatē ibi. Ad cōsummationem sanctoū ꝛc. Et quia per dona christi diuersi status ꝛ munera in ecclesia designantur. considerādum est q̄ inter dona christi primo ponit apostolos. Unde dicit. Et ipse dedit quosdā quidez apostolos. Luc.6 Elegit ex ipsis quos ꝛ apostolos nominauit. 1.coz.12. Quosdam quidem posuit in ecclesia: primuz apostolos Secundo pphetas. Tertio doctores. Quarto virtutes Apostoli primo loco ponūtur. quia ipsi priuilegiati fuerunt in omnibus donis xp̄i. Habuerunt em̄ plenitudinē gratie ꝛ sapientie quidem q̄ntum ad reuelationē diuinorum misteriozꝝ. Luce vlti. Aperuit eis sensum vt intelligerent ꝛc. Mar.4. ꝛ Luc.8. Vobis datū est nosce misterium regni dei ꝛc. Johā.15. Omnia que audiui a patre meo nota feci vobis. Habuerunt etiam copiā eloq̄ntie ad annunciandum euangelium. Luce.21. Dabo vobis os ꝛ sapientiam cui non poterunt resistere ꝛ contradicere omnes aduersarij vestri. Matth.vltimo. Euntes in mundum vniuersum predicate ꝛc. Habuerunt etiam prerogatiuam auctoritatis et potentie quantum ad curā dominici gregis Johā.vltimo. Pasce oues meas. 2.corinth.10. De potestate nostra quaz dedit nobis deus in

edificationem non in destructionē vestram ꝛc. Ideo apostolus subiungit hic tres gradus ecclesiasticos ꝑm participationē singulorum premissorum. Nam ⁊ tus ad reuelationem diuinorum misteriorum subdit ¶ Quosdam autem prophetas qui prenunciatores fuerunt incarnationis christi de quibus dicitur. i. Pe. i. ¶ Prophete qui de futura in vobis gloria prophetauerunt. Matth. xi. Omnes enim prophete ⁊ lex vsq; ad Johannem prophetauerunt. Sed apostoli prophetantes fuerunt post aduentum christi gaudia vite future. Apocalip. i. Beatus q̄ legit ⁊ audit verba prophecie huius ꝛc. Item exponentes antiquorum prophetarum prophecias. i. corin. xiiii. Emulamini spiritualia magis autem vt ꝓphetet. Matthei. xxiii. Ecce ego mitto ad vos ꝓphetas ⁊ sapientes ꝛc. ¶ Quantum vero ad annunciandum euangelium subdit Alios vero euangelistas qui scilicet habent officium p̄dicandi euangelium. vel etiā conscribendi q̄uis non essent de principalibus apostolis. Romanoꝝ. x. Quam speciosi pedes euangelizantiū pacem ꝛc. Esa. xli. Dabo ierusalem euangelistam. ¶ Quantum vero ad curam ecclesie subdit. Alios autem pastores curā scilicet domini gregis habentes. Et sub eodem addit. Et doctores ad ostendendum q̄ ꝓprium officū pastorum ecclesie ē docere ea que pertinent ad fidem ⁊ bonos mores. Dispēsare autem temporalia non pertinet ad episcopos q̄ sunt apostolorum successores sed magis ad diaconos. Actuum. vi. Non est equum nos derelinquere verbū dei: ⁊ ministrare mensis. Tit. i. Amplectentē eum qui ſ̄z doctrinam est. fidelem sermonez. Dicitur de episcopo. Jere. iii. Dabo vobis pastores iuxta coꝛ meū ⁊ pascent vos scientia ⁊ doctrina. ¶ Deinde cum dicit. Ad consummationem sanctorum ꝛc. Ostendit fructum predictorum donorum seu officiorum. Et circa hoc duo facit. quia primo assignat fructum. Secundo ostendit qualiter fideles ad hunc fructum possent aduenire ibi. Et iam non sim⁹ paruli ꝛc. Prima iterum in duas. Primo proponit effectū proximū. Secundo ostendit fructū vltimum ibi. Donec occurramus omnes ꝛc. Effectus autem proximus predictorum donorum seu officiorum potest attendi quantuz ad tria. Uno modo quantuz ad ipsos qui sunt in officijs cōstituti quibus ad hoc sunt collata dona spiritualia: vt ministrent deo ⁊ proximis. Et quantū ad hoc dicit. In opus ministerij per quod scilicet procuratur honor dei: ⁊ salus proximorum. i. coꝛ. iiii. Sic nos existimet homo vt ministros christi ꝛc. Esa. lxi. Ministri dei dicetur vobis. Alio modo quantū ad perfectionem iam credentiū cum dicit: Ad consummationē. id est perfectionem sanctorum. id est coꝛ qui iam sunt sanctificati per fidē christi. Etenim specialiter debent intendere prelati ad subditos suos vt eos ad statum perfectionis perducant vnde ⁊ ipsi perfectiores sunt: vt dicit Dionisius in ecclesiastica hierarchia. Hebr. vi. Ad perfectionē feramur ꝛc. Esa. x. Consummationē eñ ⁊ abbreuiationē dñs deus exercituum faciet ꝛc. ¶ Tertio quantū ad conuersionē infidelium ⁊ quantuz ad hoc dicit. In edificationem corporis xp̄i id est vt conuertant infideles ex q̄bus edificat ecclia christi. que est corpus eius. i. coꝛ. xiiii. Ad edificationez ⁊ exhortationem ⁊ consolationē. Et sequitur ibidē. Hā maior est qui prophetat q̄ qui linguis loquitur: nisi forte interpretetur vt ecclesia edificationē accipiat. Et ibidem. Omnia ad edificationem fiant. ¶ Deinde cum dicit. Donec occurramus ꝛc. Assignat fructum vltimum. Et potest intelligi dupliciter. Uno modo de fructu simpliciter vltimo: qui erit in resurrectione sanctoū. Et ꝑm hoc duo tanguntur. Primo quidem congregatio resurgentium ⁊ corporalis ⁊ spiritualis. Corporalis quidem erit congregatio in hoc q̄ omnes sancti resurgentes cōgregabunt ad christum. Matth. xxiiii. Ubicūq; fuerit corpus illuc congregabunt ⁊ aquile. Et quantū ad hoc dicit. Donec occurram⁹ omnes ꝛc. Quasi dicat. vsq; ad hoc extenditur predictus ministeriū ⁊ consummatio sanctorum: ⁊ edificatio ecclesie: donec in resurrectiōe occurramus christo. Matthei. xxv. Ecce sp̄ōus venit exite obuiā ei Amos. iiii. ¶ Prepara te in occursum dei tui Israel. ꝛc. Et etiam occurramus nobis inuicem. i. thes. iiii. Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam christo in aera. Philipen. iii. Si quo modo occurram ad resurrectionem que est ex mortuis. Spiritualis autem congregatio attenditur quantū ad meritum quidem ꝑm fidem. ⁊ ſ̄m ad hoc dicit. In vnitatem fidei. supra eodem. Unus dominus vna fides ꝛc. Item supra in eodē. Solliciti seruare vnitatem spiritus ꝛc. Quantū vero ad primū ꝑm dei perfectam visionem ⁊ cognitionem de qua. i. corinthiorum. xiii. Tunc cognoscam sicut ⁊ cognitus sum. Et quātum ad hoc dicit. Et agnitionis filij dei. Jere. xxxi. Omnes enim cognoscent me. ¶ Secundo ponit predictum fructum quantum ad perfectionem resurgentiū. Et primo ponit ipsam perfectionem cum dicit. In virum perfectum. Ubi non est intelligendum sicut quidam intellexerunt. q̄ scilicet femine mutentur in sexum virilem in resurrectione. quia vterq; sexus permanebit non quidē ad cōmixtionem sexuum que tunc decetero non erit ſ̄z illud Matthei. xxii. In resurrectione enim non nubent neq; nubentur: sed sunt sicut angeli. Sed ad perfectionem nature ⁊ glozie dei qui talem naturā condidit. Dicit ergo virum perfectum ad designandum omnimodam perfectionem illius status. i. corinthioꝝ. xiii. Cū venerit q̄ perfectum est euacuabitur quod ex parte est. Et propter hoc vir magis sumitur ꝑm q̄ diuiditur contra puerum. q̄ ſ̄m q̄ diuiditur contra feminam. Secundo ostendit exemplar huius perfectionis cum dicit. In mensurā etatis plenitudinis christi. Ubi considerandū est. q̄ corpus christi verum est exemplar corporis mistici. virtuz enim constat ex pluribus membris in vnū collectis. Corpus autem christi fuit perductum ad plenam etatem virilem. scilicet trigintatrium fere annorum in qua mortuus fuit. Huiusmodi ergo etatis plenitudini conformabit etas sanctorum resurgentium: in quibus nulla erit imperfectio nec defectus senectutis. Philipen. iii. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. ¶ Alio modo potest intelligi de fructu vltimo p̄sentis vite: in qua quidem sibi occurrunt omnes fideles ad vnam fidem ⁊ agnitionem veritatis. Johan. x. Alias oues habeo que non sunt de hoc ouili ꝛc. In qua perficitur etiam corpus christi misticum spiritualiter fectione ad similitudinem corporis christi veri. Et ſ̄m hoc totum corpus ecclesie dicitur corpus virile ſ̄m illam similitudinem qua vtitur apostolus. Galathas. iiii. Quāto tēpore heres paruul⁹ est nihil differt a seruo ꝛc.

Lectio quinta.

VTiam non simus paruuli fluctuantes ⁊ circumferamur omni vēto doctrine in nequicia hominū. in astucia ad circūuentionem erroris Ueritatē autem facientes in charitate crescamus in illo per omnia qui est caput christus: ex quo totum corpus compactum ⁊ connexū per omnem iunctyram subministratiōis ſ̄cōm operationem in mensuram vniuscuiusq; membri augmentum corporis facit: in edificationem sui in charitate.

Posita donoꝝ spiritualiuz diuersitate ⁊ fructu coꝛ: hic ostendit apostolus quō ad fructū illum perueniam⁹ Circa quod duo facit. Primo duo impedimēta remouet. Secūdo modū veniendi docet ibi. Ueritatez facientes ꝛc. Dicit ergo: bene dictum ē q̄ hic ē fructus vltimus istorum donoꝝ q̄ ſ̄z occurram⁹ domino in virū perfectum ꝛc. Ergo oportet nos videre vt iam nō simus paruuli ſ̄z certe viri perfecti quia q̄diu aliquis ē puer non ē perfectus vir. Oportet ergo q̄ deserat puericiam qui domīo debz occurrere. Sic faciebat apl̄s. ꝑme Coꝛ. xiii. Quando factus sum vir enacuaui ea q̄ erant paruuli. Conditio autē pueri ē q̄ non ē fixus vel determinatus in aliquo sed credit omni verbo. Si ergo volum⁹ exhibere nos vt viros ꝓfectos oportet q̄ deseram⁹ cogitationē fluctuantem id ē instabilem. Et hoc ē qō dicit. Fluctuantes. ꝓme Coꝛ. xiiii. Nolite paruuli effici sensibus sed malicia paruuli estote. Dicunt autē fluctuantes a fluctu quia tales ad modū fluctus nō sunt firml̄ i fide. Jac̄. ꝑmo. Qui enī hesitat simili ē fluctui maris qui a vento mouet et circumfertur. Nunc aūt necesse ē nos stabiles esse ⁊ non fluctuare. Et quia ventus ē praua doctrina: de qua meritodicitur ꝓuer. xxv. Ventus aquilo dissipat pluuias Mat. vii. Descendit pluuia: venerūt flumina: flauerunt venti ⁊ irruerūt in domū illam ⁊ cecidit ⁊ fuit ruina eius magna. Ideo dicit. Et nō circumferamini omni vento doctrine ꝛc. Quasi dicat. Nulla doctrina puersa pflange ad cōmotionem cordis ⁊ ruinaz spiritualis edificij de bemus moueri quia non est bona doctrina: qō patet ex tribus. Primo ex eius principio q̄ est nequicia hominum: ideo non est bona doctrina sed falsa ⁊ neq̄ quā dogmatizat aliquis ad perditionem animaruz: vt obtineat principatum: ſ̄i cut doctrina arrij nequissimi qui creputt medius vt de ipo posit exponi illud. Eccl̄. xxi. Testimonium nequicie eius verum est. Item talis doctrina peruersa ē quod patet. Secundo ex eius processu qui ē astucia: quia cum dolo id ē vnum intendit ⁊ aliud simulat ꝓpter quod apostolus dicit. sede Coꝛ. xi. Timeo ne sicut serpens euam seduxit astucia sua: ita coꝛrumpantur sensus vestri ⁊ excidant a simplicitate que ē in christo Iesu. Tertio patet hoc idem ex effectu: quia effectus talis doctrine ē ad circumuentionem erroris non ad denarios: vel alia temporalia acquirenda: sed ad seminandos errores seducunt ⁊ circumueniunt tales doctores: de quib⁹ dicitur. sede Thy. iii. Mali homines ⁊ seductores proficient in peius errantes ⁊ in errorem mittentes. ¶ Deinde cum dicit. Ueritatem autem facientes ꝛc. ostensis impedimentis per que a fructu donorum spiritualium impeditur quis hic oñdit qualiter ad fructum debitum peruenitur. Et arguit sic. Statim dictum ē q̄ si volum⁹ ad spiritualium donorum fructum peruenire oportet vt iā non simus paruuli ꝛc. Sed tamdiu sum⁹ paruuli q̄diu virilem statū nō attingimus ac crescim⁹. ergo nobis necessarium ē vt crescamus. Et hoc ē quod dicit Ueritatē autem facientes ꝛc. Duo ergo facit. Primo ostendit in quo debemus crescere. Secundo per quem ibi. In illo per omnia ꝛc. Dicit ergo quantum ad primum veritatē facientes crescamus: ⁊ hoc in duob⁹ scilicet in bono opere ⁊ forma boni operis que duo sunt: veritas ⁊ charitas Ueritas autem quandoq; dicitur omne opus bonum. vt Thob. ꝑmo. In captiuitate tamen positus viam veritatis non deseruit. Faciamus ergo veritatem sc̄z omne opus bonum vel veritatem doctrine quia non sufficere nobis debet audire vel docere veritatē: sed oportet facere: ꝓpter hoc dicebat apostolus prime Thy. iiii. Hoc eñ facies ⁊ teip̄m saluuz facies ⁊ eos q̄ te audiunt. Estote ergo factores verbi ꝛc. vt dicitur Jac̄. ꝑmo. Quia factores iustificabunt: vt habetur Ro. ii. Et hoc si fiat in charitate que ē forma boni operis. ꝑme Coꝛ. xvi. Uiriliter agite ⁊ confortetur cor vestrum ⁊ omnia opera vr̄a ī charitate fiant. Quia certe aliter nihil valerent. prime Coꝛ. xiii. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. Sed q̄ in via dei non progredi ē regredi: ideo subdit apostolus Ut crescamus in illo. ꝛc. vbi tria facit. Primo ostendit auctorem nostri augmenti. Secundo eius veritatē Certio modum augmenti. Secunda ibi. Exquo totum corpus. Tertia ibi. Sc̄ōm operationem in mensuram vniuscuiusq; membri. Dicit ergo. Crescamus in illo ſcilicz christo. de quo ꝑme Pet̄. ii. In eo crescatis in salutem. In illo inq̄ qui ē caput nostrum christus: ⁊ in ecclesia q̄ ē corpus ip̄ius: vt dicitur Col̄. ꝑmo. Crescamus inq̄ nō in possessionibus: sicut dicitur Job. ꝑmo. Possessio ei⁹ creuit in terra: sed in spiritualibus. Nec in vno tantum: sed per omnia: id ē in omni bono fructificantes ⁊ crescētes. ꝑme Coꝛ. x. Omnia in gloriam dei facite. ꝛc. Et ibi sequitur. Sicut ⁊ ego per omnia omnib⁹ placeo. De hoc commendat corinthios, apostolus dicēs. ꝑme Coꝛ. xi. Omnia ꝓcepta inquit mea tenetis. ¶ Consequēter cum dicit. Ex quo totū coꝛpus ꝛc. ostendit veritatē xp̄i per quem crescere debeamus. ¶ Ubi sciendū ē q̄ coꝛp⁹ naturale tria habet. s. cōpactionē mēbroꝝ adinuicem: ligatiōes per neruos ⁊ mutuā subministratiōez. i. Coꝛ. xii. Si dixerit pes quoniaz nō sū man⁹ nō sū de coꝛpore: nō ideo nō ē de coꝛpore. Et si dixerit auris quoniam nō sum⁹ oculus nō sum de coꝛpore ꝛc. Si totum coꝛpus est odoratus vbi auditus. Spiritualiter ergo sicut vnū coꝛpus efficitur ex multis his trib⁹ modis ſcz per compactionē seu adunationem: p ligationem ⁊ per mutuā operationē ⁊ subuentionē: ita vt omnia que sunt a capite coꝛporali. ſcz compactio: neruoꝝ ligatio: ad opus motio fluunt a capite nostro xp̄o in coꝛpore ecclesie Et primo cōpactō p fidem. Unde dicit. Ex quo ſcz xp̄o qui est caput nostrū vt modo dictum est: totum coꝛp⁹ compactum ē id est coadunatum. ꝑs. Dispersiones israel congregabit. Abac. ii. Congregabit ad se omnes gentes ⁊ coaceruabit ad se omnes populos. De hoc dicitur Col̄. ii. Caput ex quo totum coꝛp⁹ per nexus ⁊ coniunctiones subministratum ⁊ constructum crescit in augmentū dei. Secundo fluit a christo capite in coꝛp⁹ ecclesie sue mysticum connexio ⁊ colligatio quia oportet adunata aliquo nexu vel vinculo necti vel colligari. Et ꝓpter hoc dicit. Et connexuz per omnem iunctura subministrationis: id est per fidē ⁊ charitatē que connectunt ⁊ coniungunt mēbra coꝛporis mystici ad mutuā subministrationē. Eccl̄. xxxix. Omnia opera domini bona ⁊ omne opus hora sua subministrabit. Unde ip̄e apostolus confidēs de ista mutua subministratione que ē inter membra ecclesie per diuinā cōiunctionē dicebat Philip̄. ꝑmo. Scio enim q̄ in hoc proueniet ī salutē per nostram oꝛonem ⁊ subministrationem spiritꝰ Iesu christi. Tertio a capite xp̄o in membris vt augmententur influitur virtus actualiter operandi. Unde dicit Sc̄ōm mensurā vniuscuiusq; membri augmentum coꝛporis faciens. Quasi dicat. Non solum a capite nostro christo ē membrorum ecclesie cōpactio per fidem nec sola cōnexio vel colligatio per mutuam subministrationez charitat⁹: ſ̄z certe ab ip̄o ē actual⁹ mēbroꝝ opatio siue ad op⁹ motio ꝑm mēsurā ⁊ competentiā cuiuslibet membri.

Explanatio sancti Thome

in epistolam ad Ephesios IIII

Unde dicit q̄ facit augmentum corporis ſm operatiōez
t mensuram vnius cuiusq; membri debite mensurati: qz
non solum per fidem corpus mysticum cōpaginatur nec
solum per charitatem subministrationem connectentem
augetur corpus: sed per actualem motionem ad operati
onem quā deus facit in nobis. Unde Esa. 26. Omia ope
ra nostra operatus est deus: qui in omnibus operatur vt
dicitur p̄me Cor. 12. Et hec expositio concordat glosa
tori Sz ad quid augmentat deus vnumquodq; mēbrū:
vt corpus edificet. supra. 2. In quo omnis edificatio con
structa crescit in templum sanctum in domino: in quo et
vos coedificamini tc. Unde p̄me Cor. 3. Dei edificatō
estis. Et hec oīa fiunt in charitate: quia vt dicitur p̄me
Cor. 8. Charitas edificat. Uel in charitate facit deus
hec omnia id est ex mera dilectione. Jere. 31. In charita
te perpetua dilexi te. ideo attraxi te miserans. Rursusq;
Edificabo t edificaberis. Hoc est ergo q̄d dicit. In edifi
cationem sui in charitate.

Lectio sexta.

h Hoc ergo dico t testificor ī dño vt iā
nō ambuletis sicut t gentes ambu
lant in vanitate sensus sui: tenebris
obscuratū habētes intellectū. alienati a vi
ta dei p ignorantiā q̄ ē in illis ppter cecita
tē cordis ipsoz: qui desperantes semetipos
tradiderūt impudicicie in operationē imū
dicie omnis in auariciam.

Supra monuit apl's ephesios vt manerent in eccliast ica
vnitate describēdo modum eius t formam: in hac parte
docet eos viā per quā possint manere in ecclesiastica vni
tate. Et primo facit hoc. Secundo ostendit potestatem
hanc adimplenda precepta in fine epistole ibi. Deceter
ro fratres confortami. tc. Prima in duas. Primo pro
ponit precepta ad omnes. Secundo pertinentia ad sin
gulos gradus ecclesie ibi. Mulieres viris suis subdite
sint tc. Prima in duas. Primo proponit quedā precep
ta generalia ad que reducuntur omnia alia. Secundo
ponit spēalia ibi. Propter qō deponētes mendaciū tc.
Prima in duas. Primo proponit precepta ad omnes. Secundo pertinentia ad sin
gulos gradus ecclesie ibi. Mulieres viris suis subdite
sint tc. Prima in duas. Primo proponit quedā prece
pta generalia ad que reducuntur omnia alia. Secundo
ponit spēalia ibi. Propter qō deponētes mendaciū tc.
Prima iterū in duas quia cum intentio apostoli sit eos
reuocare a veteri cōsuetudine ad nouā christi doctrinam
Primo ostendit doctrinā xpi esse cōtrariam antique per
uersitati gentilitatis. Scdo inducit eos vt eā deponant
t eā que christi est assumant ibi. Deponite vos ſm p̄stī
tinam tc. Prima in duas: quia primo describit cōversa
tionē gentilium. Secundo ostendit q̄ ei contrariat doc
trina christi ibi. Vos autē nō ita tc. Prima ī tres. Pri
mo hortat eos vt declinēt cōuersationē gentilium. Se
cundo describit eam quantū ad interiorē animū ibi. Te
nebris obscuratū tc. Tertio quantū ad exteriorē modū
ibi. Qui desperātes tc. Dicit ergo ad hoc q̄ possitis ī
plere ea que dicta sunt: dico. i. nō obsecro vt prius: sz dī
co t testificor hoc q̄d dixi Hal. 5. Testificor aūt oī homi
ni rursum circūcidenti se quoniam debitor ē vniuerse le
gis faciende. 2. Thy. 4. Testificor corā deo t xpo iesu
tc. Et quid? Ut iam sz tēpore fidei t cōuersiōis ad xpm
quia iam vos mundi estis. Jo. 15. Non ambuletis. i. vi
uatis. Hal. 5. Si spiritu viuimus spū t ambulemus tc.
Et hoc sicut gentiles ambulant. prime Cor. 12. Scitis
quoniam cum gētes essetis ad simulacra muta prout du
cebamī euntes tc. Non sic igitur ambuletis Prouerb.
p̄mo. Fili mi ne ambules cum eis: prohibe pedē tuum a
semitis eorum tc. Consequenter cum dicit. In vani
tate sensus sui. reddit causam huius prohibitionis. Ubi
notandum est q̄ cum ambulare spūaliter sit proficere ſz
illud. Esa. 26. Rect' callis iusti ad ambulādū tc. Gen.
17. Ambula coram me t esto perfect'. Or abrae. Ad hoc er
go vt hō iuste ambulet. i. spūaliter p̄ficiat oportet tria q̄
in ipo sunt regulari t ordinari. In homie enim est rō iu
dicans de particularibus agendis. Itē intellectus vni
uersalium p̄ncipiorum qui est synderesis. tertio lex diui
na seu deus. Quandocunq; ergo aliquis ſm ista tria si
bi invicem ordinata dirigit̄: ita q̄ actio ordinet ſm iudi
cium rōnis: t hec sz rō iudicet ſm intellectum rectū vel
synderesim: t hec sz synderesis ordinetur ſm legē diui
nam: tunc actio est bona t meritoria. Sed vita gentiliū
nō est talis imo deficit in predictis tribus. quia primo de
ficit a rōne iudicante quia ambulant in vanitate sensus
sui. Sensus aūt est vis apprehensiua per quā iudicam⁹
singularia. Unde aliquis homo rectus dicitur quando
bene iudicat de agendis. Sed sensus iste quandoq; est
rectus: quandoq; ē vanus. Rectus dicitur quādo debi
ta regula regit̄ qua venit ad debitū finem. Vanus autē
quando indebita regula ductus nō venit ad debitū finē
Sap. 13. Vani sunt oēs homines in quibus nō subest sci
entia dei tc. Ro. 1. Evanuerunt in cogitatiōibus suis.
tc. Jere. 2. Ambulauerūt post vanitates suas t vani fa
cti sunt tc. Quare? quia certe rō istorū in agendis nō di
rigebat̄ ab intellectu illuminato sed erroneo. Et hoc est
qō ait. Tenebris obscuratū habentes intellectū. Ro. 1.
Obscuratū est insipiens cor eorum. ps. Nescierunt ne
q; intellexerunt: in tenebris ambulant. Et rō ē q̄ tales
nō sunt principes diuini luminis seu legis diuine illumi
nantis t regulātis: propter qō subdit. Alienati a vita dei
id ē a deo qui est vita anime. Jo. 14. Ego sum via veri
tas t vita. Uel a vita dei. i. a charitate t grā spūali qua
anima viuit formaliter Ro. 6. Gratia autē dei vita eter
na. Isti autem erant sine spe vite eterne q: ponebāt mor
talitatē anime contra fidē t ppheti. Sap. 2. Nescierūt
sacramenta dei neq; speraverūt mercedē iusticie neq; iu
dicauerūt honorē animar sanctarum tc. Uel a vita dei
id ē a vita sancte viuendi que ē per fidem. Hal. 2. Viuo
ego iā nō ego tc. Justus aūt ex fide viuit: vt dicit Ro.
p̄mo. Uel que ē per charitatē. p̄me. Jo. 3. Nos scimus
quia translati sumus de morte ad vitam quoniam diligi
mus frēs tc. Nō sic autē isti sed magis alienati. Dū
dum autē huius alienationis tangit sz ignorantiaz nō
stellaz vel cursus syderuz sed nature diuine. p̄me Cor.
15. Ignorantiam quidem dei quidam habent quia certe
tunc solū in iudea notus erat de?: sed modo vt dr Act.
17. tēpora huius ignorantie despiciens deus tunc an
nunciat hominib⁹ vt omnes vbiq; penitentiā agant tc.
Huius aūt ignorantie deus nō erat cā quantū de se erat
quia vt dr Roma. p̄mo. Deus illis reuelauit: sed certe
causa erat illis propter cecitatē cordis ipsoz. Et vere di
cit cecitatē q̄ ex creaturis nō poterāt venire in noticiam
creatoris: qz vt dicit Sap. 2. Excecauit eos malicia co
rum t nescierunt sacramēta dei neq; mercedem sperare
runt iusticie. Et hoc ē qō sequitur. Qui desperātes. tc.
Ubi ostendit apostolus quales erant in exteriori conver
satione quoniā sine spe t hoc quia alienati a vita. Job. 7
Desperaui nequaq̄ vltra iam viuaz tc. Jere. 18. Desper
rauimus post cogitatiōes nostras ibimus: t vnusquisq;
post prauitates cordis sui malefaciem⁹. Et hoc ē quod se
quit. Tradiderūt semetipos impudicicie tc. Et hoc le
gi potest dupliciter vl separatim vt dicatur in auaricia:
id est quia auari erant. Romañ. primo. Repletos omni
iniquitate et malicia: fornicatione. auaricia. tc. Hebreo
rum. 13. Sint mores sine auaricia. tc. Quia vt dicitur
Eccl. 10. Quare nihil ē sceleristi? propter qō Abbac. 2.
Ue qui congregat auaricia malaz domui sue tc. Potest
etiam legi coniunctim cum precedentibus: vt dicatur
in auaricia id est auare ita vt sit modificās precedentia.
Et ſm hoc aggrauat eoz vitā triplr. qz p̄mo peccauerūt
nō ex passione sed poti? ex electōe. Aūs dicit. Tradide
rūt semetipos iudicicie. Quasi dicat. Nō passionibus
vel infirmitate peccauerūt sed semetipos tradiderūt tc.
Judith. 7. Sponte tradam⁹ nos oēs pplo holofernis.
tc. 2. Cor. 12. Nō egerūt pniam sup immundicia t forni
catione t impudicicia quā gesserūt. Scdo ex actuali effre
natiōe. i. Pet. 2. Post carnē in cōcupiscentiā immundi
cie ambulāt tc. Et ideo dicit. In opatiōez oīs immundicie.
Ezech. 14. Isti posuerūt immundicias suas in cordib⁹ suis
tc. Tertio aggrauat eoz petm ex cōtinuatiōe: qz inces
santer peccabāt Osee. 4. Fornicati sūt t nō cessauerunt
qm̄ vīm reliquerūt. Aūs dicit. In auaricia. i. ardenter t
insaciabiliter. 2. Pet. 2. Oculos habētes plenos adulte
rij t incessabilis delicti: pellicientes aīas instabiles cor
exercitatū auaricie habētes maledictiōis filij tc.

Lectio septima.

v Vos aūt non ita didicistis xp̄m si ta
mē illū audistis et ī ipso edocti estis
sicut ē veritas t iesu Deponite vos
scom p̄cristinā cōuersationē veterē hominez
qui corrūpitur scom desideria erroris. Re
nouamini aūt spū mentis vre t induite no
uum hominē qui scom deuz creatus ē in iu
sticia t sanctitate.

Ostensa guerritate gentilis cōuersatiōis: hic ondit apl's
q̄ doctrina xpi totalit cōtraria ē isti cōuersationi t statui
Et q: puertētes q̄dā doctrinā xpi dixerūt nō ee aliā vitā
post istā: sz aīam mori cū corpe vt aīalia: iō apl's ostendit
p̄rio doctrinā xpi cōtrariā esse vite t statui precedenti.
Scdo ondit cōditiōes debitas doctrine xpi ibi. Deponi
te vos tc. Dicit ergo. Jta dictū ē q̄ illi desperantes tc.
vos aūt nō ita audiuistis xp̄m sz ee imitandū. Quo ergo.
Ipi em̄ vos a deo didicist? vt diligat? inuicē Thes.
4. Itaq; frēs state t tenete traditiōes quas credidistis
Et Thes. 2. Quo tenebim⁹. Et. 1. Thes. 2. Qm̄ cum
accepissetis a nobis verbū audit? dei accepistis illud nō
vt verbū hoīm sed sicut ē vere verbū dei tc. Col. 2. Ra
dicati t superedificati in ipo t cōfirmati, in fide sicut didici
stis abundātes in illo in grāz actione. Et hoc certe si tm
illū audistis qz auditus deseruit discipline. Si p quia.
Quia hec ē ānūciatio quam audistis: vt dr. 1. Jo. 1. Et
hoc ḡtū ad p̄dicatiōez fidei Eccl. 24. Qui audit me nō
cōfundet Prouer. 15. Auris q̄ audit increpatiōes vite ī
medio sapiētū cōmorabit tc. Et in illo edocti estis scz
quo ptinētia ad fidē sūt custodiēda t adiplenda. Mar.
vlt. Decerunt sicut erāt edocti tc. Et hoc sicut ē Vitas.
Quasi dicat. Si audiuistis fidē xpi p̄dicari t quo p̄di
cata debeant adimpleri estis edocti sicut iesus de quo p̄
dicat vobis q̄ ē veritas. Nos aūt nō ita. s. oz ambula
re sicut aliqui desperātes. Sed quō? Subdit. Deponite
vos tc. Que q̄dem lra pōt legi dupl'r. Uno mō vt dicat
deponere: t tunc cōstruit cū p̄cedentib⁹ sic. ita ē veritas
in qua edocti estis in iesu deponere vos tc. Si aūt dicat
deponite: q̄ lra cōius habet. dicem⁹ q̄ qz cōtraria ē t vi
ta t doctrina gentiliū vite t doctrine iesu in qua edocti
estis restat vt deponatis tc. Duo ergo facit qz cū primo
extirpanda sint vitia q̄ inseranē virtutes. Primo docet
eos statū pristine ac veteris cōuersatiōis deponere. Se
cundo nouū statū iesu assumere ibi. Renouami aūt spū.
tc. Dicit ergo deponite tc. vbi tria sūt cōsiderāda. Pri
mo q̄d intelligit̄ p veterē hoīem. Dicunt aliq̄ q̄ hic hō
vetus exterior: nou⁹ vero ⁊ interior. Sz dicendum ē q̄
hō vetus ⁊ tam interior q̄ exterior q̄ subijcit vetustati
ḡtū ad aīam p petm t ḡtū ad corp⁹. qz mēbra corporis
sunt arma peccati. Et sic subiectus hō pctō ſm aīam et
corpus ⁊ vetus hō ſm q̄ illa vetusta sūt q̄ sunt ī via cor
ruptiōis vel in ipo corrūpt. qz q̄d antiquat t senescit p
pe interitū ē. vt ⁊ Heb. 8. Et sic hō subiectus pctō ⁊ ve
tus. qz ē in via corruptiōis ppter qō subdit. Qui corrū
pit ſm desideria erroris. Nā vnūq̄dq; corrūpit cū rece
dit ab ozigine nature sue. Natura aūt hois ē vt desideri
um eius tendat ad id qō ē ſm rōnem. Perfectio autē et
bonū rōnis ē veritas. Qui ergo rō tendit ad errorē t de
sideriū ex hoc errore corrūpit. tūc vetus hō ⁊. Dicit au
tē ſm desideria sz mala. Ro. 13. Carnis curā ne feceritis
in desideriis. p̄me Thy. 6. Desideria multa t nociua et
inutilia q̄ mergunt hoīem in interitū t pditionē tc. Qz
aūt hec desideria in quibusdā trahunt̄ ex infirmitate. in
quibusdā vero ex malicia sicut in illis qui dicūt deus p̄
uidentia nō hr̄e. iō dicit. Erroris qz in talibus errātibus
corrūpit intellectus t affectus. Uel ſm desideria error
id ē q̄ hoies faciunt errare. ſm illud Sap. 2. Hec cogi
tauerūt t errauerūt tc. Prouer. 14. Imp̄z dentia stul
toz erratis. Sz quō deponendus sit docet apl's dicens.
Col. 3. Expoliantes vos veterē hoīez cū actibus suis.
tc. Nō ergo substātialiē ⁊ deponi vel expoliari ſz solu
ḡ ad opa mala vel cōuersationē. i. Pe. 2. Cōuersatiōez
vr̄am inter gētes habētes bonā. p̄me Thy. 4. Exēplū
esto fideliū in verbo t cōuersatione. Deinde cuz dicit
Renouami tc. ostendit q̄ debemus nouuz statum idue
re. circa qō tria facit. Prio ondit q̄ qō consequ possimus
hāc nouitatē. Secundo in q̄ hec nouitas ꝓsistat. Tertio
q̄ sit. Quātuz ad p̄muz dic. Renouami spiritu. tc. vbi
notādum ē q̄ ſz spūs multiplicit dicat̄. in hoīe tamē tri
plex spūs inuenit̄. s. spūs sanctus. p̄me Cor. 3. Nescitis
q̄ templum dei estis t spūs dei habitat in vobis. Itē spūs
rōnalis. Hal. 5. Caro cōcupiscit aduersus spm̄. Itē spi
ritus fantasticus. Osee. 14. Scitote israel stultū ꝓphe
tam insanū viz spiritalē. i. fantasticū. Hoc ergo qō dicit
Spū mentis sumit̄ p spiritu scō. Dicit autē cām renova
tiōis ee spm̄ scm̄ qui habitat ī mente nr̄a. Hal. 4. Mi
sit deus spm̄ filij sui in corda tc. ps. Emitte spm̄ tuum t
creabunt̄ tc. Uel pōt accipi spūs p spiritu rōnali. t tunc
spūs idem est q̄ mens nr̄a t est simile huic qō ⁊ Col. 2
In expoliatiōe corpis carnis. i. corpis q̄ est caro. ita hic
spū mentis. i. spū q̄ est mens. hoc aūt dicit qz in nobis ē
ali? spūs q̄ nō ē mens: q̄ sz ē cōis nobis t brutis. Dicit
aūt: renouami spū mentis: qz illud qō non ē corrupt̄ est
nouū nec renouatiōe indiget. Nā si adā corrupt? nō fuis
set renouatiōe nō indiguisset nec nos etiā. Sed qz corru
ptus fuit renouatiōe indiguit t el? posteriores. Et iō oz
renouari nos in pñti ſm aīam t in futuro ſm corpus qm̄
corruptibile hoc induit incorruptionē t mortale imor
talitatez: vt ⁊. 1. Cor. 15. Dicit ergo renouami spū hic
sz qz nisi in pñti spūs renouet nūq̄ corp⁹ ei? inouabitur
Uel pōt exponi spū mentis. i. mēte vr̄a spūali facta. t in
idē redit. In quo aūt hec renouatio cōsistat quantū ad se
cundū subdit cū dicit. Induite nouū hoīem tc. Hic ad
uertēdū est q̄ sicut vniuscuiusq; rei primū vetustatis p̄n
cipium fuit adam per quem peccatuz in omnes intrauit
ita p̄ncipiuz primū nouitatis t renouatiōis xp̄s ē qz sic
in adam oēs moziunt̄: ita t in xpo oēs viuificabuntur.
Unde Hal. vl. In xpo iesu neq; circūcisio neq; ꝓpucium
aliq̄d valet sz noua creatura. Induimi ergo vīm nostrū

iesum xp̃m. Ro.13. Que aũt sit renouatio oñdit cũ dicit: Qui fm deũ creat⁹ ē ꝛc. Hoc aũt pōt intelligi tripliciter. Uno mō sic vt ly qui referat ad spm̃.i.spūs q̃ ē mēs nr̃a ꝛ creat⁹ est a deo scz in originali iusticia scz i sui nouitate. Uel recreatus noua creatiōe vt esset iustus .supra. 2. Creati in xp̃o iesu in opibus bonis. Uel ly q̃ pōt referri ad nouum hoīem scz xp̃m. Et tunc cōstruet sic. Qui creatus ē.i. formatus in vtero virginis fm deũ.i. nō semīe humano scz spū scō. Uel creat⁹ ē fm esse gr̃e ꝛ plenitudinis ꝛ hoc in iusticia quo ad hoīes in scītate quo ad deum: et hoc veritatis nō falsitatis. Luc.2. In scītate ꝛ iusticia. Uel vt scitas sit i corde. veritas i ore: iusticia in ope.

Lectio octaua.

P Ropter qđ deponentes mendaciuꝫ loquimini veritatē vnusquisq; cum proximo suo: qm̃ sumus inuicē mēbra. Irascimini ꝛ nolite peccare. Sol nō occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo.

Supra posita generali monitiōe vt nouitatē induerent: hic apl's ponit p̃cepta spālia. Circa qđ duo facit. Prio i hibet eis pctā interioza corr̃upentia spm̃. Scdo pctā exterioza q̃ corr̃upunt carnē ibi. Fornicatio aũt ꝛc. Prima i duas. Prio ꝓhibet pctā q̃ i deordinatiōe ꝓpria cōsistūt Scdo pctā q̃ cōsistunt i deordinatione alteri⁹ ibi. Uis sermo mal⁹ ꝛc. Prima itez in tres: qz ꝑmo ꝓhibet pctm̃ corr̃upens rōnalē. Scdo pctm̃ deordinās irascibilē ibi. Irascimi ꝛ nolite peccare ꝛc. Tertio pctm̃ ptinēs ad cōcupiscibilē ibi. Qui furabat ꝛc. Circa ꝑmum tria facit. Prio qz vnū istoꝝ ꝓhibet. Scdo inducit ad aliud. Tertio rōnem assignat. Prohibet ergo illud. ꝑmo qđ ad verē hoīes ptinet ita vt ista ira sit expositiua hui⁹ qđ ꝓdixerat. Induite nouū hoīes: ad quē induendū ꝑmo ꝓhibet mēdaciū qz p hoc pctm̃ oris: corr̃upit veritas rōnis Un̄ dicit. Propē qđ scz nouū hoīes induendū deponentes mendaciū qz vt ōz in ps. Perdes oēs qui loquunt mendaciū. s. pniciosū. Et postea inducit ad nouitatez dicens Zach.4. Loq̃mini veritatez vnusq; cū ꝓximo suo. Et quare? Q̃m sum⁹ inuicē mēbra. Mēbra eñ seinuicez diligūt ꝛ se iuuāt mutuo i veritate. Ro.12. Unū corp⁹ sum⁹ in xp̃o: singuli aũt alter alterius membra.

¶ Sequit. Irascimi ꝛc. vbi ꝓhibet pctm̃: corr̃upens ira scibilez. Circa qđ tria facit. Prio ponit monitiōez. Secūdo eā exponit ibi. Sol nō occidat ꝛc. Tertio rōnem reddit ibi. Nolite locū ꝛc. Monitiōez aũt ponit cū dicit. Irascimi ꝛc. Nō pōt exponi duplr̃. qz duplex ē spēs irequedā bona: q̃dā mala. Mala q̃dem q̃n inordinate tendit in vindictā scz contra iusticia: bona vero q̃n in vindictā debitā q̃n scz q̃s iracit q̃n oz cū q̃bus ꝛ q̃tū oportet. Et de vtraq; pōt exponi. Si de mala: sic est sensus. Nō p̃cipit sz ꝑmittit. Quasi dicat. Si sic est q motus ire in surgat qđ humanū est nolite peccare. i. nolite perducere ad effectū p̃ cōsensū. ꝑme Coz.10. Temptatio vos nō apꝓhendat nisi hūana qz certe qui aliē iracit fratri suo reꝰ erit iudicio: vt ōz Mat.5. De hac ira monebat Joseph fratres suos Gen.45. De ira cimi in via. Si aũt exponaꝫ de bona sic teneꝫ nō solum ꝑmissiue vt ꝑmo sed imperatiue: irascimi scz cōtra pctā vr̃a: qm̃ duplex est vindicta quam hō appetit. Una de seipo peccāte: ꝛ sic pnīa est quedā vindicta quā hō facit ꝛ capit de seipo. Et hec est bona ira: ꝛ de hac dicit ꝛperatiue. Irascimi scz cōtra pctā vr̃a: ꝛ nolite peccare scz decetero: nec talia ꝑmittere ꝓtra q̃ itez oporteat irasci. Nō credūt aliq̃ q hō secure possit sibi ipsi irasci ꝓpter pctā sua sed nō ꝓximo suo pro

pter sua sed nō est ita sicut contra seipsum potest quis irasci ꝓpter peccata ꝓpria ita ꝓximo suo ꝓter ista ergo irascimini cōtra vitia aliena: ꝛ hoc cum zelo. Numeri.25. Phinees auertit iram meam a filijs isr̃l: quia zelo meo cōmot⁹ est cōtra eos. Sic helyas.3. Reg̃.19. Zelo zelat⁹ sū ꝑ dño deo exercituū quia dereliq̃runt pactū oñi filij isr̃l ꝛc. Et nolite peccare ꝑueniendo rōnez sed poti⁹ seq̃ndo. Jac.i. Sit aũt oīs hō velox ad audiendu; tardus aũt ad loq̃ndū ꝛ tardus ad irā ꝛc. ¶ Sequitur: Sol nō occidat ꝛc. vbi exponit qđ dixerat ꝛ fm tres ꝑdictas expositiones pōt triplicit̄ exponi. quia si de mala ira tunc sic. Sol ꝛc. i. nō ꝑsistatis in ira ꝓceptra: sed ante solis occasum deponatis q: lz ꝑmittat⁹ motus ꝑpter fragilitatē nō ꝑmittit⁹ moza. Si de bona ꝛ hoc ꝓtra pctā ꝑ ꝓpria: tunc sic. Sol id ē xp̃s. Mal.4. Oriet̄ vobis timentib⁹ nomē meū sol iusticie ꝛc. Nō occidat sup iracūdiam vr̃am. i. sup pctā vr̃a: ꝑ quib⁹ itez oporteat vos irasci: ꝛ vosmet inter ipos punire. Si cōtra pctā aliena sic accipit sol. s. rōnis. Eccl.12. Memēto creatoris tui i diebus iuuētutis tue anteq̃ veniat tp̃s afflictionis ꝛ appropinquēt ānī de quibus dicas. Nō mihi placēt anteq̃ tenebrescat sol ꝛc. Sol nō occidat sup iracūdiā vr̃am. i. obtenebret dictamē rōnis. Job.5. Uix stultū interficit iracūdia. ¶ Sequit. Nolite locuꝫ dare dyabolo: vbi assignat rōnem monitiōis. Dyabolus eñ hz locū in nobis ꝑ peccatū vel ꝑ cōsensū. Jo.13. Cū diabolus iā missset in cor vt traderet eū iudas ꝛc. Et sequit ibidē q̃ post buccellā introiuit in eū sathanas. Huc aũt hmōi passiones multū inclināt ad cōsensū ꝛ maxime q̃n quertūr iudiciū rōnis. ꝛ hoc spēaliter facit ira q̃ cōsistit in accensione sanguinis q̃ quidē rōne velocitatis sui motus ꝑcedit iudiciū rōis. Et q: sic nobis ꝓturbatis diabolus iciꝑit locū hr̃e in nob lō dicit. Nolite locū dare diabolo. Quasi dicat. Nō ꝑsueretis in ira q: ꝑ hoc datis locū diabolo. q: tot⁹ diabolus iracūdus ē. ps. Liberator me⁹ de inimicis meis iracundis. Intrat aũt hoīem cū furoze ꝛ ira. Apoc.12. Descendit diabolus ad vos habēs irā magnā. Hoc aũt non pōt facere saltē in aīa q̃diu hō iustus ē. Hec aũt iusticia q̃ iram amittit q: ira viri iusticiā dei nō opat⁹: vt ōz Jac. ꝑmo. Si ergo nō vultis locū dare diabolo saltē in aīa: sol non occidat sup iracundiam vestram. Eccle.11. Aufer iram a corde tuo.

Lectio nona.

Ui furabat iā nō furet: magis aũt laboret: operādo manib⁹ suis quod bonū ē: vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro nō ꝓcedat: sed si quis bon⁹ ad edificationē fidei: vt det gr̃am audientib⁹.

Excluſa supra vetustate hoīs quātū ad vim rōnalē ꝛ irascibilē: hic ꝓhibet eā quātū ad cōcupiscibilē ꝑuenīētē ex eoꝝ inordinata ꝓcupiscētia. Circa qđ duo facit. Prio mo ꝓhibet ꝓcupiscibilis vetustatē. Scdo hortat ad nouitatē ibi. Magis aũt laboret ꝛc. Ad vetustatē aut⁹ ꝓcupiscibilis ptinet furtū qđ ꝑuenit ex corrupto ꝛ inordinato appetitu rei tēporalis. Jō dicit. Qui furabatur: iā nō furet ꝛc. Quasi dicat. Qui habebat cōcupiscibilez corruptā ꝛ vetustā ex corrupto appetitu rerū tēporaliu iā nō furet. s. si vult ꝓcupiscibilē renouare: q: vt dicitur Eccl.5. Sup furem cōfusio. ꝑpter hoc ōz Exo.20. Nō furtū facies. Et q: aliquis posset se excusare ꝓ paupertate. ideo dicit. Magis laboret ꝛc. sicut ipe fecit apls vt ōz Act.20. Argentū ꝛ aurū nullius cōcupiui aut vestez vosipi scitis quoniaz ad ea que mihi opus erant ꝛ his q̃

mecum sunt ministrauerūt man⁹ iste. ꝛc. Jrē.2. Thes.3. Ipi eñ scitis quēadmodum oporteat vos imitari nos q̃n nō inquieti fuimus inter vos neq; gratis panē manducauimus ab aliquo sed in labore ꝛ fatigatiōe nocte ac die labozantes ne quē vestrū grauaremus ꝛc. Unde notandū ē q: opus manuale ad tria inducit. Prio ad necessitatē victus acquirendaz. Gen.3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et lō qui nō habet vnde licite viuat teneꝫ manib⁹ laborare. 2. Thes.3. Si q̃s nō vult opari nō manducet. Quasi dicat. Sicut qui nō comedit i necessitate peccat: ita ꝛ si nō laborat. Et sic ponit hic ad excludendū furū. Quandoq; vero inducit contra ociū q: multa mala vocuit ociositas. Eccl.33. Et lō qui habent vitam ociosaz tenenē manib⁹ laborare. 2. Thes.3. Audiuimus quosdā inter vos ambulare inquiete nihil operantes sed curiose agentes. Hjs aũt qui huiusmōi sunt denunciamus ꝛ obsecram⁹ in dño iesu xp̃o vt cū silentio operantes suū panē māducent. q̃nq; eni inducit ad carnis macerationē ꝛ domationē. Unde ponit iter alis ogacōtinentie. 2. Coz.11. In laboribus: in vigilijs: in ieiunijs ꝛc. Triplex ergo ē rō iniungendi laborē corporalez sed prima oībus necessaria est ꝛ hoc de necessitate precepti q: alijs modis potest excludi ociū: similiter ꝛ lasciuia carnis pōt alio mō domari ꝛ refrenari ꝛ sufficit q̃ocūq; fiat. ¶ Sequit qđ bonū est. qđ dupliciter pōt intelligi. Uel in vi accusatiui ꝛ sic construet. Magis aũt laboret operando manib⁹ ꝛ quidē non illicita: sed qđ bonum ē. Hal.vlt. Bonū aũt facientes nō deficiam⁹. Esa. primo Quiescite agere peruerse discite bene facere. Uel pōt intelligi in vi nōiatiui laboret ꝛc. qđ bonū est: quasi hec sit rō quare laborandū ē. Quasi dicat. Nō solū ē necessariū laborare: imo etiā bonū est laborare vt laborās possit viuere ꝛ vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Ecc. 29. Fenerare ꝓximo tuo in tēpore necessitatis illius ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Omnis sermo malus ꝛc. Ponit pertinentia ad veterē hominē in deordinatiōe ad aliuz: ꝛ facit duo: quia ꝑmo ꝓhibet vetustatē ꝛ inducit nouitatem Secūdo inducit exemplū in ꝓncipio q̃nti capituli ibi. Estote ergo ꝛc. Ad ꝓmū aũt pōt quis male se habere dupliciter. Uno modo ledendo eum verbis malis. Alio modo malis exēplis quo ꝓhibet ꝑmū. Scdo secundū ibi. Et nolite contristare ꝛc. Prima iterū in duas. Prio mo ꝓhibet vetustatē. Scdo inducit ad nouitatē ibi. Sz si quis ꝛc. Dicit ergo. Uis ꝑmo malus ꝛc. Sermo oris pretendit ꝛ annunciat que sunt in anima: qz voces sūt note passionū anime. Ille ē bon⁹ sermo qui indicat bonam dispositionē interiorē. malus vero qui malā. Triplicit aũt homo ordinat interius scz ad se: vt scz omnia sine rationi subiecta: ad deū vt irō sit ei subdita ad ꝓximū quādo viligit eum vt seipm̃. Est ergo q̃nq; sermo malus q̃n indicat hominē inordinatū in se: ꝛ hic ē sermo falsus et⁹ qui aliud loquit aliud intēdit. ꝛ similiter sermo inutilis ꝛ vanus. Itē est sermo malus qui indicat hoīem inordinatum contra deū sicut ꝓiuria blasphemie ꝛ hmōi. Itez q̃n ē cōtra ꝓximū sicut iniurie doli ꝛ fallacie. Et lō dicit. Uis sermo malus ex ore vr̃o nō ꝓcedat. Uis vo equipollet huic signo null⁹. Sap.1. Custodite ergo vos a murmuratiōe q̃ nihil prodest ꝛ a detractiōe parcite lingue qz sermo obscurus inuacuū nō ibit. qz certe deū non ꝑterit oīs cogitat⁹ ꝛ nō absconditur se ab eo vllus sermo: vt ōz Eccl.42. Nunc ergo vos deponite omnē iram in dignatiōem malicia: blasphemia: turpē sermonē de ore vr̃o. Col.3. ¶ Sequit. Sed si quis bon⁹ est ꝛc. inducit ad nouitatē qz sermo bon⁹ bene dicend⁹ est ꝑ loco ꝛ tēpoze. Prouer.15. Sermo oportun⁹ ē optim⁹. Si quis ergo loquit quasi sermones dei.1. Pet.4. Et ad quid subdit. Ad edificationem fidei. i. vt corroboret fides in cordibus infirmoꝝ. 1. Coz.14. Sic ad edificationē fiant. ꝛ hoc vt det gr̃am audientib⁹ scz si talis bonus sermo sit ꝓbatus vel talis sermo est conferens. qz frequenter homo ex bono sermone: ꝛ ꝓ virtutē boni sermonis auditi cōpunctus disponit ad gr̃am. Act.10. Adhuc loquēte petro verba hec cecidit spūs sanct⁹ sup oēs qui audiebant verbū. Sic loquebat dñs: de quo ōz Luc.4. Mirabant ex verbis gr̃e q̃ ꝓcedebant de ore ipsi⁹. Eccl.10. Uerba oris sapientis gratia.

Lectio decima.

Et nolite contristare spm̃ sanctū dei in quo signati estis in die redemptionis. Uis amaritudo ꝛ ira ꝛ indignatio ꝛ clamoꝝ ꝛ blasphemia tollaꝫ a vobis cū omni malicia. Estote autem inuicē benigni: misericordes: donantes inuicē sicut et deus in xp̃o donauit vobis.

Supra monuit apls abstinere a vbis infectiuis: hic monet abstinere a verbis ꝛ factis turbatiuis seu contristatiuis ꝓximoꝝ. Circa qđ duo facit. Prio ꝓhibet qđ pertinet ad vetustatē. Scdo psuadet qđ ptinet ad nouitatez ibi. Estote aũt inuicē benigni ꝛc. Prima itez in duas. qz ꝑmo ꝓhibet qđ ad vetustatē ptinet i generali. Scdo in spēali. ibi. Omnis amaritudo ꝛc. Dicit ergo. Nolite contristare spiritus. ꝛc. Contra spiritus sanctus est deus in quo nō cadit passio aliqua nec tristicia. Rideo spūs sanct⁹ ōz ꝓtristari qñ ꝓtristat ille in quo ē spūs sanct⁹? Luce.10. Qui vos spernit me⁹ spernit. Esa.63. Jpi aũt ad iracūdiā ꝓuocauerūt eū ꝛ afflixerūt spm̃ scm̃ ei⁹ ꝛ conuersus ē eis ꝛ inimicū Uel dicendū est q̃ ē methaphorica locutio. Sicut eñ de⁹ ōz irasci ꝑpter similitudinē effect⁹ ita etiā ōz cōtristari: qz sicut qñ aliquis cōtristat recedit a cōtristante: ita spūs scūs a peccante. Et sic ē sensus. Nolite cōtristare spm̃ scm̃ dei. i. nolite eū fugare vl' expellere p pctm̃. Sap.1. Spūs sanct⁹ eñ discipline effugiet fictū ꝛ aufert se a cogitationib⁹ q̃ sunt sine ītellectu ꝛ corripietur a supueniente iniq̃tate. Igit̄ nō ē cōtristand⁹ spūs scūs ꝛ hoc ꝑpē bñficiū Jō sublūgit. Jn q̃ signati estis. i. reformati est⁹ ꝛ ab alijs distincti Qui aũt hēbit hoc signū secū, hēbit vitā eternā. Jō ergo ē custodiēd⁹ ꝛ nullo modo ꝓtristādus qz sine eo nō ē vita eterna. 2. Coz.1. Qui signauit nos de⁹ ꝛ dedit nobis pignus spūs. Et qñ? In die redēptiōis. i. baptismi. Jo.3. Nisi q̃s renat⁹ fuerit ex aq̃ ꝛ spū scō ꝛc. Act.1. Vos baptizabimi spū scō nō post multos hos dies. Dicit aũt redēptiōis qz i baptismo fit hō ꝓticeps redēptiōis facte ꝑ xp̃m. ¶ Sequit. Uis amaritudo ꝛc. Ubi oñdit in spāli q̃ ptinēt ad vetustatē. Q̃nq; eñ homo contristat amicū suum ex ira: aliq̃n ex industria. Sz in ira ē triplex gradus: qz in corde sicut q̃ tātuz interi⁹ irascit. Jn platiōe: sicut q̃ dicit racha. Jn contumelie ꝓlatione sicut q̃ dicit fatue. Prio ergo ponit qđ ptinet ad irā cordis. Scdo qđ ptinet ad inordinatā ꝓlationē. Tertio qđ ptinet ad ꝓtumeliam. Jn ira aũt cordis ista se cōsequunt. Prio qz ira ē effect⁹ tristicie ꝛ hec i sacra scḗptura ōz amaritudo. 1. Re.1. Cū eēt ām̃a amaro aīo ꝛ orauit deū flēs ꝛc. Et lō dicit oīs amaritudo ꝛc. q̃ ē per memoriā iniurie ꝑterite Eccl.21. Nō ē sensus vbi abundat amaritudo. Scdo qz statim appetit vindictā. lō dic. Et ira q̃ē appetit⁹ vindicte. Jac.i. Ira eñ viri dei iusticiam non operat. Et qz irat⁹ indignū reputat qđ ei ꝑeat ꝛ indignū esse q̃ sine punitione transeat. ideo sequitur. Et indignatio. Sed quantū ad inordinatā ꝓlationem

ste ē clamor. Esa. 5. Expectaui vt faceret iudiciū: ⁊ ecce iniquitas ⁊ iusticia ⁊ ecce clamor. Jdeo dicit. Et clamor Similiter ⁊ blasphemia vel cōtra deū vel cōtra sanctos Leuit. 24. Quicunq; blasphemauerit nomen domini morte moriat. Jdeo dicit. Et blasphemia Et addit. Tollatur a vobis cū omni malicia scz operis. 1. Pet. 2. Deponentes omnē maliciā ⁊ omnē dolum ⁊ simulationem. ¶ Deinde cum dicit. Estote autē. ꝛc. ponit pertinentia ad nouitatē contrariam passionib⁹ p̄missis: contra amaritudinē benignitatē. Unde dicit. Estote aūt inuicē benigni q; benignus ē spiritus sapientie. ꝛc. Unde dicit. Misericordes. Luc. 6. Estote ergo misericordes sicut ⁊ pater vester misericors ē. Contra indignationē cōdonationē. Unde dicit. Donantes inuicē. Col. 3. Donantes vobis metipis si quis aduersus aliquē habet querelam sicut deus donauit vobis. Ro. 8. Qui etiam p̄prio filio suo nō pepercit. Et paulopost sequit. Quo non etiā cuz illo nobis omnia donauit.

Capitulū quintū.

Stote ergo imitatores dei sicut filij charissimi: ⁊ ambulate in dilectione sicut ⁊ xp̄s dilexit nos: et tradidit semetip̄m p nobis oblationē ⁊ hostiā deo in odorē suauitatis.

Posita exhortatione ad benignitatē ⁊ misericordiā que sunt effectus charitatis: hic ostendit eis exemplū. Circa qd duo facit. Primo inducit eos ad imitationē exemplaris. s. dei. Secūdo ostendit in quo debent ip̄m imitari. ibi. Et ambulate. ꝛc. Dicit ergo. Dixi q; debetis donare inuicē sicut ⁊ deus in xp̄o donauit vobis ergo estote imitatores dei: q; hoc necessariū est licet difficile sit. Eccl. 2. Quid ē in q̄ homo vt possit sequi regē factorez suū? Nun q̄ tamē perficiē natura humana nisi in cōunctione ad deū. Unde Job. 23. Uestigia eius secut⁹ ē pes meus: ergo imitandus ē qūo habemus possibilitatē: q; ad filiū p̄inet patrem imitari. Et ideo subdit. Sicut filij patrē scz per creationē. Deutero. 32. Nonne ip̄e ē pater tuus qui possedit ⁊ fecit ⁊ creauit te. Et addit. Charissimi quos scz elegit ad p̄ticipationem suip̄ius. ¶ Sequitur. Et ambulate. ꝛc. Ubi primo ponit imitandi modum q; in charitate. Scōo ostendit imense charitatis signum ibi. Et tradidit ꝛc. Q; ergo simus filij charissimi hoc facit charitas dei. Ro. 8. Nō enī accepistis spūm seruitutis iterū in timore sed accepistis spūm adoptionis filiorū in quo clamam⁹ abba pater. Ip̄e em̄ spūs testimoniū reddit spiritui nostro q; sumus filij dei. Debem⁹ ergo ip̄m in dilectione imitari. Et dicit ambulate. i. semp p̄dicite. Hen. 15. Ambula coā me ⁊ esto p̄fectus. Et hoc in dilectione q; dilectio ē tale bonū in quo debet hō proficere: ⁊ tale debitū q̄s debet homo semp̄ soluere. Ro. 13. Nemini quicquā debeatis nisi inuicez diligatis. Uel in dilectione q̄ ē via sequēdi deū magis de p̄pinquo. p̄me Cor. 13. Adhuc excellentiorē viā vobis demonstro. Si linguis hominū loquar ⁊ angelorū ꝛc. Col. 3. Sup oīa hec charitatē habētes ꝛc. Et hoc exemplo xp̄i. Ūñ subdit. Sicut ⁊ xp̄s dilexit nos. Jo. 13. Cū dilexisset suos q̄ erant in mundo in finē dilexit eos. ¶ Et q; fm gregoriū p̄batio dilectionis exhibitio est operis. ideo subdit. Et tradidit semetip̄m p nobis. Tpo. 1. Dilexit nos ⁊ lauit nos a peccatis nr̄is. Hal. 2. In fide viuo filij dei qui dilexit me ⁊ tradidit in mortem semetip̄m p me. Esa. 53. Tradidit in mortē animā suam. ꝛc. ¶ Hec aūt mors fuit nobis vtilis ⁊ necessaria: ideo subdit. Oblationē ⁊ hostiam ꝛc. Loquit autē hic ap̄s more veteris legis i qua vt dicit Leuit. 4. quādo quis peccauerat offerri debebat p eo hostia ⁊ oblatio q̄ dicit p peccato. Item q̄n quis agebat gratias deo vl aliq̄d cōsequi volebat oportebat offerri hostiā pacificam. vt dicit Leuit. 3. Que q̄dem erat in oblationē suauissimi odoris dño. vt dicitur ibidem. Hec autē facta sunt per xp̄m: q; vt a peccis mundaremur ⁊ gloriā cōsequeremur tradidit semetip̄m pro nobis in oblationē per ea que in vita gessit. Esa. 53. Oblatus ē q; ip̄e voluit ꝛc. Et hostiā pro peccato. ⁊ hoc in odorē suauitatis. Alludit autez huic q̄ dicit Leuit. 3. Sed certe ille odor nō erat tunc deo acceptus fm se sed fm suā significationē inquantū significabat oblationem odoriferam corporis xp̄i filij dei. Hen. 2. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Can. 1. Trahe me post te curremus in odorē vnguentoz tuoz. Sic aūt debem⁹ nos sacrificare deo spūaliter p̄s. Sacrificiū deo spūs. ꝛc.

Lectio secunda.

Ornicatio aūt ⁊ oīs immundicia aut auaricia nec nominet⁹ in vobis sicut decet sctōs: aut turpitudo: aut stultiloquiū: aut scurrilitas que ad rē nō pertinet sed magis gratiarūactio.

Supra posita monitiōe ap̄li vt deposita vetustate ephe sij nouitatē assumerent ꝓhibendo vitia spūalia: hic prohibet eisdem vitia etiā carnalia. Diuidit autē in duas. Primo em̄ prohibet vetustatē vitiorū carnaliū. Secundo inducit ad nouitatē ibi. Uidete itaq; frēs ꝛc. Prima iterū diuidit in tres. Primo excludit vetustatē vitiorum. Scdo ponit penā eoz. ibi. Hoc aūt scitote. ꝛc. Tertio excludit fallacia ibi. Nemo vos seducat ꝛc. Prīa iterū in duas. Prīo excludit quedā vitia p̄ncipalia. Secūdo excludit quedam adiuncta ibi. Aut turpitudo ꝛc. Excludit autē tria vitia. s. luxuriā naturalē que ē cum nō sua. Unde dicit. Fornicatio ꝛc. Osee. 4. Spūs em̄ fornicationū decepit eos. 1. Cor. 6. Fugite fornicationez. Sic faciebat Iob. 31. Pepigi fedus cū oculis meis vt nec cogitarē de virgine Dicit autē fornicatio a fornice. i. arcu triūphali iuxta quos erant lupanaria. Prouerb. 20. Et omnis immundicia ꝛc. i. omnis pollutio contra naturā scz que nō ordinat⁹ ad generationē. Hal. 5. Manifesta sunt opa carnis q̄ sunt fornicatio īmūdicia luxuria ꝛc. Tertio excludit auariciā. Sz quare hoc? Nunq̄d ē idē cū petis carnalib⁹. Rñdeo dicendū ē q; nō nec totaliter diuisa sz mediū inter spūalia ⁊ carnalia petā q̄s p̄z sic. In petō sūt duo. s. obiectū petī ⁊ delectatio in obiecto. Quedā ergo sūt petā quoz obiectū ⁊ delectatio ē spūalis sic ira. Uaz vindicta q̄ ē obiectū ire ⁊ delectatio ei⁹ ē q̄d spūales: sūt inanis glia. Quedā vero sūt oīo carnalia ⁊ obiectū ⁊ delectatio sicut gula ⁊ luxuria: sz auaricia tenet medium q; ei⁹ obiectū ē carnale scz pecunia sz delectatio ē spūalis: q; aīo quiescit q̄s in pecunia ⁊ iō cōnumerat auariciā cū petis carnalib⁹ rōne obiecti: cū spūalib⁹ vero rōne delectatiōis. Heb. vlt. Sint mores sine auaricia. Uel dicendū ē q; auaricia opponit iusticie: vñ ponit p spē luxurie q̄ ē adulteriū q̄s ē iniustus vsus mulieris alterī⁹: sic auaricia iniust⁹ vsus pecunie. Sz supra dixit Qui furabat ꝛc. hic aūt dicit q; nec nolet ꝛc. q; in pugna spūali vitia carnalia p̄io occurrūt vicēda q; frustra pugnat q̄s extrīseca nisi p̄mo vincat extrīseca scz carnalia: extra q̄ sp̄s manet bellū. Et iō dic. Mec nolet i vobis sic decz sctos s. abstinere a factis a cogitationib⁹ ⁊ a dictis. Esa. 43. Perdā babylonis nomē ⁊ reliq̄as ⁊ p̄geniē ⁊ germen. Eccl. 41. Curam habe de bono nomine: quia hoc decet sanctos. 2ª. Corinth. 6. In omnibus exhibeam⁹ nosmet ipsos sicut dei ministros ꝛc. ¶ Sequit. Aut turpitudo. ꝛc. Ubi ponit quedā vitia adiuncta. Circa quod duo facit. Primo adiūcta vitia excludit. Secūdo ad contraria eoz inducit. ibi. Sed magis gratiarūactio ꝛc. Tria ergo vitia excludit scz turpitudinē que est in tactibus turpibus ⁊ amplexibus ⁊ osculis libidinosis. Prouerb. 6. Qui aūt adulter est ꝓpter cordis inopiā perdet animā suā ⁊ turpitudinē ⁊ ignominiā congregat sibi. Jtez stultiloquiū. id est verba ꝓuocantia ad malū. Eccl. 9. Colloquiū illius quasi ignis exardescit. scz male mulieris. Et scurrilitatē. id est verbū ioculatoziū per quod aliqui volūt inde placere alijs. Mat. 12. De omni verbo otioso quod locuti fuerint homines reddent rationē de eo in die iudicij. Et hec oīa sunt mortalia inquantū ad mortalia peccata ordinant. q; aliquid etiam si bonū sit ex genere inquantū ad mortale ordinat⁹ est mortale. ¶ Deinde inducit ad cōtraria scz gratiarūactiones. Unde dicit Sed magis gratiarūactio. Esa. 51. Gaudiū ⁊ leticia inuenie⁹ in ea gratiarūactio ⁊ vor laudis.

Lectio tertia.

Oc enim scitote intelligētes: q; omnis fornicator. aut immundus. aut auarus quod est ydolorum seruit⁹ nō habet hereditatē in regno xp̄i ⁊ dei. Nemo vos seducat inanibus verbis. propter hoc enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici participes eorum.

Supra ꝓhibuit ap̄lus peccata carnalia: hic cōminatur penam damnatiōis que peccatoribus infligit. Circa qd duo facit. Primo em̄ de hoc eos certificat. Secundo singillatim peccata recitat ibi. Q; omnis fornicator ꝛc. Dicit ergo hoc scitote intelligētes. id est actualiter nō solū habitualiter p certo habete. 1ª. Joh. 3º. Hec scripsi vobis vt sciatis ꝛc. Et quid? q; omnis fornicator aut immūdus aut auarus: quod est ydolor seruitus nō habet hereditatē in regno xp̄i ⁊ dei. Nota q; vocat hic auaritiaz ydolatriā quoniā ydolatria est quādo honor soli deo debitus impenditur creature. Nunc autē deo dupliciter honor debet. scz vt in eo finem nostrū cōstituamus ⁊ vt in eo fiduciā nostrā finaliter ponam⁹. ergo qui hoc in creaturis ponit reus est ydolatrie. hoc autē facit auarus qui finem suū in re creata ponit et etiā totam suam fiduciaz. Osee. 8. Argentū suū ⁊ aurum suū fecerūt sibi ydola vt interirent. Et hoc quia vt dicit Prouerb. 11. Qui confidit in diuitijs suis corruet. Sed cū in alijs peccatis ponat homo finem suū in creatura cui amore inheret quare etiā in illis non dicit peccator ydolatrare? Respōdeo Ydolatrare est aliquid exterius indebite colere Nūc autem in alijs peccatis ponit finis in interioribus quasi in ꝓpria exaltatione. Sed qui ponit finē in diuitijs ponit in eis finem vt in re exteriori sicut ydolatria. Sed nunquid auari honorē deo debitū exhibentes creature: realiter sunt ydolatre ⁊ per se. Dico q; non: quia in moralibus actus seu opera iudicant⁹ ex fine. Ille ergo per se est ydolatra qui intendit per se cultum exhibere creature. Hoc aūt non intendit auarus per se sed per accidēs hoc facit inquantū superflue ⁊ inordinate diligit Et quid de tali. Non habebit hereditatē. quippe quia filij et heredes vt dicit Rom. 8. Nunc autē tales nō sunt filij qui sic carnales sunt. ergo hereditatē non habēt. quia vt dicit. 1ª. Corinth. 15. Caro ⁊ sanguis regnū dei nō possidēbūt. id est deū qui dicit Ezech. 44. Ego hereditas eoz

¶ Sed posset queri si hereditas ista est ip̄e deus cuz sit indiuisibilis ⁊ impartibilis. quare dicit in regno xp̄i ⁊ dei diuisiue ac si hereditas ista sit diuisibilis. Respondeo. Hereditas nostra cōsistit in fruitione dei. nūc autē deus aliter se fruit⁹ ⁊ nos eo. quia deus seipo perfecte fruit. q; seip̄m perfecte cognoscit. ⁊ totaliter diligit quantuz cognoscibilis ⁊ diligibilis est. non autē sic nos. quia licet ip̄m perfecte cognoscamus in patria ⁊ per cōsequens diligamus quia qui aliquid simplex attingit ip̄m totuz cognoscit: ⁊ si nō totaliter. sicut lux solis si esset punctalis humanus oculus ip̄am totam apprehēderet non totaliter. oculus vero aquile ip̄m totaliter cōprehēderet. Sic ⁊ si deū perfecte cognoscimus in patria ⁊ perfecte diligimus: sed ip̄m totaliter non cōprehendimus. ideo videt ibi esse quedā imperfectio ⁊ particularitas Et ideo dicit xp̄i ⁊ dei cōiūctim. quasi partē cum parte ponendo. id est quia per xp̄m ⁊ non per aliū habet hereditas. ¶ Deinde cum dicit. Nemo vos seducat. hic excludit fallacias seductoz. Et circa hoc duo facit. Primo enīz ponit ammonitionē. Secūdo subiūgit ip̄ius rationē ibi. Eratis em̄ aliquādo tenebre ꝛc. Prima iterū in duas: quia primo monet eos vt non seducant verbis eis credendo. Secūdo vt non cōmunicent eis mala faciēdo ibi. Et nolite cōmunicare ꝛc. Prima adhuc in duas. quia primo remouet seductiones. Secūdo ostendit seductionis signū ibi. Propter hoc em̄ venit ira dei ꝛc. Notandū est ergo q; in vitijs carnalibus solū docuit cauere seductionē. q; a principio vt hoies possent libere frui ꝑcipiscentijs cogitauerūt inuenire rōes q; fornicatiōes ⁊ hmōi venerea nō essent peccata. Et ideo dicit inanibus verbis: q; sine ratiōe sunt talia verba que dicunt q; huiusmōi non sint peccata nec excludāt a regno dei ⁊ xp̄i. Col. 2º. Uidete ne quis vos seducat per prophetiā ⁊ inanē fallatiaz. Et q; tales sint seductores ⁊ talia verba seducētia ostendit. quia nisi peccata carnalia essent peccata nō punirent⁹ a deo. quia cū deus sit iustus nō infligit penam sine culpa Nunc talia autē puniūtur a deo. ergo peccata sunt. Di nozē ꝓbat cū dicit. Propter hec enim venit ira dei scz ꝓpter peccata carnalia in filios diffidentie: vt patuit in diluuio. Hen. 6. Item in sodomitis. Hen. 19. Item tribus beniamin fere tota ꝑumpta fuit ꝓpter hec. Judicū 20. Dicit autē filios diffidentie. quia sicut peccātes diffidunt de vita eterna. quia qui sic faciens speraret vitam eternā magis esset p̄sumptio q̄ spes que est certa expectatio future beatitudinis ex meritis ꝛc. Unde supra. 4. Qui desperantes semetip̄os tradiderūt impudicitie in operationē immūdicie omnis in auaritia. Sap. 7. Multum pratū sit quod nō pertranseat luxuria nostra ꝛc. Et sequit in fine capituli. Quia tales nō sperauerūt mercedem iustitie ꝛc. Dicit ergo q; in filios diffidentie. id est qui nō confidunt de gaudijs eternis venit ira dei. scilicz ꝓpter peccata vel diffidētie. id est de quibus nō est cōfidendum quantū est ex parte meritoz. Et ideo cōcludit Nolite effici participes eoz cōmunicando. scz eis in talibus operibus. 2ª. Corinth. 6º. Que enīz participatio iusticie cū iniquitate. aut que societas lucis ad tenebras aut que cōmunicatio xp̄i ad belial. aut que pars fidelis cum infideli ꝛc.

Lectio quarta.

Ratis enīz aliquando tenebre: nūc autem lux in domino. Et filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate ⁊ iusticia ⁊ veritate. Probantes quid sit beneplacitū deo. Et nolite

cōmunicare operibus infructuosis tenebra
rum magis autem redarguite.

Supra phibuit apostolus peccata carnalia cōminando penam ⁊ remouēdo fallaciam: hic assignat rationē sumptam ex eoꝝ conditione. ⁊ duo facit. Proponit eñ primo eoꝝ conditionē. Secūdo ex eis duas cōclusiones inducit. ibi. Ut filij lucis sitis ⁊c. Ponit autē duas conditiones. Primo preteritā. Secūdo conditionē presentē ibi. Nunc autē lux ⁊c. Dicit ergo eratis aliquādo tenebre. id est excecati ignorātia ⁊ erroꝛe. supra quarto. Tenebris obscuratū habentes intellectū. ps. Nescierūt neq; intellexerūt in tenebris ambulāt. Item tenebrosi per peccatū. Prouerb. 4°. Via impioꝝ tenebrosa nesciūt vbi corruant. Sed notandū est ꝙ indeterminate non dicit tenebrosi: sed tenebre. quia sicut quilibet videē esse id quod principaliter est in eo sicut tota ciuitas videē esse rex ⁊ quod rex facit ciuitas dicit facere. ita quādo peccatū regnat in homine. tūc totus homo dicit peccatuꝝ ⁊ tenebre. ¶ Sequit. Nunc autem lux ⁊c. Ubi ponit conditionē presentē. quasi dicat. Nunc autē habetis lucem fidei. Philip. 2°. Inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo. Matth. 5. Vos estis lux mūdi. Sed contra dicitur de Iohāne baptista. Non erat ille lux. quomō ergo fideles alij lux dicunt. Respondeo. Non dicunt lux per essentiā sed per participationē. ¶ Deinde cum dicit Ut filij lucis ambulate ⁊c. concludit duas cōclusiones. Dixerat enim ꝙ tenebre fuerūt. ⁊ ꝙ nunc sunt lux. Et ideo primo cōcludit vt se conformēt ei quod nūc sunt. Secūdo vt vitent ea que prius fuerūt ibi. Et nolite cōmunicare. Prima in duas. Primo ponit ammonitionē. Secūdo eam exponit ibi. Fructus enim lucis ⁊c. Dicit ergo. quia nūc lux estis faciatis opera lucis. ergo vt filij lucis ambulate. Joh. 12. Ambulate dum lucem habetis ⁊c. ¶ Hoc autē exponit cū dicit. Fructus enim ⁊c. Ambulate autē quis vt filius lucis dupliciter. Primo quantū ad substantiā vel genus operis. Secūdo quantū ad modum vel intentionē facientis. Primo ergo ponit opera que oportet facere. Secūdo quā debent fieri intentione ibi. Probātes ⁊c. Dicit ergo. dixi vt ambuletis vt filij lucis. fructus autē lucis est. id est opera fructifera ⁊ clara. Eccl. 24°. Flores mei fructus honoris ⁊c. Et hoc in omni bonitate ⁊c. Ubi aduertendus est ꝙ omnis actus virtutis ad tria reducit. Nam oportet ꝙ agens ordinetur in se ⁊ ad proximū ⁊ ad deū. In se vt sit bonus in seipō. ⁊ ppter hoc dicit. In omni bonitate. ps. Bonitatē ⁊ disciplinā ⁊ scientiā doce me ⁊c. Item ad proximū per iusticiā. Ideo dicit. In iusticia. ps. Feci iudiciū ⁊ iusticiam ⁊c. Ad deū per cognitionē ⁊ confessionē veritatis Et ideo dicit. Et veritate. Zacha. 8°. Veritatē tantum ⁊ pacem diligite. Vel aliter vt bonitas referat ad cor. iusticia ad opus. veritas ad os. Supra. 4°. ⁊ Zacha. 8°. Loquimini veritatē vnusquisq; cū proximo suo. ¶ Deinde cum dicit. Probantes ⁊c. ostendit qua intentione debeant operari. quia nō ex abrupto. sed ꝓbantes id est ratiōe discernentes. Opus suū probet vnusquisq; vt dicitur Gal. 6. Et hoc quid sit beneplacitū deo. id est vt intendatis facere quod placet deo. Rom. 12°. Probetis que sit volūtas dei bona ⁊ beneplacēs ⁊ perfecta. ¶ Deinde cum dicit. Et nolite cōmunicare ⁊c. hortat eos ne redeant ad statū quem reliquerūt. quia vt dicitur Gal. 2°. Si eñ que destruxi hec iterum reedifico. preuaricatorem me cōstituo. 2ᵉ. petri. 2°. Canis reuersus ad suum vomitū ⁊ sus lota in volutabro luti. Diuidit autem ista pars in duas. Primo ponit monitionē. Secundo assignat rationē. ibi. Que autē in occulto ⁊c. Prima iterū in duas. Primo monet eos ne malefaciant. Secūdo vt mala reprehendāt. ibi. Magis autē redarguite ⁊c. Dicit ergo. Probantes quid beneplacitū est deo et nolite cōmunicare operibus infructuosis tenebrarū. id est operib⁹ carnalibus ducētibus ad tenebras perpetuas. que quidē sunt infructuosa. quia nō habent nisi momentaneā delectationē citissime transeuntē. Rom. 6°. Quem ergo fructū habuistis tūc in quibus nūc erubescitis. Jude. 2°. Arbores autūnales infructuose bis mortue eradicate fluctus feri maris despumātes suas confusiones ⁊c. Item tenebrosa ppter turpitudinē quia cōmunicāt in eis cū brutis. Job. 24. Oculus adulteri obseruat caliginem dicens: nō me videbit oculus ⁊ operiet vultum suū. perfodit in tenebris domos ⁊c. Istis ergo nolite cōmunicare imitando coadiuuādo consentiēdo. Eccl. 13°. Que cōmunicatio homini sancto ad carnē? Sed certe hoc nō sufficit nisi etiā eos reprehendatis. quia vt dicit August. Aliquādo deus punit cōmunicantes insontes quia aliqui boni nō reprehendūt malos. Eccl. 17. Mādauit autē vnicuiq; de ꝓximo suo. Et ideo dicit magis autē redarguite. 2ᵉ. thymo. 4°. Argue. obsecra. increpa ⁊c. Sed nūquid semper peccamus si non reprehēdimus? August. Quod eñ non reprehēdis ex timore caritatis: ne sꝫ peior efficiāt. et scandalizatus affligat bonos. nō peccas. Si autē ex timore cupiditatis. ne sꝫ indigneē ⁊ perdas beneficia tua sic peccas.

Lectio quinta.

q Ve autem in occulto fiunt ab ipsis turpe est ⁊ dicere. Omnia autē que arguūtur a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur lumen est. Propter quod dicit: Surge qui dormis et exurge a mortuis ⁊ illuminabit te xp̄us.

Supra posuit apostolus monitiōes: hic assignat rationes earū. Duas autē monitiōes posuit. Prima vt non cōmunicarent operibus tenebraꝝ. Secūda vt redarguerent peccatores. Scōm hoc ergo duo facit. Primo ponit rationē prime monitiōis. Secūdo rationē secunde. ibi. Omnia enim que arguūtur ⁊c. Dicit ergo. Bene dixi: nolite cōmunicare. imo debetis ⁊ tales increpare et redarguere. Quare? Quia que in occulto fiunt ab ipsis turpe est ⁊ dicere. hoc autē est de vitijs carnalib⁹ in quibus est turpitudo magna. quia minimū est ibi de bonis ratiōis cum huiusmodi actus cōmunis sint nobis ⁊ brutis. ¶ Sequit. Omnia que arguūtur ⁊c. hic ponit apostolus rationē secūde monitiōis. ⁊ facit duo Primo ponit rationē. Secūdo assignat confirmationē ibi. Propter quod dicit ⁊c. Quantū ergo ad primū vult ꝓbare ꝙ eos deceat delinquentes arguere. et hoc probat sic. Quicquid ostendit malū esse redarguit. omnis enim redargutio manifestatio quedā est. Sed omnis manifestatio fit per lumen vos autē estis lux. ergo decet vos arguere ⁊ eos manifestare. Ponit autē huius ratiōis maiorem ibi. Omnia autē que arguūtur ⁊c. Minorē autē ponit ibi. Omne quod ⁊c. Ideo decꝫ eos arguere. quia vt dicit. 1ᶜ. cozinth. 2°. Spiritualis iudicat omnia et ipse a nemine iudicat. Unde glo. sic exponit. Omnia sꝫ peccata que arguūtur a lumine. id est a bonis ⁊ sanctis hominibus qui sunt filij lucis manifestant sꝫ per confessionem. Prouerb. 28. Qui autē cōfessus fuerit ⁊ reliquerit ea misericordiā consequet. Omne autē sꝫ malus ad manifestat per confessionē lumen est. id est in lumie vertit. Deinde cōfirmat hoc per auctoritatē dicens: Propter quod surge ⁊c. Eliosa sic exponit. Propter hoc ꝙ

sit lumen. dicit scilicꝫ spiritussanctus. O tu qui dormis surge ⁊c. Sed hec non est cōsuetudo pauli. Et ideo dicē dum est ꝙ aplus introducit figurā positam. Esaie. 60°. Surge illuminare hierusalē ⁊c. dicens: Propter quod dicit scilicꝫ scriptura. Surge a negligentia boni operis. tu sꝫ qui dormis. Prouer. 6. Usquequo piger dormies. ps. Nunq̄d qui dormit nō adijciet vt resurgat. Item exurge a mortuis. id est ab operibus mortuis seu mortificantib⁹ Heb. 9. Emūdabit conscientiā nostrā ab operib⁹ mortuis ⁊c. Esa. 26. Aluerūt mortui tui interfecti mei resurgēt. Exurge ergo ⁊ illuminabit te xp̄us. ps. Dominus illuminatio mea ⁊c. Idem. Illumina oculos meos ne vnq̄ obdormiā in morte. Sed nūquid possumus per nos resurgere a peccato. quia dicit: Surge ⁊ illumiabit te xp̄s. Respondeo. Dicendū est ꝙ ad iustificationē impij duo requirūtur. sꝫ liberū arbitriū cooperans ad surgendū ⁊ ipa gratia. Et certe hoc ipm habet liberū arbitriū a gratia preueniēte. quotie meritorie operari a gratia subsequente. Unde dicit Treno. vlt. Conuerte nos deus ⁊ conuertemur.

Lectio sexta.

v Videte itaq; fratres quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes: sed vt sapientes: redimentes tempus quoniā dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudētes sed intelligentes que sit voluntas dei.

Supra phibuit fallatiarū carnaliū vetustatē: hic hortatur ad contrariā nouitatē. Et primo hortat ad nouitatē contrariā fallacie. Secūdo ad nouitatez contrariā luxurie ibi. Et nolite inebriari ⁊c. Prima in tres. Primo inducit ad cautelā contrariā fallacie. Secūdo ostendit nouitatē cautele ibi. Redimentes tempus ⁊c. Tercio docet modū cautele ibi. Propterea nolite fieri ⁊c. Dicit ergo itaq; sꝫ ex premissis videte quomō caute ambuletis Cautio est quedā conditio prudentie per quā aliquis vitat impedimēta agendoꝝ ⁊ hanc cautelā debent omnes habere. Prouerb. 4°. Oculi tui videāt recta ⁊ palpebre tue precedāt gressus tuos. Hoc autē pertinet ad sapientes. ⁊ ideo dicit. Non quasi insipiētes. qui sꝫ nesciunt vitare impedimēta. ps. Turbati sunt omnes insipientes corde. sed vt sapiētes. Eccl. 2. Sapientis oculi in capite eius stultus in tenebris ambulat. Quidā dicūt si non caste tamen caute. Sed sic nō accipit apostolus. sed dicit caute. ac si diceret. cauete ab omnibus cōtrarijs castitati. Necessitatē autē huius cautele ostendit cū dicit. Redimētes tempus ⁊c. quod potest exponi dupliciter. Redimit eñ aliquis quādoq; rem suaz dando enxenia vel aliquid ꝓ ea. sicut dicit aliquis redimere vexationē suam dando enxenia vel pecuniā vel quādo dimittit in iure suo. Dicit ergo. Totū tempus hoc est tempus calūnie. et ideo redimentes tempus quoniā dies mali sunt. Exquo peccauit adam et tūc semper parate sunt insidie impellētes ad peccatū. Non sic autē in statu innocentie in quo nō oportebat dominē ab aliquo licito abstinere. quia in eius volūtate non erat impellēs aliquid ad peccatū. Modo autē oportet nos tempus redimere quoniā dies mali sunt. id est debemus malicia dierū vitare. die malū precauere vt dicit Eccl. 7. Et etiā a quibuscā licitis abstinere. 1ᶜ. cozinth. 10. Omnia mihi licent. sed nō omnia edificāt. In hūc autem modū dicit aliquis vexationē suaz redimere quia dimittit aliquid de iure suo perire. Vel aliter. Redimētes tempus ⁊c. Contingit quādoq; ꝙ aliquis per magnū tempus vite viuit in peccato ⁊ hoc est tempus perditū. Sed quomō redimet cum homo nō sufficiat ad debita persoluenda. Respondeo. Dicendū est ꝙ tanto magis debet vacare operibus bonis quāto prius instetit malis. 1ᵉ. petri. 4. Sufficit eñ preteritū tempus ad voluntatē gentiū consumandā his qui ambulauerūt in luxurijs vinolentijs desiderijs ⁊c. sed prima expositio est melior. ¶ Deinde cū dicit. Propterea nolite fieri ⁊c. docet modū cautele dicens. ppterea sꝫ vt possitis tempus redimere nolite fieri imprudētes. ¶ Nota ꝙ differētia est iter sapientiā ⁊ prudentiā. Prudentia eñ est quedā sapientia sed nō vniuersalis sapientia. Prouer. 10. Sapiētia est id est prudentia. Sapiēs eñ simpliciter dicit qui habet de omnibus ordinare. sapiens autez sm quid dicit qui habet ordinare de his de quibus est sapiēs. 1ᵉ. cozinth. 3°. Ut sapiens architect⁹ fundamentū posui. quia sapiētis est ordinare. vt dicit. 1. methaphisice. Omnis autē ordinator respicit finē. Ille ergo simpliciter est sapiens qui cognoscit finem vel qui agit ppter finez vniuersalē sꝫ deū. Deutro. 4. Hec est eñ sapientia vestra ⁊c. Sapientia eñ est diuinarū reruz cognitio. vt dicit Aug. 4. de trinita. Prudētia vero est particularis rei puidētia. quādo sꝫ quis ordinat facta sua. Et ideo sapiētia est viro prudentia. ppter hoc ergo dicit: Nolite fieri imprudētes sed intelligentes ⁊c. sicut ratio speculatiua ordinat de agendis ⁊ iudicat. oportet autē conclusiōes habere ⁊ iudicare per principia ⁊ similiter in operabilibus. Istud autē primū principiū per qō debemus iudicare omia ⁊ regulare, est voluntas dei. Et ideo intellectus in moralibus ⁊ diuinis debet habere ꝓ principio voluntatē dei. quia si hāc habeat ꝓ principio fit prudēs intellectus. Deutro. 32. Utinā saperent ⁊ intelligerēt ⁊c. hoc autē docuit dominus. Matth. 6°. Fiat voluntas tua.

Lectio septima.

e Et nolite inebriari vino: in quo est luxuria. sed impleamini spiritu sancto. loquētes vobismetipis in psalmis. hymnis. ⁊ canticis spiritalibus. cantantes ⁊ psallentes in cordibus vestris domino. gratias agentes semper pro omnib⁹ in nomine dñi nostri iesu xp̄i deo et patri. Subiecti inuicem in timore xp̄i.

Supra induxit ad nouitatē cōtra vetustatē fallacie: hic hoc idem facit contra vetustatē vitioꝝ carnaliū. Vel dicamus ꝙ prius reprehendit peccata carnalia quantum ad luxuriā. hic quantū ad gulā. Duo autē facit. Primo eñ prohibet vetustatē. Secūdo inducit statim ad nouitatē ibi Sed impleami ⁊c. Dicit ergo: dixi ꝙ fornicatio ⁊ omnis immūdicia nō nominet in vobis. sed ad hoc cauendū debetis a vino superfluo abstinere. quia cibus et potus superfluꝰ est causa luxurie et precipue vinū quod calefacit ⁊ mouet spūs. Prouerb. 20. Luxuriosa res vinū ⁊ tumultuosa ebrietas Hester. 1. Cū essꝫ rex hylarior ⁊ post nimiam potationē incaluissēt mero ⁊c. Osee. 4. Fornicatio ⁊ vinū ⁊ ebrietas auferūt cor. Unde hiero. Que sodoma non vicit. vina vicerūt loth. Nolite ergo ⁊c. sed impleamini spiritusancto. Inter omnia que multos spiritus generāt est vinū. vnde generat animositatē ⁊ facit homes per ralenta loqui. vt dicit. 2. Esdre. 3°. Et ideo cōuenienter docet eos cōtra hoc repleri spiritusancto qui generat feruoꝛ deuotiōis. Ro. 12. Spiritu feruentes. Item gaudiū ⁊ leticiā spirituale. Ro. 14. Justicia ⁊ pax ⁊ gaudiū in spiritusancto. Item facit audaciter loqui. Actu. 2. Repleti sunt oēs spiritusancto ⁊ ceperūt

loqui ꝛc. Et ideo qui eos loquẽtes audiebãt credebant eos ebrios. Sed nunquid habemus ſpiritũſanctũ in noſtra poteſtate? Reſpondeo ꝛ dico ꝙ habere ſpiritũ ſanctũ eſt dupliciter vel receptiue ꝛ ſic nõ eſt in noſtra poteſtate eũ recipere ſed ex dono dei eum recipimus. Ro. 5 Caritas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝛc. Vel etiaz diſpoſitiue ꝛ ſic nõ ſumus ſufficientes eũ recipere. id eſt nos diſponere ſine gratia dei. 2ᵉ. cozinth. 3°. Non ſumꝰ ſufficientes cogitare aliquid a nobis quaſi ex nobis ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt Vel aliquis dicit recipere ſpiritũſanctũ nõ tamen plenus eſſe ſpirituſancto quãdo ſcz habet gratiã ſpirituſſancti quantũ ad aliquã ꝛ nõ quantum ad omnẽ hominis operationẽ. Tunc autẽ dicit plenus ſpirituſancto quãdo eo vtitur generaliter. Modus autẽ repletiõis eſt in dilectione dei ꝛ proximi. Et ideo cũ dicit loquentes ꝛc. Primo tangit modum repletiõis ex parte dei. Secũdo ex parte proximi ibi. Subiecti inuicem ꝛc. Circa primũ tria facit. Primo ponit ſpiritualis meditatio. Secũdo ſpiritualis exultatio ibi. Cantantes ꝛc. Tercio gratiarũactio ibi Gratias agẽtes ꝛc. Prima in duas. quia primo ponit modũ meditatiõis. Secũdo materiã eius. ibi. In pſalmis ꝛc. Dicit ergo loquentes vobis ꝛc. Eſt autẽ duplex locutio. Una exterior homis ad hominẽ. Alia interior homis ad ſeipm. Talis autẽ debet eſſe compũcti ua. Job. 10°. Loquar in amaritudine anime mee. Item debet fieri in ſecreto. Mat. 6. Tu autez cũ oraueris intra cubiculũ tuũ ꝛ clauſo oſtio ora patrem tuũ. Et ſap. 8. Intrans in domũ meã conquieſcaz cũ illa. ¶ Materiã vero meditatiõis tangit cũ dicit. In pſalmis ꝛc. Pſallere eſt vti pſalterio. Et ſic in pſalmis id eſt bonis opatiõibus. ps. Sumite pſalmũ ꝛ date tympanũ pſalteriũ iocundũ ꝛc. Et hymnis. id eſt laudibus diuinis ps. Hymnus oibus ſanctis eius ꝛc. Et canticis ſpiritualibus. ſcz de ſpe eternoꝝ. Ro. 12. Spe gaudentes. ps. In decacordo pſalterio cum cantico in cythara. ps. Cantate dño canticũ nouũ ꝛc. Meditemur ergo de recta operatiõe quid faciendũ: de diuina laudatiõe quid imitandũ: de celeſti iocundatiõe quid ꝛ quomõ ſeruiendum. Sic ergo effectus ſpirituſſancti primo eſt ſacra meditatio. Secũdo ſpiritualis exultatio. quia ex frequenti meditatiõe ignis caritatis in corde accendit. ps. Concaluit cor meũ intra me ꝛ in meditatiõe mea exardeſcet ignis ꝛc. Et hinc generat leticia ſpiritualis in corde. Et ideo dicit. Cantãtes ꝛ pſallentes. id eſt vt affectus veſtri afficiant gaudio ſpirituali ad operãda bona. 1ᵉ. cozinth. 14 Pſallã ſpiritu: pſallã ꝛ mente. Col. 3. In omni ſapientia docentes ꝛ commonentes voſmetipos in pſalmis et hymnis ꝛ canticis ſpiritalibus in gratia cãtantes ꝛ pſallentes in cordibus veſtris dño. Ex hoc erroꝛ hereticoꝝ confundit dicentiũ ꝙ vanũ eſt cantare dño cantica vocalia ſed ſpiritualia tantũ. Vaz in laudibus eccleſie eſt ali quid per ſe cõſiderandũ. ꝛ hoc eſt quod aplus dicit. In cordibus. Aliquid vero ꝓpter aliud. ꝛ hoc ꝓpter duo. ſcz ꝓpter nos vt mens noſtra inciteꝫ ad deuotionẽ interiorẽ. ſed ſi ex hoc aliquis cõmoueaꝫ ad diſſolutionẽ vel gloziã inanẽ hoc eſt cõtra intentionẽ eccleſie. Item ꝓpter alios quia per hoc rudes efficiũtur deuotiores. 4. Regũ. 3. Cũqz caneret pſaltes facta eſt ſuper eũ manus dñi. Tertius effectus eſt gratiarũactio. ꝙ ex hoc ꝙ aliquis ſic affectus eſt ad deum recognoſcit ſe oĩa habere a deo. Quanto eñ aliquis magis afficit ad deũ ꝛ ipm cognoſcit tanto videt eũ maiorẽ. ꝛ ſe minorẽ. ymmo ꝓpe nihil in cõparatione ad deũ. Job. 42. Oculus meus videt te: iccirco me reprehendo ꝛc. Et ideo dicit. Gratias agentes ꝓ omnibus ſcz bonis. vel ꝓſperis vel aduerſis. ps. Benedicã dominũ in oñi tempore ꝛc. quia hec etiã ſunt nobis in via. Jacobi. 1. Oñe gaudiũ exiſtimate ꝛc. Actu. 5. Ibant apoſtoli gaudẽtes ꝛc. 1ᵉ. theſ. 5. In omnibus gratias agite. Sed hoc in noſe domini noſtri ieſu xp̃i: quia oĩa bona ꝓueniũt per eum. Roñ. 5 Pacẽ habemus ad deũ per dñm noſtrũ ieſum xp̃m per quẽ ꝛ acceſſimz ꝛc. Sed addit deo inquantũ actor noſter eſt per creationẽ. ꝛ patri quantũ miſit nobis xp̃m ꝙ quẽ regenerauit nos. Et ſic gratias deo quantũ ad bona nature patri quantũ ad bona gratie. Sed quantũ ad ꝓrimũ ponit modũ repletionis dicens: Subiecti inuicez in timoꝛe xp̃i. i. non ꝓpter timoꝛẽ humanũ ſed xp̃i.

Lectio octaua.

Mulieres viris ſuis ſubdite ſint: ſicut domino: quoniam vir caput eſt mulieris: ſicut xp̃us caput eſt eccleſie: ipe ſaluator corporis eius. Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt xp̃o: ita et mulieres viris ſuis in oĩbus. viri diligite vxores veſtras ſicut ꝛ xp̃us dilexit eccleſiam ꝛ ſeipm tradidit ꝓ ea vt illam ſanctificaret: mundans eã lauacro aque in verbo vite vt exhiberet ipe ſibi gloriozam eccleſiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta ꝛ immaculata. ita ꝛ viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua

Supra apoſtolus poſuit ꝓcepta generalia ad omnes: hic ponit ea que pertinẽt ad ſpeciales qualdã perſonas ꝛ ſtatus. Et quia fm philoſophũ in politicis. Domꝰ habet treo cõnexiones ſine quibus nõ eſt perfecta. ſcz viri ꝛ mulieris. patris ꝛ filij. dñi ꝛ ſerui. ideo hec tria proſequẽs inſtruit. Primo mulierẽ ꝛ virũ. Secũdo patrez et filium. cap. 6°. ibi. Filij obedite ꝛc. Tercio ſeruos ꝛ dominos ibi. Serui obedite ꝛc. Prima in duas. Primo eñ monet mulieres de ſubiectiõe. Secũdo viros de dilectiõe ibi. Viri diligite ꝛc. Prima in duas. Primo ponit ammonitionẽ. Secũdo eius rationẽ ibi. Quoniã vir caput eſt ꝛc. Dicit ergo mulieres viris ſuis ſubdite ſint. quia certe mulier ſi primatũ habeat cõtraria eſt viro ſuo vt dicit Eccl. 25. Et ideo ſpẽaliter monet eas de ſubiectione. Et hoc ſicut dño: quia ꝓportio viri ad vxorem quoddãmodo eſt ſicut ſerui ad dominũ inquantũ debet regi mãdato domini. ſed differẽtia eſt in hoc ꝙ dominꝰ vtiẽ ſeruis ſuis quo ad id quod eſt ſibi vile. ſed vir vtitur vxore ꝛ liberis ad vtilitatẽ communẽ. Et ideo dicit. Sicut dño. Non ꝙ vere ſit dñs ſed ſicut dominus. 1ᵉ. petri. 3. Mulieres ſubdite ſint viris ſuis ꝛc. ¶ Deinde ſubdit rationẽ ſuam. Circa quod tria facit. Primo eam ponit. Secũdo exemplũ inducit. ibi. Sicut xp̃us ꝛc. Tercio ex exemplo intentũ concludit ibi. Sed ſicut ꝛc. Ratio autẽ hec eſt: quoniã vir eſt caput mulieris: in capite autẽ viget ſenſus viſus. Eccl. 2. Sapiẽtis oculi in capite eius. Et ideo vir debet gubernare mulierẽ vt caput eius. 1ᵉ. cozinthio. 11°. Caput quidem mulieris vir. ¶ Deinde ponit exemplũ cũ dicit. Sicut xp̃us caput eſt eccleſie. ſupra ꝓmo. Ipm dedit caput ſupra omnẽ eccleſiã que eſt corpus ipius. Et hoc non ad vtilitatẽ ſuã ſed eccleſie. quia ipe eſt ſaluator corporis eius. Act. 4. Nõ eſt eñ aliud nomen ſub celo datũ hominiꝫ in quo oꝓteat nos ſaluos fieri. Eſa. 12°. Ecce deus ſaluator meus ꝛc. ¶ Ex hoc autẽ cõcludit intentionẽ cũ dicit. Sed ſicut ꝛc. Quaſi dicat. Non eſt ꝙueniens ꝙ membꝝ repugnet ipi capiti in aliquo, nũc autem ſicut xp̃us caput eſt eccleſie: ſuo mõ ita vir eſt caput mulieris. nõ debet ergo mulier inobedies eſſe viro. ſed vt eccleſia ſubiecta eſt xp̃o. ps. Nonne deo ſubiecta erit anĩa mea ꝛc. Ita ꝛ mulieres viris ſuis. Geneſ. 3°. Sub viri poteſtate eris. Et hoc in oĩbus ſcz que non ſunt cõtra deũ. quia dicit Act. 5. Obedire oportet deo magis ꝙ hominibus. ¶ Deinde cũ dicit. Viri diligite vxores veſtras ꝛc. monet viros ad dilectionẽ vxoꝝ. Et primo facit hoc. Secõ aſſignat rationẽ huius ibi. Sicut xp̃us ꝛc. Dicit ergo. Viri diligite vxores veſtras. quia certe ex amoze quem habet vir ad vxorẽ magis caſte viuit et pacifice vteꝛq ſe habet. ſi autẽ vir aliã diligit ꝙ ſuam: ſe ꝛ ſuã diſcrimini exponit. Col. 3°. Viri diligite vxores veſtras ꝛ nolite amari eſſe ad illas. Tangit autẽ rationẽ huius triplicẽ. Primã ſumit ex exemplo xp̃i cum dicit. Sicut ꝛ xp̃us ꝛc. Secundam ex parte viri ibi. Qui ſuã vxorem diligit ꝛc. Tertiã ex pte mãdati diuini ibi. Propter hoc relinquet ꝛc. Circa primũ tria facit. Primo ꝓponit exemplũ dilectionis xp̃i. Secũdo ſignũ ibi. Et tradidit ꝛc. Tercio cõcludit intentũ ibi. Ita ꝛ viri ꝛc. Dicit ergo. Sicut et xp̃us dilexit eccleſiã. ſupra eodẽ. Eſtote imitatores dei ſicut filij cariſſimi ꝛc. Signũ autez dilectiõis xp̃i ad eccleſiam oſtendit quia tradidit ſemetipm ꝓ ea. Gal. 2. Dilexit me ꝛ tradidit ſemetipm ꝓ me ꝛc. Eſa. 53. Tradidit in mortẽ aiãmã ſuam ꝛc. Sed ad quid vt ſanctificaret eaz? Heb. vlti. Jeſus vt ſanctificaret per ſuũ ſanguinẽ populum ꝛc. Joh. 17. Sanctifica eos in veritate. Iſte eſt effectus mortis. Effectus autẽ ſanctificatiõis eſt mundatio eius a maculis peccatoꝝ. Ideo ſubdit dicens: Mũdans eam lauacro aque. qõ quidẽ lauacrũ hz virtutẽ a paſſione xp̃i. Roñ. 6. Quicũqz baptizati ſumꝰ in xp̃o ieſu. in mozte ipius baptizati ſumus. cõſepulti eñ ſumus cum illo in mortẽ per baptiſmũ. Ezechiel. 36. Effundã ſuper vos aquã mundã ꝛc. Zach. 13. Erit fons patens domui dauid ꝛc. Et hoc in verbo vite. Qõ aduentẽs aq̃ dat ei virtutẽ abſoluendi. Math. vlti. Euntes ergo docete omnes gẽtes baptizãtes eos in noſe patris ꝛ filij ꝛ ſpiritus ſancti. Finis autẽ ſanctificatiõis eſt puritas eccleſie. Jõ dicit. Et exhiberet ſibi gloriozam eccleſiã ꝛc. Quaſi dicat apoſtolus indecẽs eſt ꝙ imaculatus ſponſus ſponſã duceret maculatã. Et ideo ſibi exhibet eam imaculataz: hic per gratiã ſed in futuro per gloziã. Unde dicit. Gloriozam ſcz per claritatẽ anime ꝛ corporis. Phil. 3°. Reformabit corpus hũilitatis noſtre ꝛc. Et ideo addit. Nõ habentẽ maculam. ps. Ambulans in via imaculata ꝛc. ps. Beati imaculati in via ꝛc. Neq̃ rugã. id eſt ſine defectu paſſibilitatis. quia vt dicit Apoc. 7. Non eſurient neq̃ ſitient amplius. Aut aliquid hmõi. Sed vt ſit ſancta per cõfirmationẽ gratie ꝛ imaculata ab omni immũditia. Et hec omnia intelligi poſſunt de exhibitiõe que erit in futuro per gloziã. Si autẽ de exhibitiõe per fidez tũc diceret vt exhiberet ſibi ſcz per fidem eccleſiã gloziozam. quia gloria magna eſt ſequi dominũ vt dicit Eccl. 23. Non habentẽ maculã ſcz criminis mortalis. Maculata es in iniquitate tua. Jere. 2°. Neq̃ rugã. id eſt duplicitatẽ intentionis quam nõ habent qui recte conſũcti ſunt xp̃o ꝛ eccleſie. Job. 16. Ruge mee teſtimoniũ dicũt contra me ꝛc. Sed magis ſanctã per intentionẽ ꝛ immaculatã per omnimodã puritatẽ. Et hoc tercio concludit intentuz dicens: Ita ꝛ viri debent diligere vxores ſuas vt corpora ſua.

Lectio nona.

Qui ſuam vxorem diligit ſeipm diligit. Nemo enim vnq̃ carnem ſuã odio habuit ſed nutrit ꝛ fouet eam ſicut ꝛ xp̃s eccleſiam. quia membra ſumus corpis eius de carne eius ꝛ de oſſibus eius

Supra induxit viros ad dilectionẽ vxorum ex parte xp̃i vel exemplo dilectiõis quam habꝫ xp̃s ad eccleſiã: hic oſtendit idem ex parte ipiuſmet viri. Et facit duo. Primo ponit rationẽ. Secũdo confirmat eam per exemplũ. ibi. Sicut ꝛ xp̃us ꝛc. Ratio eſt talis. Vir ꝛ mulier ſunt quoddãmodo vnũ. vnde ſicut caro ſubdit anime ita mulier viro. ſed nullus vnq̃ habuit carnẽ ſuam odio. ergo nec vxorẽ. Dicit ergo. Qui ſuã vxorẽ diligit ſeipm diligit. Math. 19. Itaq̃ non ſunt duo ſed vna caro. Et ideo ſicut peccaret contra naturã qui ſeipm odio haberet: ita qui vxorẽ. Eccl. 25°. In tribus beneplacitũ eſt ſpiritui meo que ſunt ꝓbata cozã deo ꝛ hominibus. cõcordia fratrum. amoz proximoꝝ. ꝛ vir ꝛ mulier bene ſibi ꝓſentientes. Qui autẽ ſic debeant diligere probat dicens: Quia nemo carnẽ ſuam vnq̃ odio habuit. qõ patet ꝑ effectũ quia ꝓbatio dilectiõis exhibitio eſt operis. Nam id qõ ꝓ viribus cõſeruamus diligimus. ſed quilibet nutrit ꝛ fouet carnẽ ſuam ꝓpter conſeruationẽ. 1ᵉ. tymoth. vlti. Habentes autẽ alimẽta ꝛ quibus tegamur ꝛc. Sed contra. Luce. 14. Qui nõ odit vxorem ꝛc. nõ poteſt meus eſſe diſcipulus. Reſpondeo. Dicendũ eſt ꝙ vt apoſtolus dicit: ſic homo vxorẽ debet diligere ſicut ſe. ſe autem debet homo diligere infra deũ. ſic ergo vxorẽ debet diligere ſcz infra deuz. Dicit autẽ qui non odit vxorem nõ quia ꝓcipiat eam odire quod eſſet peccatũ mortale ꝓcipere: ſed ꝓcipit eam ita vt ſe diligere. nũc aũt minoꝛ dilectio eſt quaſi quoddã odiũ reſpectu eius quod ſũme ꝛ plus diligit. ſcz reſpectu dei. ita nemo carnem ſuã odit ꝛc. Sed cõtra. Qui diligit aliquẽ non vult nec appetit ab eo ſeparari. ſed ſancti volunt a carne ſeparari. Roñ. 7. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Phil. 1. Deſideriũ habẽs diſſolui ꝛc. Preterea nullus affligit quod diligit: ſed ſancti affligũt carnẽ ſuam in hoc mũdo. 1ᵉ. cozinth. 9. Caſtigo corpus meũ ꝛc. Preterea quidã occidunt ſe ſicut auctoritates ſupra inducte. Infelix ꝛc. Item deſideriũ habens ꝛc. vel conſimiles. Vel illud qõ volumus eſt bonũ non vt finis ſed diſponens ad finem ſicut ſunt habitus virtutũ. hoc autem bonuz impediẽt per carnis laſciuiã. Et ideo ſancti affligũt ꝛ macerant carnẽ ſuam vt ſubdaꝫ ſpiritui ad repreſſionẽ concupiſcentiaꝝ quia caro ꝛcupiſcit impediens acquiſitionẽ virtutũ nos diſponentiũ ad bonũ vltimũ. Et ideo qui ſic affligit carnem ſuam vt ſubdaꝫ ſpiritui non odit eam ſed procurat bonũ eius quia bonũ eius eſt ꝙ ſubijciaꝫ ſpiritui. ſicut bonũ hominis eſt ꝙ ſubijciaꝫ deo. ps. Mihi autẽ adherere deo bonũ eſt. Et ſic intelligit. Caſtigo corpus meũ ꝛc. ꝛ ꝓſimiles. vnde hoc nõ oportebat fieri in ſtatu innocẽtie quãdiu homo ſubditus fuit deo ꝛ caro totaliter ſubdita fuit ſpiritui. in qua quidẽ mutua ſubiectõe conſiſtebat bonũ originalis iuſticie. Sed aliquando illud quod volumus eſt maluz. ꝛ ideo ſicut boni carnẽ affligunt vel

deponere volunt inquantū impeditiua est boni quod appetūt: ita mali inquantū caro est impeditiua mali quod appetunt eam occidūt ꝛ se suspendūt sicut iudas. ¶ Deinde ostēdit q̄ virū oportet vxorē diligere. ꝛ hoc per exēplū. Unde dicit. Sicut ꝛ xp̄s ecclesiā scz dilexit sicut aliq̄d sui quia mēbra sumus corpis. supra. 4. Sumus enim inuicē membra. Dicit autē de carne eius propter eandē participationē nature. Luce. vlti. Spiritus autē carnē ꝛ ossa non habet ꝛc. Vel dicit de carne mystice quantuz ad debiles qui sunt carnei. ꝛ de ossibus eius quantū ad fortes qui sunt ossei.

Lectio decima.

p Ropter hoc relinquet homo patrē et matrem suam ꝛ adherebit vxori sue: ꝛ erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnū est. Ego autē dico in xp̄o ꝛ in ecclesia: Verūtamē ꝛ vos singuli vnusquisq; vxorem suam sicut seipsuz diligat: vxor autē timeat virū suum.

Supra exhortat⁹ est apostolus ephesios ad amorē vxorū dupliciter scz exemplo dilectiōis xp̄i ad ecclesiā. item ex amore hominis ad seipm: hic tercio hortat eos per auctoritatē scripture. Et circa hoc tria facit. Primo auctoritatē inducit. Secūdo eam mystice exponit ibi. Sacramentū hoc ꝛc. Tercio adaptat eam scōm litteralē sensū ad propositū suū. ibi. Verūtamen ꝛ vos ꝛc. Auctoritas hec dicit. Gen. 2°. Dicta ab adam vidente vxorē scz de costa sua formatā. Sed ꝓtra dicit Mat. 19. q̄ deus hoc dixit. Respondeo. Adam vt a deo inspiratus hoc dixit: deus autē vt adam inspirans ꝛ docens. Nos autez hoc idem dicimus ꝛ multa alia que dicit domin⁹ spiritu dei docente. Unde dicit. Mathei. 10. Non enim vos estis qui loquimini ꝛc. ¶ Notandū hic est q̄ in predicta auctoritate tripler ꝓiunctio viri ad mulierē designat. Prima per affectū dilectionis qz est tantus affectus vtriusq; vt patres relinquāt. 2. Esdre. 9. Diligit homo vxorem suam magis q̄ patrem ꝛ multi dementes facti sunt propter vxores suas ꝛc. ibi multa. Hoc autem naturale est quia appetitus naturalis est cōcors debite actiōi. Constat autē q̄ omnibus agentibus superioribus inest appetitus vt propinēt ꝛ cōcent inferioribus. Et ideo amor naturalis inest eis versus inferiora. Et quia homo respectu patris ꝛ matris est inferior non superior. ideo ad vxorem cuius est superior ꝛ ad filios naturaliter plus afficitur q̄ ad parentes. ꝛ etiam quia vxor sibi coniūgitur ad actum generatiōis. ¶ Secunda coniūctio est per cōuersationē. Unde dicit. Et adherebit vxori sue ꝛc. Eccl. 25 In tribus beneplacitū est spiritui meo ꝛc. ¶ Tercia est per carnalē coniunctionē ibi. Et erunt duo in carne vna id est in carnali opere. In qualibet enim generatione est virtus actiua ꝛ passiua. sed in plantis vtraq; est in eodē. in perfectis autē distinguūtur. Et ideo in actu generationis ita se habēt masculus ꝛ femina in animalibus sicut in plantis toto corpore. ¶ Consequēter exponit eaz mystice ꝛ dicit sacramentū hoc magnū est. id est sacre rei signū scilicet coniūctionis xp̄i ꝛ ecclesie. Sapientie. 6°. Non abscondā a vobis sacramentū dei. ¶ Notandū est hic q̄ quattuor sacramenta dicunt magna. scilicet baptismus ratiōe effectus quia delet culpam ꝛ aperit ianuam paradisi. Confirmatio ratiōe ministerij. quia solū a pontificibus ꝛ non ab alijs confert. Eucharistia ratiōe continentie quia totum xp̄m continet. Item matrimoniū ratione significatiōis quia significat coniūctionem xp̄i ꝛ ecclesie. Et ideo si mystice exponat debet sic exponi littera precedens. propter hoc relinquet homo patrez ꝛ matrem scilicet in sempiternuz. Reliquit inquā patrem inquantū est missus in mundū ꝛ incarnatus. Joh. 16. Exiui a patre ꝛ veni in mundū ꝛc. Et matrē scilicz synagogam. Jere. 12. Reliqui domū meam ꝛ dimisi hereditatem meā ꝛc. Et adherebit vxori sue ecclesie. Math. vltimo. Ecce vobiscū sum omnibus diebus ꝛc. ¶ Consequenter argumentat scōm sensum litteralez exponendo predictū exemplum. Quedam enim sunt in sacra scriptura veteris testamenti: que tantum dicūtur de xp̄o sicut illud. ps. Foderunt manus meas ꝛc. et illud Esaie. 7°. Ecce virgo concipiet ꝛc. Quedam vero de xp̄o et alijs exponi possunt. sed de xp̄o principaliter. de alijs vero in figura xp̄i sicut predictū exemplum. Et ideo primo exponendum est de xp̄o ꝛ postea de alijs. Et ideo dicit. Verumtamen ꝛ vos singuli vnusquisq; vxorē suam diligat Quasi dicat. De xp̄o dicitur principaliter tamē impletum est in alijs ꝛ si figuraliter in figura xp̄i. Dicit autez Sicut semetipm: quia sicut vnusquisq; se diligit in ordine ad deum: ita debet vxorē diligere non inquantū trahit ad peccatū. Luce. 14°. Si quis venit ad me ꝛ non odit patrem ꝛ matrē ꝛ vxorem suaz ꝛc. ¶ Sequit. Non potest meus esse discipulus. Sed quid de vxore? vxor autē virum timeat. scz timore ꝛ reuerentie ꝛ subiectiōis quia debet ei esse subiecta.

Capitulum sextum.

f Lij obedite parentibus vestris in domino. Hoc enim iustum est Honora patrem tuum ꝛ matrem tuam quod est mandatuz primū in promissione vt bene sit tibi ꝛ sis longeuꝰ super terram. Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina ꝛ correctione dñi.

Supra monuit virum ꝛ vxorem que est vna connexio familie: hic monet patrem ꝛ filios que est secūda connexio domus Et primo facit monitionē quomodo filij se debeant habere ad parentes. Secundo quomodo econuerso patres ad filios ibi. Nolite ꝛc. Prima in duas. Primo proponit monitionē. Secundo ostendit rationem. ibi. Hoc enim est iustū ꝛc. Dicit ergo. Filij obedite ꝛc. Notandum est hic q̄ patres debent naturaliter instruere filios moribus: filij autem instruentibus parentibus naturaliter debent eis obedire. Col. 3°. Filij obedite satis cet patribus per omnia. hoc est enim beneplacitū domino ꝛc. Dicit autem in domino: quia non est obediendus parentibus nec alicui in his que sunt contra deū. Act. 5°. Obedire oportet deo magis q̄ hominibus. Et per hoc soluitur auctoritas modo allegata. Luce. 14°. Si quis venit ad me ꝛ non odit patrem ꝛc. quia hoc intelligitur inquantū sunt contra deum. Ratiōē autem assignat ex duobus scilicet ex iusticia ꝛ vtilitate. q̄ autez sit iustum patet ac probatur. quia lex diuina nihil mandat nisi iustum. ps. Justicie domini ꝛc. Sed hoc mādat lex diuina. Exodi. 20°. ꝛ Deutrono. 5°. Honora patrem tuum ꝛ matrem tuam ꝛc. Eccl. 3°. Qui timet deum honorat patrem ꝛc. Honor autem importat exhibitionem reuerentie his qui supra nos sunt. Sed quia parentes habemus supra nos vtitur nomine honoris. Dicit ergo. Hoc enim iustum est. Honora patrem tuum et matrem ꝛc. Eccles. 3°. Qui honorat patrem suum vita vi-
uet longioze Item qui obedit patri refrigerabit matrez. Et hoc intelligit̄ tripliciter q̄ filij debēt parentes honorare. qz debent eis reuerentiam sicut maioziḃ: obedientiam sicut instructoziḃ: sustentamenta sicut nutrientiḃ cum fortes erant. ¶ Deinde assignat dignitatē huius p̄cepti dicens. Quod est mandatū p̄mū. Contra. imo mādatum primū est q̄ est colendus vnus deus. Respōdeo Mandata continent in duabus tabulis. Prima continet ea que ordinant ad deum. Secunda ea que ad proximū. ꝛ in hac secunda p̄mum mandatū est de honoze parentum. Et hoc duplici de causa. Primo qz in illa secūda tabula nullum est p̄ceptū affirmatiuū nisi istud. qz naturale est nobis vt parentibus seruiamus. non aūt sic alis proximis. ideo nullum aliud affirmatiuū. Sed natura dictat vt nō inferat homo ꝓximis nocumentū. ꝛ ideo ꝓhibet. quia ergo primū plus et ꝓs habet de debitoze ideo primū. Secundo qz deus honorandus est sicut p̄ncipium nostri esse. ꝛ quia parentes sunt etiam p̄ncipium nostri esse. quia vt dicit sexto ethicorum. Tria habemus a parentibꝰ: scz esse: viuere: ꝛ disciplinā. ideo cōuenies est vt post mandata ordinata ad deum p̄mum esset ordinatum ad parentes. Vel p̄mum quo ad p̄missionē: quia isti soli addit p̄missio. Et huius est duplex ratio. Una ē qz homines in alijs que agunt qu erunt, vtilitatē ꝓpriā. ꝛ qz a parentibus iam sensibus nullam expectant vtilitatem nisi a deo ꝓuenientem. Secunda ratio est ne aliqs credat q̄ honoratio parentū nō sit meritoria. qz naturalis est. ideo addit vt sis longeuus super terram. In veteri autez testamento ꝓmittebant̄ p̄missiones temporales: quia populus ille paruul⁹ erat. ideo gratiose instruendus sub pedagogo sicut paruulus. Tamē in illis paruis munusculis populum illum parū docentibus figurabant̄ magna bona scz spiritualia. Et ꝛ̄ potest hoc referri ꝛ̄m sensum litteralem ad bona temporalia. Et sic dicit in p̄missione vt bene sit tibi id est vt bonis p̄missis abundes. Nam qui gratus est in minoribus beneficijs: mereꝫ maioza recipere: maxima autē beneficia habemus a parentibus scz esse nutrimentū ꝛ disciplinaz. Quādo ergo quis gratus est his: fit dignus vt maioza recipiat. Et ideo dicit. Vt bene sit tibi. qz vt dicit. 1. Ti. 4. Pietas ad oīa vtilis est ꝓmissionē habens vite que nunc est ꝛ future. Et ideo addit: Vt sis longeuus super terrā: q̄si supra gradꝰ vite quā habes a parentibꝰ. ꝓuer. 3. Longitudo dierū in dextera eiꝰ ꝛ ī sinistra illiꝰ diuitie ꝛ gl̄ia. Sz contra. Multi deuoti parentibus cito moriunt. Et ideo sciendū q̄ hec temporalia nō sunt bona absolute: nisi inquātū ordinata ad spūalia. ꝛ tō intantū hoī bona in q̄tuz q̄ ea iuuāt ad spūalia. Un fortuna non est dicenda bona si est impediens a virtute. Et ideo longitudo vite intantum est bona in q̄tum ad seruitis dei ē ordinata. Et ideo q̄q; subtrahit ne impediat Sap̄. 4. Raptus est ne malicia mutaret intellectum eius. Vel potest referri ad sensum spiritualē vt sis logenus in terra viuentiū. ps. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: ꝓpter nomem tuum domine viuificabis me. ¶ Consequenter instructis filijs instruunt parentes. Circa quod duo facit. Primo ponit vnum ꝓhibitiuū. Secundo aliud inductiuum ibi. Sed educate eos ꝛc. Dicit ergo. Et vos patres nolite ꝓuocare filios vestros ad iracundiam: nō q̄ in omnibus assentiatis voluntati eorum. Ubi notandum est q̄ alius est p̄ncipatus patris ad filium ꝛ domini ad seruū. qz dñs vtit̄ seruo suo ad vtilitatē ꝓpriā. ſz pater vtitur filio ad vtilitatē filij. Et ideo est necesse q̄ patres instruant filios ꝓpter vtilitatē suam non tamen nimis arcendo aut subijciendo. Et ideo dicit Col. 3. Patres nolite ad indignatioz ꝓuocare filios vestros vt scz nō pusillo animo fiant. qz talis ꝓuocatio nō animat ad bonum. Quomodo ergo subdit. Sed educate illos in disciplina scz verboziz et correctione scilicet verboꝝ id est corripite eos et educate vt seruiant domino. Vel in disciplina eos ad bonuz inducendo. et correccione a malis retrahendo.

Lectio secunda.

s Erui obedite dominis carnalibꝰ cū timoze ꝛ tremoze i simplicitate cordis vr̄i sicut xp̄o: nō ad oculuz seruientes: quasi hominibus placentes: sed vt serui christi facientes voluntatez dei ex animo cum bona voluntate seruientes sicut domino ꝛ non hominibus: scientes quoniā vnusquisq; quodcūq; fecerit bonuz: hoc recipiet a domino siue seruus siue liber. Et vos domini eadem facite illis remittentes minas: scientes quia ꝛ illorum ꝛ vester dominus est in celis. ꝛ personarū acceptio nō est apud deum.

Instructis duabus connexionibus scilicet viri ꝛ mulieris patris et filij: hic instruit connexionem serui ad dominum. Et circa hoc facit duo. Primo instruit seruum. Secundo dominum ibi. Et vos domini. ꝛc. Iterum prima in tres. Primo enim ponit monitionem. Secundo exponit eam ibi. Non ad oculum seruientes ꝛc. Tertio ostendit retributionem ibi. Scientes quoniā vnusquisq; ꝛc. Iterum prima in tres. Quia primo monet ad obedientiam. Secundo ad reuerentiam. Tertio ad cordis simplicitatem. Secūda ibi. Cum omni timore ꝛc. Tertia ibi. In simplicitate ꝛc. Monet ergo eos ad obediētiaz ex imperio domini. Unde dicit. Serui obedite dominis carnalibus. Monet eos ad reuerentiā dicens. Cum omni timore. Malach. 1. Si ego dominus vbi est timor meus? Item cum tremore exterius. ps. Seruite domino in timore. ꝛc. Item in simplicitate. Sap̄. 1. In simplicitate cordis vestri ꝛc. Luc. 12. Fidelis seruus ꝛc. Job 1. Munquid considerasti seruum meum Job. ꝛc. Et paulo post. Uir simplex ꝛc. Sic enim seruiendum est christo Unde dicit. Sicut christo. Sap̄. 1. In simplicitate cordis querite illum. 1. Paral. 29. Domine deus in simplicitate cordis mei letus obtuli vniuersa. Dicit etiaz. Sicut christo. quia a domino christo est q̄ domin⁹ aliquid possit. Ro. 13. Qui potestati resistit: dei ordinationi resistit. Et ideo seruiendum est eis sicut christo. In his que non sunt contra fidem nec contra ipsum. Exponit autez In simplicitate. ꝛ primo remouet quod simplicitati contrariatur. Secundo docet modum conuenientē ibi. Facientes voluntatem dei ꝛc. Contrarium autem simplicitatis est q̄ seruus habeat oculum ad dominum ꝛ non ad complacentiam domini. Talis enim seruus non habet simplicitatem ꝛ rectam intentionem. Et ideo hoc ꝓhibet dicens: Non ad oculum seruientes scilicet domino ꝓpter lucrum temporale tantum quasi hominibus placentes id est complacere volētes. Gal. 1. Si adhuc hominibus placerē: christi seruus non essem. Sed vt serui christi. Colosseñ. 3. Domino christo seruite. Et quomodo? Facientes voluntatem dei. scilicet implendo man-

data eius' opere. ps̄. Facientes verbum illius sicut xp̄us Jo. 6. Descendi de celo. non vt facerē voluntatē meā: sed voluntatem eius q̄ misit me. Hec est enī volūtas eius q̄ misit me: sc̄z vt obediam hominibus ꝓpter deuz Et ideo dicit. Sicut serui xp̄i. ⁊ sicut seruientes dño non hominibus sc̄z nō ꝓpter se sed ꝓpter dominū. Quō? Exaīo. Col. 3. Quodcūq; facitis ex animo operamini sicut dño ⁊ nō hominibus. Item cum bona voluntate ⁊ recta intētione Col. 4. Stetis pfecti ⁊ pleni in oīi volūtate dei. ¶ Deinde subūgit remunerationē dicens. Scientes q̄ a domino rc. 1. Jo. 5. Scripsi vobis vt sciatis rc. Hi vnus quisq; siue ieruus siue liber sine ꝓsonarum acceptione. Non enī est ꝓsonarum acceptio apud deum Hal. 3. Non est seruus neq; liber: non est masculus neq; femina oēs enī vos vnū estis ī xp̄o iesu. Act. 10. In veritate cōperi quoniā non est personā acceptor deus. sed in oīi gente qui timent deum ⁊ operatur iusticiam rc. Ecc. 9. Quodcūq; potest facere man⁹ tua instanter operare rē ¶ Percipiet a dño ꝓ remuneratiōe. Col. 3. Sciētes q̄ a domino accipient retributionez hereditat⁊. ¶ Deinde cum dicit. Et vos dñi. rc. instruit domnios ⁊ facit duo. Primo ponit monitionē. Secūdo subdit rōem ibi. Scientes q̄z et illorum rc. Dicit ergo. Et vos domini eadez faciatis. eadem sc̄z idemptitate ꝓportionis. vt sicut illi ex animo ⁊ bona volūtate: ita ⁊ vos faciatis Ecc. 33. Si est tibi aliquis seruus fidelis: sit tibi sicut anima tua. Remittentes minas non soluz verba vel flagella. Et quare Rationē subdit dicēs. Scientes q̄z ⁊ illorū ⁊ vester dominus est in celis. Nam idē dñs omnū. Ro. 10. Quasi dicat. conserui estis. ⁊ ideo debetis vos bene habere ad eos Matth. 18. Oportuit ⁊ te misereri ꝓserui tui. Non est personā acceptio apud deum. Ro. 2. Idem dicitur Luc. 20. Hō accipis ꝓsonā hoīm Act. 10. idem.

Lectio tertia.

Ecetero fratres ꝓfortamini in domino ⁊ in potentia virtutis eius. Induite vos armaturā dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. q̄m nō est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinem: sed aduersus principes ⁊ potestates. aduersus mundi rectores tenebrarum harum contra spiritualia nequitie in celestibus.

Supra posuit ap̄lus multa p̄cepta generalia ⁊ specialia ad destruendā vetustatem peccati ⁊ induendā nouitatē gratie: hic oñdit qua virtute debent vti ad precepta hec implenda: q̄z fiducia auxilij diuini. Circa q̄d duo facit. Primo ponit monitionē. Secundo in speciali explicat eam ibi. Quia non est nobis colluctatio rc. Prima in duas. q̄z ꝑmo ostendit de quo debemus cōsidere sicut de interiori. Secundo ostendit de quo debemus confidere sicut de exteriori ibi. Induite vos rc. Illud autē interiꝰ de q̄ debemus cōsidere est auxiliū diuinū. Et ideo dicit. Decetero fratres confortamini Jere. 17. Benedict⁹ vir qui cōfidit in domino ⁊ erit domin⁹ fiducia eius rc. Duplici autē ratione confidit quis de aliquo. Una est q̄z ad eū ꝓtinet sua defensio. Alia est q̄z potens est ⁊ paratꝰ est euz defendere. Et hec duo sunt in deo respectu creature sue. q̄z cura est deo de vobis vt dicit. 1. Pe. vltio. Oēm sollicitudinē vr̄am ꝓijcientes in eū. q̄m ipsi cura est de vobis. Jē ipse potēs ē ⁊ prompt⁹ auxiliari. Et tō dicit. Decetero fratres rc. Quasi dicat. Postq̄ vos instruxi confortamini non in vobis sed in domino qui curam habet de vobis. ps̄. Mihi autē adherere deo bonū est rc. Eſa. 35. Dicite pusillanimes confortamini rc. Jere. 20. Domin⁹ mecuz est tanq̄ bellator fortis. ideirco qui me persequuntur cadent rc. Et in potentia rc. Luc. 1. Quia potens est. Et licet in deo virtus ⁊ potētia sint idem. tñ q̄z virtus est vltimū de potentia ⁊ quasi perfectio potentie. ideo dicit. In potentia virtutis eius id est in potētia virtuosa Phil. 4. Omnia possum in eo qui me confortat Job. 17. Pone me iuxta te ⁊ cuiusuis man⁹ pugnet contra me. Sed posset dici. si deus potest ⁊ vult debem⁹ esse securi. Ideo respondens dicit q̄ nō: imo debet quilibet facere q̄d in se est. q̄z si inermis iret ad bellum quantūcūq; rex protegeret eum esset in periculo. Et ideo dicit Induite vos armaturā dei id ē dona ⁊ virtutes. Ro. 13. Abijciamus ergo opera tenebrar̄ ⁊ induamur armaturis rc. Col. 3. Induite vos ergo sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie benignitatē: humilitatē: modestiam rc. q̄z ꝓ virtutes homo ꝓtegit̄ contra vitia. Et contra q̄z domin⁹ est rex ita potens q̄ nullus potest eus impugnare. Respondeo. verū est ꝓ violentiam: sed ꝓ insidias ⁊ fallaciam impugnat eum diabolus in membris suis non in se. q̄z vt dicit Ecc. 11. Multe sunt insidie dolosi rc. Et ideo subdit. Vt possitis stare contra insidias diaboli. 1. Pe. 5. Dobzij estote ⁊ vigilate rc. ps̄. Insidiatur in abscondito quasi leo rc. ¶ Consequēter cum dicit. Quia nō est nobis colluctatio rc. explicat in speciali monitionem. Et ꝑmo de insidijs inimicoꝝ. Secundo de armatura sumenda ibi. Preterea accipite rc. Tertio de fiducia xp̄i habenda ibi. Per oīm orationes. rc. Describit autē insidias: q̄z quando alic⁹ hostis imminet sibi debilis: stultus: ⁊ huiusmodi non est multum cauendus nec timendus de eo. Sed quādo est potens: nequā: ⁊ callidus tunc est timēdus. Hec tria sunt in diabolo. Primo q̄z nō est debilis. Et ꝓpter hoc dicit q̄ nō est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē rc. Per carnē ⁊ sanguinem intelligunt duo vitia carnis. 1. Corin. 15. Caro ⁊ sanguis regnum dei non possidebunt. Et homines carnales. Hal. 1. Continuo nō acquieui carni ⁊ sanguini id est hominibus carnalib⁹. Dicit ergo. Non est nobis colluctatio rc. q̄d videt esse falsuz qualitercūq; accipiat: q̄z vt dicit Hal. 5. Caro concupiscit aduersus spūm rc. ps̄. Multi qui psequunt me. Respondeo dupliciter. Primo vt dicamus. Non est nobis colluctatio aduersus rc. sup ple tñ q̄n etiā aduersus diabolū. Vel q̄z actio q̄ instrumento attribuit est ꝓncipaliter agētis. Et sic accipit illō. Ro. 9. Non est volentis neq; currentis: sed miserentis dei. Quasi dicat. q̄ vultis aliq̄d vel facitis a vobis nō ē. sz aliunde sc̄z a deo. sic hic. Non est nobis colluctatio. rc. id est q̄ nos impugnent sc̄z caro et sanguis hoc non est eozum ꝓncipaliter: sed a superiore mouente sc̄z a diabolo. ¶ Consequēter describit a potentia: q̄z aduersus ꝓncipes et potestates tenebraꝝ hanc Jo. 14. Venit enī ꝓnceps huiꝰ mūdi rc. Dicit aūt ꝓnceps mūdi nō creatiōe: sed imitatione mūdanoꝝ. Jo. 1. Et mūdus eū nō cognouit id ē ꝓncipes mūdani. Vel dicit ꝓnceps q̄si ꝓmatū capiens. Eā ꝓncipes q̄si ꝓmi duces ad aliq̄d. ps̄. Principes cōuncti psallentib⁹ Sen. 23. Princeps dei es apud nos. Ad potestatem autē ꝓtinet iusticiam exercere. Instātum ergo aliq̄ demones inducunt aliquos ad rebellandum deo dicunt ꝓncipes. inquantū vero habent potestatem puniendi illos qui eis subijciunt dicunt potestates Luc. 22. Hec est hora vestra ⁊ potestas tenebrarum rc. Si cū ex ordinib⁹ oīmbus ceciderint aliq̄ quare mētionem facit ap̄lus de illis duobus ordinib⁹ denominans demones. Respondeo. Jn nomibus ordinuz sunt tria. Jn quibusdam enī importatur ordo ad deuz. in quibus dam vero potestas. in quibuscdā vero dei ministerinz. in nominib⁹ enī cherubin ⁊ seraphin ⁊ thronoꝝ importat conuersio ad deum. Demones autē auersi sunt a deo. et ideo eis non competūt hec nomina. Item quedā nomīa important ordinē ad ministeriū dei sicut angeli ⁊ archāgeli. ⁊ ista etiā noīa non competunt demonibus nisi cuz adiuncto sc̄z sathane. Tertio etiam q̄z virtutes et dignationes important ordinē ad seruitiū dei. ideo eis non cōueniunt hec nomina. sed tñ ista duo q̄ cōmunia sunt bonis ⁊ malis sc̄z ꝓncipatus ⁊ potestates. Sunt ergo ⁊ potentes ⁊ magni. ideo habent magnū exercitū contra quē habemus pugnare aduersus mundi rectores tenebrarū harum sc̄z peccatoz̄. supza. 5. Eratis enī aliquādo tenebre rc. q̄z quicq̄d est tenebrosum totuz est de ordine istorum ⁊ subiectū eis. Hosea. Mali homīes sunt equi: diaboli equites. ergo occidamus ⁊ equos possideam⁹ Jo. 1 Et tenebre eum non cōprehenderunt. ¶ Sunt etiā astuti: q̄z contra spūalia nequitie id est cōtra spūales neq̄tias emphatice loquendo p q̄d intelligit plenitudo nequitie Dicit autē spūalia nequitie q̄z quanto est altior ꝼm naturam tanto quādo conuertit ad malum est peioz ⁊ nequioz. Unde p̄bus dicit q̄ homo malus est pessim⁹ animalium. Et ideo dicit. spūalia nequitie. q̄z spūales ⁊ neq̄ssimi sunt. Et dicit in celestibus duplici de causa. Uel vt oñdat virtutē ⁊ auanthagiū quā tangit ſupandi nos. q̄z nos in tra: ipsi aūt ī alto sc̄z ī aere isto caliginoso, ⁊ iō habent partem meliorē Luc. 8. Volucres celi comederunt illud. Uel dicit in celestibus. q̄z ꝓ celestibus est ista pugna ⁊ hoc debet animare nos ad pugnā.

Lectio quarta.

Ropterea accipite armaturaz dei vt possitis resistere in die malo: ⁊ in omnibus perfecte stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: ⁊ induti loricam iusticie ⁊ calciati pedes in ꝓparationem euangelij pacis. Jn omnib⁹ sumentes scutum fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: ⁊ galeam salutis assumite; ⁊ gladium spūs quod est verbum dei.

Supra exposuit ap̄lus q̄d dictū ē ō insidijs diaboli: hic monet nos de armatura sumēda. Et circa hoc facit duo Primo concludit ex premissis armature necessitatem. Secūdo armoꝝ diuersitatē describit ibi. State ergo rc Dicit ergo. habetis hostes malos nequissimos ⁊ potentes ⁊ ꝓ re ardua pugnantes. q̄z ꝓ celestibus: propterea accipite armaturā dei id est armemini spūalibus armis. 2. Corin. 10. Arma militie nr̄e nō sunt carnalia: sz potentia deo ad destructionē munitionū rc. Et hoc vt possitis resistere. 1. Pe. 5. Cui resistite fortes in fide. rc. Jac. 4. Resistite diabolo ⁊ fugiet a vob. Quātomagis eī ei cedit tanto plus insecat. ¶ Jn die malo. Et hoc ꝓpter mala q̄ in die fiunt. supza. 5. Redimentes tēpus q̄m dies mali sunt. Ecc. 7. Diem malam precaue rc. Item accipite non solum ad resistendū: sed etiam ad ꝓficiendū. Et in omnibus pfecti state id est in aduersis ⁊ prosperis ĩmobiliter state. Jac. 1. Sitis pfecti in nullo deficientes. Deboc. 3. Pe. 1. Perfecti sperate in eam que offert vobis gratiam rc. Sed nunq̄d oēs debent perfecti esse. Respondeo. duplex est pfectio. Una sufficientie quā habet hō ꝼm q̄ est necessariū ad salutē sicut illō. Diliges dñm deum tuum ex toto corde tuo. quasi dicat. Et nihil sit in corde tuo quod sit contra deuz. Et hoc est de necessitate salutis. Jac. 1. Ut sitis pfecti ⁊ integri in nullo deficientes rc. Alia est perfectio totalis abundātie q̄ est pfectio patrie que est consumata gloria in hoc q̄ pfectus totalit̄ inhereat deo. Matth. 22. In resurrectione neq; nubent neq; nubent: sed sunt sicut angeli dei in celo. Et de hac loq̄bat ap̄lus Phil. 3. Nō q̄ iam acceperim aut q̄ iam pfectus sim. Et paulopost. Fratres ego non arbitroz me comprehendisse. Alia est media sc̄z cōsiliꝝ qua homo nititur se abstrahere ab his ⁊ ire ad illas. ¶ Deinde cū dicit. State ergo rc. Describit diuersitatē armoꝝ. Est aūt triplex genus spūalium armoꝝ ad similitudinē corporalium. quozum quedam sunt similia indumento ad tegendum. quedā vero ad ꝓtegendum: ⁊ quedā ad impugnādum. Indumēto autē tria sunt necessaria. Primo q̄ cingatur. Et quātū ad hoc dicit. State ergo succincti lumbos vestros rc. Sed prius induit se homo q̄ se cingat. Apostolus autē accipit hec ꝼm ordinē armature spūalis Jn bello autē spūali ꝑius est necesse cōcupiscenti as carnis restringere sicut vicin⁹ hostis est p̄us vincend⁹. hoc autē fit p restrictionem lumboꝝ in quib⁹ viget luxuria q̄ fit p temperantiā que gule ⁊ luxurie contrariat̄ Luc. 12. Sint lumbi vestri precincti rc. Job. 38. Accinge sicut vir lumbos tuos. rc. Sed in veritate id ē in rectitudine intentionis non simulate. Alia lr̄a habet in charitate. 1. Cor. vltimo. Oīa vestra in charitate fiant. Secundo monet vincere cupiditates rerum. Duplex autez inuenit armatura contra eas: sc̄z iusticia ⁊ abrenūciatio rerum temporaliū. Et ideo ꝓmo ꝓcepit vt eas non iniuste vsurpem⁹ q̄ facit iusticia. Et ideo dicit. Induite loricam iusticie sc̄z p quam homo abstinet a rebus alienis Dicit autē iusticia lorica: q̄z sicut lorica tegit mēbra: ita iusticia virtutes oīes. Sap. 5. Induet p thorace iusticiam ⁊ accipiet p galea iudicium certū. Item vt rerum temporalium curam supfluā deponam⁹. q̄z dum his nimis intendim⁹ nō habem⁹ pedes paratos ad diuina negocia ⁊ mysteria annūcianda. Et ꝓpter hoc dicit. Calciati pedes id est affect⁹ dispositi in ꝓparatione euāgelij pacis. Jn signuz hui⁹ misit ap̄los dñs. Marci. 6. calciatos sandaliis q̄ habent subtus soleas p quod significat eleuatio mentis a terrenis ⁊ apperti sunt superius: p q̄d significat promptitudo ad diuinā sapientiā. Dicit autez pacis. q̄z p euangeliuz pax nobis annūciat. Matth. 10. Jn quācūq; domū intraueritis dicite pax huic domui. Item secundo sunt arma ad ꝓtegendū. Duo autē in nobis sunt ꝓtegenda que sunt principia vite. sc̄z pectus in quo est coz. ⁊ caput in quo est cerebruz. Primo pectoze aūt est scutum. Et ideo dicit. Jn omnib⁹ sumentes scutū fidei. q̄z sicut scutū sup ponit⁹ oīb⁹ armis: ita fides oīmbus aliis virtutib⁹. Alia sunt enī arma virtutū moralium sc̄z temperantie id est succinctio lumboꝝ ⁊ iusticie id ē induitio loricе. sed hoc genus armoꝝ sc̄z scutum est virtutis theologice sc̄z fidei. q̄z sicut p scutū repellit̄ tela: ita p fidem oīa contraria ⁊ habet victoria. Hebr. 11. Sancti p fidem vicerūt regna. Sed p virtutes morales vincim⁹ potestates terrenas. Et ideo ait. Jn q̄ possitis oīa tela ignea nequissimi extinguere. sc̄z diaboli: cuius tela sunt quedā ĩmissiones p angelos malos. Ignea sunt q̄z adurētia prauis ꝑcupiscētijs. ps̄. Succecidit ignis rc. Hec aūt p fidem extinguunt q̄ tēptationes pñtes ⁊ transitorias extinguit p bona spūalia eterna que ꝓmittit sacra scriptura. Unde dominus Matth. 4. diabolo temptanti ꝓijciebat ⁊ opponebat auctoritates sacre scripture. Et sic debem⁹ facere: si temptat de gula ꝼm illud Deut. 8. Non in solo pane viuit homo. Uel illud. Nō est regnū dei esca ⁊ potus. Ro. 14. Si de luxuria Nō mechaberꝭ

Si de furto. Non furtum facies. ⁊ sic de alijs. Dicit aũt scutum fidei. qz sicut ꝓtegit totum pectus: ita fides vebet esse in pectore. Spes autẽ dicit galea. qz sicut galea est in capite: ita caput virtutũ mozaliũ est finis. ⁊ de hoc est spes scz de fine. Et ideo dicit. Et galeaz salutis assumite. ¶Item tertio sunt arma ad pugnandũ. qz non solum sufficit se defendere: sed etiam aduersariũ impugnare. Hoc autẽ sicut fit ꝑ gladium corporaliter: ita ꝑ verbum dei qđ ẽ spũssancti spũaliter. Et ꝓpt̃ hoc dicit. Et gladium spũs quod est verbuz dei scz assumite Deb. 4. Uiuꝰ ẽ ⁊mo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilioz omni gladio ancipiti ptingẽs vsqz ad diuisionẽ aĩe ⁊ spũs. Et predicatio dicitur gladius spũs: qz non penetrat vsqz ad spiritũ nisi ducaĩ a spũssancto. Matth. 10. Non enim vos estis qui loquimini. sed spiritus patris vestri qui loquiĩ in'vobis. Sic ergo habemus arma quibꝰ defendamur a carnalibus hostibus scz a gula ⁊ luxuria qđ fit ꝑ temperantiam ibi. State ergo succincti lumbos vestros ⁊c. Item quibus vincamꝰ cupiditates terrenas scz arma iusticie: que abstinere nos faciunt ab illicitis ibi. Induti loricaz iusticie. Et puritatem affectus seu paupertatẽ q̃ nos retrahit etiam a licitis ibi. Calciati pedes ⁊c. Item habemus arma quibus ꝓtegamur ab erroribꝰ scz arma fidei ibi. In omnibꝰ sumentes scutũ fidei. Et etiam ab hostibus generꝫ humani ibi. Quo scz scuto fidei possitis oĩa tela nequissimi ignea extinguere. Item habemus arma quibus in bonis spũalibus confirmamur scz arma spei. ibi. Et galeã salutis assumite. Galea ponit ĩ capite sicut spes in fine. Nunc autẽ caput virtutũ mozaliũ est ipse finis de quo est spes. Unde nihil est aliud galeaz salutis assumere q̃ spem de vltimo fine habere. Item habemꝰ arma ad impugnandũ ipsos demones scz gladium spũs qđ est verbum dei qđ fit frequenter in sermonibꝰ in quibus verbũ dei penetrans corda peccatoꝝ expellit cõgeriem peccatoꝝ ⁊ demonum.

Lectio quinta.

Er omnẽ oratiõnẽ et obsecrationez
p orantes omni tempore in spiritu ⁊ in ipso vigilantes in oĩ instantia ⁊ obsecratione ꝑ omnibus sanctis ⁊ ꝑ me: vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notum facere mysteriũ euangelij ꝑ quo legatione fungor in catena ista. ita vt in ipso audeam ꝓut oportet me loqui. Ut autẽ ⁊ vos sciatis que circa me sunt qđ agam: oĩa vobis nota faciet tychicus charissimꝰ frater ⁊ fidelis minister in dño: quẽ misi ad vos in hocipsuz vt cognoscatis que circa nos sunt ⁊ consolentur corda vestra. Pax fratribus ⁊ charitas cũ fide a deo pr̃e nostro ⁊ domino iesu christo. Gratia cũ omnibus qui diligunt dñm nr̃m iesum xp̃m in incorruptione Amen.

Supza posuit aplus que dixerat de insidijs ⁊ armaturis: hic exponit illud de cõfirmatione ⁊ confortatione in potentia dei ⁊ hoc fit ꝑ oratiõnẽ dei sup auxilio diuino. Facit autẽ tria primo monet eos ad orandum ꝑ seipsis. Secundo ꝑ alijs. Tertio ꝑ ipsomet aplo. ¶Circa primum ponit septem cõditiones orationis. ꝓmo q̃ debet esse perfecta. Unde dicit. Omnẽ oratiõnẽ qđ fit cuz in omnibus recurrit quis ad oratiõnẽ vel orat ꝓ oĩi bono. Secũdo q̃ sit humilis nõ ꝓsumptuosa. ps. Respexit in oratione humiliũ ⁊c. Uõ sit qñ homo non putat se exaudiri ꝓpter merita sua scz ꝓpter misericordiã diuinã Et ideo dicit. Obsetratiõnẽ sed ꝑ sacre rei acceptionez. Phil. 4. In omni oratione ⁊ obsecratione cũ gratiarũ actione petitiones vestre innotescant apud deũ. Tertio q̃ sit continua ibi. Oĩi tempore. 1. thessal. 5. Sine intermissione orate. in omnibꝰ gratias agite. ps. Benedicam dominũ in omni tempore scz statuto. Quarto q̃ sit deuota. qz in spiritu. 1. cozin. 14. Psallã spũ psallam et mente id est non vt vagus. Quinto q̃ sit vigilans ibi. Uigilantes. 1. Pe. 4. Estote prudẽtes ⁊ vigilate in oracionibus. Sexto q̃ sit instans ibi. In oĩi instãtia Ro. 12. Orationi instantes. ⁊c. Septimo caritatiua vsqz fiat ꝑ omnibus alijs sanctis. 1. Ti. 2. Obsecro eñ primũ omniũ fieri obsecrationes orationes postulationes gratiarumactiones ꝑ oĩibꝰ hominibꝰ ⁊c. ¶Deinde vltimo ꝑ se. Et ꝑ me inquit. Ubi tria petit ꝑ se que cuilibet ꝑdicatozi sunt necessaria scz q̃ os aperiat: ⁊ ad predicãdũ se preparet q̃tum in se est: vt detur sibi gratia. Et vt hec tria sibi detur petit vt ozet ꝑ se dicẽs. Ut det mihi sermo in aptione oris mei. Non eñ potero loq̃ nisi qđ dederit mihi dñs. dicebat ille balaã Numeri. 22. Ũi dominus Matth. 10. Non eñ vos estis q̃ loquimini: sed spũs ⁊c. Unde dicit ibidẽ. Dabit eñ vobis in illa hora qđ loq̃mini. Hoc aũt dictũ ꝑmo ponit hic aplus vt det insẽmi bi sermo in apertione oris mei. Col. vlti. Oãtes simul ⁊ ꝑ nobis vt deus aperiat nobis hostiũ sermonis. Et ad qđ paule: Rñdet. vt scz possim cum fiducia notũ facere euangelij mysteriũ ꝑ q̃ legatione fungor in catena. Et hoc est secundũ qđ petit. qz nõ solũ est necessariũ ꝑdicatozi vt det ei sermo in aptione oris seu scia. sz vt ꝑmo nem sibi datũ ꝑdicet audacter ⁊ cum fiducia. Et hoc est qđ dicit. Cũ fiducia ⁊c. Et sic ꝑdicabãt aplꝰ de qbꝰ act. 4. Ut loqbant cum fiducia verbũ dei. Cõmendat autez aplus officiũ ꝑdicationis ab excellẽtia ⁊ altitudine. Eñ dicit. Mysteriũ euangelij. Scdo ostendit q̃ ipso libẽter sustinuit tribulatiõz ⁊ ignominiã. Unde dicit. Ꝓo quo legatione fungoz in catena. De his duobus simul Col. vltimo. Ut deus aperiat nobis hostiũ sermonis ad loquendũ mysteriũ xp̃i. ꝓpter quod ⁊ vinctus sum. Et quia vt dicit Ecc. 20. Ex ore fatui reprobaĩ parabola. nõ eñ dicit eam tempore suo. ideo aplus non solũ petit q̃ det sibi sermo seu ꝑdicandi scientia: sz et gratia loquẽdi cũ fiducia vt scz non desisteret ab incepto ꝑ catenis quibus catenatus erat ab incepto ⁊ cõmisso sibi officio fidu cialiter ⁊ fideliter ꝓsequendo. sed tertio petit vt det sibi temporis seu modi congruentia. quia tempus loquendi ⁊ tempus tacẽdi vt dicit Ecc. 3. Et ideo dicit. Et in ipso audeam ꝓut oportet me loqui ⁊ certe in omnibꝰ modus ⁊ qualitas facit gratum. Et hoc idem petebat apostol Col. vltimo. Ut manifestem illud ita vt oportet me loq̃. quia vt dicit prouer. 15. Sermo oportunus optimus. ¶In fine aũt huius epl̃e aplus statum suũ ephesijs manifestat cũ dicit. Ut aũt vos sciatis ⁊c. Ubi ꝓmo facit qđ dictũ ẽ. Scdo eos more solito salutat ibi. Pax frib⁹ ⁊ qđ In ꝓma ꝓte tria fac̃. Primo ponit status sui manifestatio ibi. Ut aũt vos sciaꝫ ⁊c. Scdo discipli nũciantis, multiplex cõmẽdatio ibi. Tichicus frater meꝰ charissimꝰ ⁊ fidelis ⁊c. Tertio ostẽdit finẽ ꝑ quo eis manifestat statũ suuz: qz est ipsoꝝ consolatio ibi. Et consolẽt corda vestra Dicit ergo vt aũt vos sciatis q̃ circa me sunt. quid agã. oĩa nota vobis faciet ⁊c. Quasi dicat aplus. Ꝓto mysterio euangelij ꝑ quo catenatus sum volo q̃ sciatis q̃ catena ⁊ omnes tribulatiões et oĩa supplicia q̃ in eredito officio inferunt non me angunt: nec cor mutant nec quertunt interius: nec attingũt. sed certe sic ago de istis q̃ oĩa circa me sunt non intra. Et qz nõ possum ire ad ãnunciandũ vobis vtpote catenatus. omnia nota faciet vobis Tichicus frater meus charissimus et fidelis minister in dño. Et ideo secure credatis et de oĩibꝰ Luc. 12. Quis putas est fidelis seruꝰ et prudẽs ⁊c. Et iste certe est talis quez misi ad vos in hocipsum vt cognoscatis que circa nos sunt. Et hec est discipuli cõmendatio. Et ad quid? Et consoleẽt corda vestra. ¶Deinde cum dicit Pax fratribus ⁊c. ponit aplus consuetã salutationẽ. Et aduertendũ est q̃ licet gratia precedat pacem et charitatem mutuã hominũ ad seinuicẽ et ad deum quo ad collationem. qz non est pax impijs dicit dñs. tñ quo ad executionem et gratie et veritatis et charitatis cõseruationem par precedit suo modo. Et ideo ꝓmo optat eis pacem ad seinuicem et charitatẽ ad deum dicens. Pax fratribus et charitas cũ fide. Et qz licz pax et charitas multum faciãt ad gratie conseruationẽ: tamẽ qz semp suppo nunt ipsaz gratiã sine qua haberi nõ possunt. ideo optat eis grãm. Unde dicit. Gratia vobis cuz oĩibꝰ q̃ diligũt dñm nostrũ iesum christum. Amen.

Explicit mirabilis lectura gloriosissimi doctoris sancti Thome de aquino ordinis predicatorum sup epl̃a sanctissimi apl̃i Pauli ad Ephesios.

Incipit deuotissima explanatio eiusdez angelici doctoris sancti Thome aquinatis ordinis fratrũ predicatoꝝ super epl̃a eiusdẽ sanctissimi apl̃i Pauli ad Philippenses.

Prologus

Ystoriũ se
mita quasi lux splendens ⁊c. Prouer. 4. In hac auctoritate describiĩ vita sanctoꝝ ex tribus. Exeoruz artitudine ibi. Semita. qz Matth. 7. Arta est via ⁊c. Job. 28. Semitam ignorauit auis ⁊c. Ex claritate ibi. Lux splendens. Eph. 5. Eratis aliquãdo tenebre ⁊c. Justi eñ sunt lucentes ⁊ ideo eorum via est lucida. Ex ꝓfectu qz semp crescit. 1. Pe. 2. In eo crescatis ⁊c. Et hoc vsqz ad ꝓfectuz diem lcz glorie. 1. cozin. 13. Cum venerit qđ perfectum est euacuabitur ⁊c. Econuerso malorum via lata obscura tenebrosa ⁊ deficiens. Unde prouer. 4. subdit. Uia impiorum tenebrosa ⁊c. Et Matth. 7. Lata porta ⁊ spaciosa via q̃ducit ad perditionem ⁊c. Ex his verbis trahi põt materia huiꝰ epl̃e. Erant eñ in xp̃i recta semita' tribulationes multas ꝑ xp̃o sustinentes. Item illuminati ꝑ fidem. Infra. 2. Inter q̃s lucetis ⁊c. Item ꝓficiebant vt paret ꝑ totã epl̃am. Item cõueniẽter post epl̃az ad ephesios in q̃ fit instructio qualiẽ seruãda sit ecclesiastica vnitas. hi ꝓponunt in exemplũ seruãde ecclesiastice vnitatis q̃ optime eam seruauerunt.

Capitulũ primũ.

Aulus ⁊ Timotheus seruj iesu
p christi oĩibus sanctis in xp̃o iesu qui sunt philipis cum episcopis ⁊ diaconibus. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre nostro ⁊ domino iesu christo. Gratias ago deo meo in omni memoria vestri semp in cunctis orationibus meis ꝑ omnibus vobis in gaudio deprecationẽ faciens sup cõmunicatione vestra in euangelio christi a prima die vsqz nunc: confidens hocipsum qui cepit in vobis opus bonum: pficiet vsqz in diem christi iesu. Sicut est mihi iustum hoc sentire ꝑ omnibus vobis eo q̃ habeam vos in corde ⁊ in vinculis meis ⁊ in defensione ⁊ cõfirmatione euangelij socios gaudij mei oĩes vos esse.

Supra cõmendauit xpi humilitatẽ: hic cõmendat eius premiũ qđ ẽ exaltatio ⁊ gloria. Luc. 14. et. 18. Ois q̃ se exaltat humiliabit ⁊ q̃ se humuliat exaltabit. Job. 22. Qui humiliat⁹ fuerit erit i gla. ⁊c. Nota triplicẽ exaltationẽ xpi ꝟtũ ad gloriã resurgẽtis ibi. Propt qđ ⁊c. ꝟtũ ad notificationẽ sue diuinitatis ibi. Et donauit ⁊c: et ꝟtum ad reuerentiã totius creature ibi. Ut in nomĩe ⁊c. Dicit ergo. Propter quod ⁊ deus exaltauit illum scz vt de morte resurgeret. Item de mortalitate ad ĩmortalitatem. Ro. 6. Christ⁹ resurgens ex mortuis iam nõ moritur: mors illi vltra non dominabit ⁊c. ps. Dextera dñi exaltauit me non moriar sed viuam ⁊c. Item exaltauit eum in dextris suis constituendo. Eph. i. Constituẽs illum ad dexterã suam in celestibus supra omnẽ ꝓncipatum ⁊ potestatem ⁊ virtutem ⁊ dñationem et omne nomẽ ⁊c. Sz verũ est qđ alij exaltant in gloria ⁊ in ĩmortalitate. sed iste plus quia dedit ei nomen ⁊c. Nomẽ autẽ imponit ad significandũ rem aliquã. ⁊ tanto nomẽ est alti⁹ quanto res significata per illud est altior. ⁊ ideo nomen diuinitatis ẽ alti⁹. ps. Domine dñs noster ⁊c. Ergo hoc nomẽ vt de⁹ diceret ⁊ esset dedit isti scz xpo pater tanꝟ vero deo. Sed fortius dicit q̃ hoc ponit hic sicut premiũ hmilitatis xpi. et dicit q̃ non est verus deus. sz q̃ sit sibi data quedã eminentia creature ⁊ similitudo diuinitatis qđ non est verũ. qz dictum est supra. Cum in forma dei esset ⁊c. Dicendũ ergo est q̃ in xpo est duplex natura et vnum suppositũ. Hec ergo persona deus est ⁊ homo. et ideo potest hoc dupliciter exponi. Uno modo vt donauerit ei hoc nomen pater inquantũ est filius dei. et hoc ab eterno p generationẽ eternam que donatio nihil est aliud q̃ eterna eius generatio. Jo. 5. Sicut pater habet vitam in semetipso: sic dedit ⁊ filio vitam habere in semetipso ⁊c. Alio modo de xpo homine. ⁊ sic pater dedit illi homini nomen vt deus esset: nõ p naturã. qz alia est natura dei: et alia homis. sed vt esset deus per grãz non adptionis sed vnionis: vt simul esset deus ⁊ homo. Ro. 1. Predestinat⁹ est filius dei in virtute ⁊c. ille scz q̃ factus est ex semine dauid ſm carnem. Et hec est expositio augustini ſm intentionẽ apli. Simile habet Act. 2. Certissime sciat omnis domus ⁊c. Prima aũt est ambrosij. Sed queris q̃tum ad vtrãq; expositionẽ humiliauit ⁊c propter hoc ⁊c. premiũ non p̃cedit meritũ. Nõ ergo eterna generatio ⁊ incarnatio est premiũ passionis xpi. qz precedũt. Sed vicendũ est q̃ in sacra scptura dicit aliqđ fieri qñ inotescit. Donauit ergo id ẽ fecit manifestum mundo q̃ hoc nomẽ haberet. Hoc em̃ manifestatũ est in resurrectione: qz añ nõ erat sic nota diuitas xpi. Et huic cõcordat textus sequens. quasi nõ donauerit qđ nõ haberet. sed vt hoc oẽs venerent. Et ponit duplex veneratio sz in subiectione operis ⁊ in confessione oris ibi. Et omis lingua ⁊c. Dicit ergo. Et dedit illi nomẽ qđ ẽ sup omne nomen. etiam ſm q̃ homo. Ideo subdit. Ut in nomine iesu quod est nomen hois omne genu flectat. Habit. 2. et Esa. 45. Mihi curuabit omne genu. ⁊c. Sed hic errauit origenes. qz cuz auduit q̃ omne genu flectat quod est reuerentiã exhibere credidit futurũ quandoq; q̃ omnis creatura rationalis siue angeli siue homies siue demones subiicerent xpo subiectione charitatis. Sed contra hoc ẽ illud Matth. 25. Ite maledicti in ignẽ eternũ ⁊c. Sed dicendum est q̃ est duplex subiectio. Una voluntaria ⁊ alia inuolũtaria. Et est futurũ q̃ oẽs angeli sancti xpo subijciant volũtarie. ⁊ ideo dicit omne genu flectatur. Et ponit signũ p signato. ps. Adorate eum omnes angeli eius. Item q̃ homies. ps. Omnes gentes q̃scq; feciſti venient ⁊ adorabũt coram te domine: glorificabit nomẽ tuũ ⁊c. Et q̃ demões licet inuolũtarie. Jac. 2. Demones credunt ⁊ contremiſcunt ⁊c. ¶ Deinde cũ dicit. Et omis lingua confiteat ⁊c. Ponit exhibitio reuerentie in confessione oris. Omnis lingua scz celestiuz terrestrium ⁊ infernoz. Non de confessione laudis dicit hoc respectu infernorum: sed de coacta que fit p recognitionem dei Esa. 40. Videbit omnis caro pariter q̃ os domini locutum est ⁊c. ps. Confiteant nomini tuo quoniã terribile ⁊ sanctuz est ⁊c. Et hoc qz oñs iesus christ⁹ ⁊c. Iste scz homo in gloria ⁊c. Nõ dicit in similitudine in eade Jo. 5. Omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. ¶ Et notandum est q̃ in ꝓncipio dicit. Qui cum in forma ⁊c. Hic dicit In gloria. qz futurum erat q̃ illud qđ ab eterno habuit omnib⁹ inotesceret. vt Jo. 17. Clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quã habui priꝰ q̃ mũd⁹ fieret apũd te. ¶ Deinde cuz dicit. Itaq; fratres ⁊c. Concludit exhortatio. Et circa hoc tria facit. qz primo hortat ad bene agendum. Secundo ostendit quo debent agere ibi. Omnia autẽ ⁊c. Tertio quo fructu ibi Et sitis ⁊c. Item p̃ma in tres. Quia p̃mo cõmemorat p̃ teritam obedientiã. Secũdo oñdit qđ agere debeant ibi Non in presentia ⁊c. Tertio dat fiduciã adimplendi ibi Deus em̃ ⁊c. Dicit ergo. Itaq; exquo xps sic se humiliauit ⁊ ppter hoc est exaltatus. debetis scire q̃ si humiliamini exaltabimini. ⁊ hoc debetis facere qz semp obedistis. Et facit mentionem de obedientia cõmendando bona eorum. ⁊ hoc ideo: qz p̃ obedientiam intelligit omnis virtus: qz ex hoc est homo iustus q̃ mandata dei custodit. Ro. 6. Serui estis eius cui obedistis siue peccati ad mortem siue obeditionis ad iusticiam ⁊c. Item omne bonum quantumcũq; bonum est p se per obedientiam redditur melius. puer. 21. Uir obediens loquetur victorias. Item qz obedientia inter alias est maxima. Nam offerre de rebus exterioribus est magnũ: sed maius si de corpore. sed maximũ si de anima ⁊ volũtate tua quod fit p obedientiam. 1. Reg. 15. Melior est obedientia q̃ victime auscultare magis q̃ offerre adipem arietuz ⁊c. Sed sic feciſtis hortor vt sic faciatis decetero. ¶ Deinde cum dicit. Non in presentia ⁊c. ostendit quid agere debeant. Et p̃mo monet vt agant fideliter. qz seruus infidelis nõ seruit nisi qñ dñs videt. qz ñ curat nisi placere: sz fidelis semp bene operat. ⁊ ideo dicit. Nõ in presentia mea tñ quia sic videt q̃ non faciatis ex instinctu bone voluntatis. Ephe. 6. Nõ ad oculũ seruientes quasi hominibus placentes. sed vt serui christi facientes voluntatem dei. ⁊ animo cum bona voluntate seruientes domino ⁊ non hominibus ⁊c. Secundo vt humiliter ibi. Cum metu ⁊ tremore. Sup⁹ em̃ non timet sed humilis. 1. cozin. 10. Qui se existimat stare videat ne cadat ⁊c. Prouer. 28. Beatus homo qui semp est pauidus. ps. Seruite dño in timore: ⁊ exultate ei cum tremore. Tertio salubriter ibi. Uestram saluti operamini. Math. 10. ⁊. 24. Qui perseuerauerit vsq; in finem: hic saluus erit. ¶ Deinde cum dicit. Deus est enim ⁊c. Confirmat fiduciã ⁊ excludit quattuor falsas existimatiões. Unam hominũ credẽtiũ q̃ homo per liberũ arbitriũ possit saluari absq; diuino auxilio. Contra hoc dicit. Deus ⁊c. Joh. 14. Pater in me manens ipe facit opera ⁊c. ⁊. 15°. Sine me nihil potestis facere. Alij omnino negãt liberum arbitriũ. dicentes q̃ homo necessitatur a fato vel a prouidentia diuina. Et hoc excludit cum dicit. In vobis. quia interius per instinctum mouet voluntatem ad bene operandum. Esaie. 26. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Tercia pelagianorũ sicut ⁊ primi dicentiũ electiones in nobis sed prosecutiones operum in deo: quia velle est a nobis sed perficere est a deo. Et hoc excludit dicens: Et velle ⁊ perficere, Romañ. 9°. Non est volentis. sz velle sine auxilio dei. nec currentis scilicet currere. sed miserentis est dei. Quarta q̃ deus facit omne bonum in nobis et hoc per merita nostra. Hoc excludit cum dicit. Pro bona voluntate. scilicet sua non pro meritis nostris: quia ante gratiam dei nihil boni meriti est in nobis. ps. Benigne fac domine in bona voluntate tua ⁊c.

Lectio quarta.

Omnia autem facite sine murmurationibus et hesitationibus: vt sitis sine querela ⁊ simplices filij dei sine reprehensione in medio nationis praue ⁊ peruerse: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo: verbum vite continẽtes ad gloriam meam in die xpi. qz nõ inuacuũ cucurri: neq; inuacuũ laborauí Sed ⁊ si emulor supra sacrificiũ ⁊ obsequiũ fidei vre gaudeo ⁊ ꝯgratulor oibus vobis Idipm autẽ ⁊ vos gaudete ⁊ cõgratulamini mihi. Spero autẽ in dño iesu tymotheũ me cito mittere ad vos: vt ego bono animo sim cognitis que circa vos sunt. Neminem em̃ habeo tam vnanimẽ qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Oẽs em̃ que sua sunt querũt: non que iesu xpi. Experimentũ autẽ eius cognoscite: qm̃ sicut patri: filio mecũ seruiuit in euangelio. Hũc igit̃ spero me mittere ad vos. mox vt videro q̃ circa me sunt. Cõfido aũt in dño. qm̃ ⁊ ipse veniam ad vos cito. Necessariũ autẽ existimaui epaphroditũ fratrẽ ⁊ cooperatorẽ ⁊ cõmilitonẽ meũ: vestrũ autẽ apostolũ: ⁊ ministrũ necessitatis mee mittere ad vos. qm̃ quidez oẽs vos desiderabat: ⁊ mestus erat propterea q̃ audieratis illũ infirmatũ. Naz ⁊ infirmatus est vsq; ad mortẽ sed deus misertus est eius. Non solũ aũt eius verũ etiã ⁊ mei. ne tristiciã super tristiciã haberẽ. Festinantius ergo misi illũ: vt viso illo iterum gaudeatis. ⁊ ego sine tristicia sim. Excipite ita q̃ illuz cũ omni gaudio in dño et eiusmodi cum honore habetote: quoniã ꝓpter opus xpi vsq; ad mortẽ accessit. tradens animaz suam: vt implereꝰ id quod ex vobis deerat erga meum obsequiũ.

Supra aplus induxit ad faciendũ opa salutis: hic docet eos modũ faciendi. Et primo docet ipm modũ. Secũdo assignat rationẽ eius ibi. Et sitis ⁊c. Docet autẽ duplicem modum faciendi: vt scilicet sine murmure ⁊ sine dubitatione. Opera enim virtutum sunt difficilima. ⁊ nihis habet locũ murmuratio. 1°. cozinth. 10. Neq; murmuraueritis sicut quidã eoz murmurauerũt et perierũt ab extermiatore. Et ne dubitetis an fiant. Jaco. 1. Qui enim hesitat similis est fluctui maris qui a vento moueꝰ ⁊ circumferꝰ ⁊c. Ponit autẽ huius rationẽ. ⁊ primo ex parte eoz. Secũdo ex parte apli ibi. Ad gloriã ⁊c. Circa primũ ponit triplex ratio. Prima in cõparatiõe ad fideles cũ dicit. Et sitis sine querela. Luce. 1. Incedẽtes in oĩbus mãdatis ⁊ iustificatiõibus dñi sine querela ⁊c. Sine peccato aũt nullus esse potest sed bene sine querela. Unde ad hoc monet. Secũdo in cõparatiõe ad deuz ibi. Simplices ⁊c. Filius em̃ est similis patri. Deus autẽ simplex est. vnde simplices simus sicut filij dei. qđ est qñ intentio est ad vnũ. Jaco. 1. Uir duplex anĩo inconstans est in oĩbus vijs suis ⁊c. Math. 10. Estote prudẽtes sicut serpẽtes ⁊ simplices sicut colũbe. Tercio in cõparatiõe ad infideles ibi. Sine reprehẽsione ⁊c. 1. vt hñ se habeãt ad infideles: vt scz sint sine offensiõe in medio natiõis praue quantũ ad mala opera. ⁊ peruerse quantũ ad infidelitatẽ. Et hoc est qñ nõ potest infamari ab eis. 1°. tymoth. 5. Nullã occasionẽ date aduersario maledicti gratia ⁊c. Et hutus ratio ponit. ibi. Inter quos ⁊c. Quia qualitercũq; mundus varietẽ luminaria celi clara manẽt. Math. 5°. Vos estis lux mũdi ⁊c. Lucens non quantũ ad essentiã qz sic tantũ deus lux est. Jo. 1. Et vita erat lux hominũ ⁊c. At vero sancti nõ sic. Jo. 1. Non erat ille lux ⁊c. Sed sunt lux inquantũ habẽt aliquid lucis illius qui erat lux hominũ. scz verbi dei irradiantis nobis. Et ideo dicit verbũ vite cõtinentes. scz verbũ xpi Jo. 6. Dñe ad quẽ ibimus? verba vite eterne habes ⁊c. ps. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ ⁊c. ¶ Deinde ponit rationẽ ex parte apli ibi. Ad gloriã meã. Secũdo manifestat rationẽ: qz subditi debẽt bene agere etiam vt cedat in gloriã prelatoꝝ. Eorum enim est gloria qñ subditi sunt bñ instructi. Prouer. 10. Filius sapiẽs letificat patrẽ ⁊c. 1. thes. 2. Vos em̃ estis gloria nostra ⁊c. Et hoc in die xpi. qñ sz adducet secũ fideles Et hoc ꝓpter duo est ad gloriã. scz ꝓpter laborẽ in ꝓdicatõe. ꝓpter passionẽ mortis quã sustinuit. Et ideo dicit. Qz nõ inuacuũ cucurri nec inuacuũ laborauí. Cursuz dicit ꝓdicationẽ ꝓpter agilitatẽ. qz a ierlin vsq; ad hyspaniã Itez labores ꝓpter cõtradictiões ⁊ penas quas pertulit. ⁊ hoc nõ in uanũ. immo in multũ fructũ. 1°. coz. 15°. Gratia eius in me vacua nõ fuit. Item ꝓpter passionẽ ibi. Sed ⁊ si immoloz. Conuertẽs enim aliquos quasi de illis quos cõuertit offert sacrificiũ deo. Sed quãdoq; offerentes a tyrannis occisi sunt supra sacrificiũ sicut habet Luce. 13. Et ideo dicit. Offero deo sacrificiũ de vobis. sed si contingat q̃ ⁊ ego supra hoc ĩmoler. id est occasione sacrifícij cõuersionis vestre occidar gaudeo ꝓpter me. Jac. 1. Omne gaudiũ existimate fratres mei cum in temptationes varias inciderit is ⁊c. Et congratulor vobis q̃ habetis fidem etiã cum periculo persone mee cui et in hoc congratulamini. Et ideo dicit. Idipm gaudete ⁊ cõgratulamini mihi. Roma. 12°. Gaudere cum gaudẽtibus. ¶ Deinde cũ dicit, Spero aũt ⁊c, ponit in exemplũ q̃

scipulos suos. ꝛ pro tymotheū. Scdo epaphroditū ibi. Retessariū autē ꝛc. Circa primū primo premittit missionē tymothei. Scdo cōmendat eū ibi. Hominē ꝛc. Tertio innuit tempus missionis ibi. Hunc igit ꝛc. Dicit ergo. Spero ꝛc. Notandū est q̄ apl̄us sic habuit fiduciaz in deo q̄ etiā minima attribuebat deo. 2ª. coz. 3. Nō q̄ sufficiētes simus cogitare aliq̄d a nobis quasi ex nobis. sed sufficiētia nostra ex deo est. Littera est plana. ¶ Deinde cōmendat eū ꝛ primo ex charitate ad eos. Scdo ex deuotiōe ad ap̄lm, ibi. Experimentū ꝛc. Et sic facit bonū mediator. q̄ illos diligit hūc venerat. Itez primo ponit cōmendationē. Scdo exponit. ibi. Omnes em̄ que ꝛc. Dicit ergo. Mitto ꝛc. Quia neminē ꝛc. sez in profectū v̄rm. ps. Qui habitare facit vnū moris in domo Qui sollicitus sit. Ro. 12. Qui preest in sollicitudine. Sincera affectiōe. q̄ solū ꝓpter deū. 2ª. coz. 1. Ex sinceritate sicut ex deo cozā deo in xp̄o loquimur. Ratio aūt quare. Neminē ꝛc. q̄ oēs que ꝛc. i. nō que ad salutē ꝓximorū ꝛ ad honorē dei querūt. sed que ad lucrū ꝛ gloriā que rūt ꝛ que sua sunt. Sed nūquid lucas ꝛ epaphroditꝰ et alij qui erāt cū ap̄lo querebāt que sua sunt? Respōdeo. Dicendū est q̄ in societate ap̄li plures erāt qui hoc querebāt qui ꝛ deseruerūt eū. 2. tymoth. 4. Demas em̄ me dereliquit diligēs seculū ꝛ abijt thessalonicā. crescēs in galatiā. tytus in dalmaciā. lucas est mecuz solus. Sed cōsuetudo est q̄ aliq̄n scriptura loquit de nōnullis sicut de oībus. Jere. 6. A minori quippe vsq̄ ad maiorē oēs auaricie student. ꝛ a ꝓpheta vsq̄ ad sacerdotē cūcti faciūt dolū ꝛc. Et ideo est distributio accomoda ¶ Et quo se habet ad me q̄ per experimentū ꝛc. Quasi esset spēcialis filius. 1ª. coz. 4. Jdeo misi ad vos tymotheū qui est filius meus charissimus ꝛ fidelis in dn̄o ꝛc. Ihunc ergo sic sollicitū ꝓ vobis sic mihi carū spero ꝛc. Sed quare nō statim? Est sciendū q̄ aliter est de xp̄o ꝛ de alijs sanctis. In xp̄o em̄ est plenitudo gratiaꝝ. vnde habuit semper noticiā oīm. nō sic alij sancti. Unde aplus ꝓuidebat aliqua de futuris circa se: aliā ignorabat. Et sic non reuelatū erat sibi an deberet liberari de vinculis. ꝛ ideo dicit. Mox ꝛc. q̄ si det facultas personaliter veniā. Et ideo cōfido ꝛc. Sed liberatꝰ a vinculis nō fuit ps. Ꝙ tu illuminas lucernā meā dn̄e: deus meus illumia tenebras meas. Semp em̄ aliquid tenebrozū est in sanctis. ¶ Deinde cū dicit. Necessariū ꝛc. ꝓponit in exemplum aliū suū discipulū. sez epaphroditū. Et primo describit ip̄m. Scdo ostendit quo suscipiat. ibi. Excipite ꝛc. Circa primū duo facit. q̄ primo cōmendat eū. Scdo ostendit causam missionis ibi. Quoniā quidē ꝛc. Tercio eaz exponit ibi. Infirmatus est ꝛc. Dicit ergo. Necessariū ꝛc. Nominat aūt eum fratrē ꝓpter fidē. Mat. 23. Omnes vos fratres estis ꝛc. Cooperatorē sez in laboze predicatiōis. Prouer. 18. Frater qui iuuaꝰ a fratre quasi ciuitas fortis ꝛc. Et cōmilitonē ꝛc. q̄ simul passi tribulationē. 2. tymoth. 2. Labora sicut bonus miles xp̄i iesu ꝛc. Apostolū. i. doctorē. Nic fuit epūs philippensiū ꝛ missus ab eis vt seruiret ap̄lo. ꝛ ideo dicit. Ministruz necessitatis mee. Infra. 4ª. Repletus sum acceptis ab epaphrodito quē misistis in odorē suauitatis hostiā acceptā placentē deo ꝛc. Sed quare? ad satisfaciendū desiderio quo desiderio sperabat videre vos. Ro. 1. Desidero em̄ vos ꝛc. Item ad subueniendū sue tristicie: q̄ tristis erat de vestra tristicia qui audiuistis eū infirmari Et exponit cām que est infirmitas sua vsq̄ ad mortē ꝑm iudiciū medicoz. nō aūt ꝑm ꝓuidentiā diuinā. sed ad honorē dei. Joh. 11. Infirmitas hec nō est ad mortē: sed ꝓ gloria dei ꝛc. sed deus misertus est eius. ps. Miserere mei deus q̄m infirmus sum ꝛc. Et nō solū ꝛc. q̄ tristiciā temporalē ꝛ naturalē habui de afflictiōibus suis sicut ꝛ xp̄s. ¶ Consequēter cōcludit missionē ꝛ patet littera. et ostendit quō recipiat. ꝛ scdo huius cāz. Recipiēdus est honorifice in dn̄o cuius est minister. Hal. 4º. Sicut angelū dei excepistis me sicut xp̄m iesuz. 1. thymo. 5. Qui bene presunt pbr̄i duplici honore digni habeant maxie qui laborāt in verbo ꝛ doctria ꝛc. Et hoc ꝓpter ꝛc. i. ꝓpter deū ꝛ salutē fideliū vsq̄ ad mortē Job. 15. Maioꝛē charitatē nemo habet vt aiam suā ponat quis ꝓ amicis suis ꝛc. ¶ Tradēs. Jo. 10. Bonus pastor animā suā ponit ꝓ ouibus suis ꝛc. Et hoc vt impleret quod vos ꝑsonaliter non potuistis circa meū obsequiū.

Capitulum tertium.

D Ecetero fratres mei gaudete in domino. eadē vobis scribere mihi quidez non pigrum vobis autem necessariū. Videte canes: videte malos operarios. videte concisionem Nos enim sumus circumcisio qui spiritu seruimus deo ꝛ gloriamur in xp̄o iesu ꝛ non in carne fiduciam habentes: quanq̄ ꝛ ego habeo cōfidentiam in carne. Si quis alius videtur confidere in carne ego magis circūcisus octauo die ex genere israel: de tribu beniamin. hebreus ex hebreis. scdm legē phariseus. scdm emulationem perseqēs ecclesiam dei scdm iusticiam que in lege est conuersatus sine querela. Sed que mihi fuerūt lucra: hec arbitratus sum ꝓpter xp̄m detrimenta Verumtamen existimo omnia detrimētum esse ꝓpter eminentem scientiam iesu xp̄i domini mei ꝓpter quez omnia detrimentum feci ꝛ arbitroꝛ vt stercora vt xp̄m lucrifaciā vt ꝛ inueniar in illo.

Proposuit exempla que sequi deberēt: hic ostendit quorū exempla debēt vitare. Et circa hoc tria facit. q̄ primo premittit quos vitare debēt. Scdo exemplū vitandi per quersationē sanctoꝝ ibi. Nos em̄ ꝛc. Tercio inducit ad vitandū eos quos illi reputabāt imitabiles ibi. Imitatores mei ꝛc. Itez prima pars diuidit in tres particulas. q̄ primo premittit finez huius doctrine. Scdo scribendi necessitatē ibi. Eadem vobis ꝛc. Tercio necessitatis rationē ibi. Videte ꝛc. Intentio āmonitiōis est remouere fideles gētes a legalibꝰ ad q̄ que quidaz eos inducebāt Et ideo dicit. O fratres. sez per fidē. decetero. i. ꝓsequendo vos monui vt. s. Gaudete in dn̄o tm̄ non in legalibꝰ observatijs. Abac. 3. Ego aūt in dn̄o gaudebo ꝛ exultabo in deo iesu meo ꝛc. Et hoc q̄ eadē que dixi in ꝓtia non est mihi pigrū vobis scribere in absentia. Verba em̄ de facili transeūt sed scripta manēt. Ecc. 38. Sapientiā scribe in tpe vacuitatis ꝛc. Jude. 1. Dēm sollicitudinē faciēs scribēdi vobis de cōi vestra salute necesse habui scribere vobis ꝛc. Ro. 15. Audacius scripsi vobis frēs ex gte tanq̄ in memoriā vos reducēs ꝛc. Et cā hꝰ necessitatis est q̄ instāt seductores ꝛ ideo oportet instātius veritatē scribere. Un̄ dicit. Videte. i. obſuate ꝛc. Et tria de his dicit. sez seuiciā cordis irrationabilē. Un̄ dicit. Canes. Glo. Natura canis est vt statim ex ira latret: nō ex ratione sed ex cōsuetudine. Sic ꝛ illi. Esa. 56. Canes impudentissimi nescierūt saturitatē. ipsi pastores nesciuerunt intelligentiā ꝛc. Apoc. vlti. Foris canes ꝛc. Scdo ꝓ-

uerse doctrine semination̄e ibi. Malos operarios. q̄ infideliter in vinea dn̄i laborant: nec bonus semen in agro mittit. Mat. 13. Inimicus homo hoc fecit ꝛc. 2. thy. 2. Cura teip̄m ꝑ hilē exhibere deo ꝛc. Tercio dissensionis ibi. Concisionē. Et hoc verbo vtit in coz sugillatiōnē. Predicant em̄ circumcisionē que nō potest stare cū gratia xp̄i. Gal. 5. Si circūcidimini xp̄s nihil vobis ꝓderit. Unde alludens vocabulo dicit. Concisionē quasi nō circūcisionē sed concisionē habeant. ¶ Deinde cū dicit. Nos aūt ꝛc. ostendit quomō viten̄ a sanctis. Et primo quomō ab oībus. Secūdo q̄o ab ipso ibi. Qua ꝓpter ꝛc. Dicit ergo. Ego dico q̄ illi sunt cōcisio sed nos vera circūcisio. Qui spiritu ꝛc. Est aūt duplex circūcisio sez corporalis ꝛ spūalis. Ro. 2. Non em̄ qui in manifesto iudeus est: neq̄ que in manifesto in carne est circūcisio. sed qui in abscondito iudeus est. et circūcisio cordis in spiritu non littera ꝛc. Circūcisio em̄ carnis est que est de supfluo carnis. sed circūcisio spiritus per quā spiritus sanctus abscindit supfluas interiozes cōcupiscētias. Et ideo dicit. Nos sumus ꝛc. i. qui interius circūcidit nos deo. Ro. 2º. Testis enim est mihi deus cui seruio in spū meo in euāgelio filij eius ꝛc. 1ª. coz. 14. Psallā spiritu psallā ꝛ mente. ozabo spiritu ozabo ꝛ mēte ꝛc. Data est aūt circūcisio vt ostendit Rom̄. 4. Et signū fidei abrae ostenderet. vt sez eius fides ostenderet vera que fuit fides de futuro semine. Hal. 3. Abrae dicte sunt ꝓmissiones ꝛc. Est ergo circūcisio signū fidei abrae de xp̄o. Ille ergo circūcidit qui intrinsus per spiritū sanctū renouat in xp̄o qui est veritas circūcisionis. Col. 2º. Circūcisi estis circūcisione nō manufacta in expoliatiōe cozpis carnis. sed in circūcisione xp̄i ꝛc. Et non habētes fiduciā in carne. id est in carnali circūcisione q̄ dicit Jo. 6. Spiritus est qui viuificat caro aūt nō ꝓdest quicq̄. Sumit aūt caro aliq̄n in nobis ꝓ carnali cōcupiscentia. q̄nq̄ ꝓ carnis cura. q̄nq̄ ꝓ carnis abstinētia. ꝛ vtrūq̄ debemus circūcidere nec in eis gloriari. ¶ Deinde cū dicit. Quā q̄ ego ꝛc. ponit exemplū ꝓpriū. ꝛ primo premittit eminentiā suaz quā habebat in statu legali. Secūdo ostēdit quomō eam cōtempsit ibi. Sed que ꝛc. Primū ꝓponit primo in generali. Scdo explicat per partes ibi. Circūcisus ꝛc. Circa primū duo facit. q̄ primo ostendit fiduciā quā habuit in legalibus dicēs: Non debemus habere fiduciā in legalibus quanq̄ habeā. id est posse habere si vellē quia in quo quis audet insipiētia dico: audeo ꝛ ego ꝛc. vt dicit. 2ª. coz. 11. Et hoc etiā excellētius quia ego magis. 2ª. coz. 11. Et minus sapiēs dico plus ego ꝛc. Et hoc totū facit vt efficatius destruat observationes legales. Multi em̄ contempnūt que nesciūt. ꝛ hoc nō valet. Sed tūc q̄n aliq̄s habet ꝛ cōtempnit ꝛ nō gloriaꝰ in eis. Sic si ap̄ls nō habuisset locū in statu legali ꝓterat dici q̄ ideo ad statū euāgelij venit. Et ideo ostēdit per hoc eminentiā suā in statu illo. Et primo quantū ad genus. Scdo quantū ad quersationē ibi. Scdm legē ꝛc. Quantū ad primū tripliciter. quantū ad generis sacramentū. quia circūcisus octaua die. Heñ. 17. Et sit signū federis inter me ꝛ vos ꝛc. Et dicit octaua die. quia hec erat differētia inter ꝓselitos ꝛ eos qui erāt de genere abrae q̄ illi nō octaua die sed iam adulti q̄n quertebātur. sed isti ꝑm legem octauo die. Heñ. 17. Infans octo dieruz circūcidet ex vobis ꝛc. Sic ergo nō vt ꝓselitus sed vt vere israelita fuit. Scdo quantū ad ip̄m genus. ꝛ primo quantū ad gentē cum dicit. Ex genere israel. Ex abrā enim due gentes descenderūt. Una per ysaac. et alia per ysmael. De primo due. Una per esau. ꝛ alia per iacob. Sed alie due sez esau ꝛ ysmaelite nō sunt cōsecute hereditatē. sed solus iacob qui ꝛ israel. Jdeo dicit Ex genere israel. 2ª. cozinth. 11. Israelite sunt ꝛ ego. Item quantū ad tribū q̄ in tribu israel erant quidā de ancillis sez de bala ꝛ zelfa. quidā de liberis. sez lya ꝛ rachel. Et inter istos quidā semper erāt in cultu dei. sez leui. iuda. ꝛ beniamin. Alie tempe ieroboā conuerse sunt ad ydola. Et ideo tribus beniamin ꝓuilegiata erat: q̄ in fide ꝛ dilectiōe vxoris ꝛ in ea templā. Deutro. 33. Beniamī amātissimus dn̄i habitabit cōfidenter in eo. quasi in thalamo tota die mozabit ꝛ inter humeros illius requiescet ꝛc. Heñ. 49. Beniamī lupus rapax mane comedet predam ꝛ vespere diuidet spolia. Quo figurabāt paulus q̄ fuit q̄nq̄ cōtra ecclesiā. Tercio quantū ad nomen ꝛ linguā cum dicit. Hebreus. Aliqui dicūt q̄ hebreus dicit ab abrā. ꝛ hoc dicit Aug̃. sed postea retractat. Sed dicit ab heber. de quo Heñ. 11. Q̄ aūt non ab abrā pater q̄ etiā abrā dicit hebrens Heñ. 14. Hūciauit abrae hebreo. Dicit glo. super Heñ. 11. ✻ tpe heber diuisum est labiū gentiū oīm. ꝛ illa lingua remāsit in familia heber ꝛ in cultu vnius dei. et inter oēs hebreos. natus est etiā ex parētibus hebreis ꝛ ideo dicit. Ex hebreis. ¶ Deinde ostendit suā eminentiā quo ad cōuersationē. Et primo quantū ad sectā cum dicit. Scdm legem phariseus. Apud iudeos siquidē erant tres secte. sez phariseoꝝ. saduceoꝝ. ꝛ esseoꝝ. Sed pharisei magis ad veritatē accedebāt. q̄ saducei negabāt resurrectionē neq̄ angelos. neq̄ spiritus. pharisei aūt vtrūq̄ cōfitent. vt dicit Act. 23º. Et ideo in hoc cōmendabiliores est secta phariseoꝝ. Quomō autē phariseus fuerit dicit Act. 26. Quoniā ꝑm certissimā sectā nostre religionis vixi pharisеus ꝛc. Secūdo quantū ad emulationē quā habuerūt iudei: licet nō scdm scientiā in perseqndo xp̄ianos. Jdeo dicit Perseqēs ecclesiā dei. Gal. 1º. Qui persequebaꝰ nos aliq̄n. nunc aūt euangelizat fidē quā aliq̄n expugnabat Et act. 26. Et ego quidē existimaueraꝝ me aduersus nomen iesu nazareni debere multa cōraria agere q̄ ꝛ feci hierosolymis. Et multos sanctoꝝ ego in carceribus inclusi ꝛc. 1ª. coz. 15. Non sum̄ dignus vocari aplus quoniā persecutus sum ecclesiā dei. Tercio quantū ad innocentiā cōuersatiōis. Jdeo dicit. Scdm iusticiā ꝛc. Hec iusticia ꝓsistit in exteriozibus. sed iusticia fidei est cordis Act. 15. Fide purificās corda eoꝝ. Nam quantū ad iusticiā exteriozē aplus innocenter vixit. Et ideo dicit. Sine querela. Non aūt ait sine peccato. q̄ querela est peccatū scandali ꝓximoꝝ in his que sunt exteriora. Luce. 1º. Incedentes in oībus mandatis ꝛ iustificatiōibus domini sine querela ꝛc. Et ideo nō est contrariū q̄d dicitur Ephe. 2. In quibus ꝛ nos ambulauimus q̄ verā iusticiā fidei que facit hominē purū nō habuit sed solū legis ¶ Deinde cū dicit. Sed que mihi ꝛc. ostendit ꝓmptū sue eminētie in legalibus. ꝛ primo ostendit ꝓpter quid legalia ꝓmptsit in generali Secūdo in spēali ibi. Verūtn̄ ꝛc. Dicit ergo Hec que fuerūt ꝛc. i. reputabā magna sez q̄ phariseus ꝛc. Hec sū arbitratus ꝓpter xp̄m mihi detrimēta. id est reputo q̄ sunt mihi in detrimentū. Legales em̄ obseruantie que tpe legis erant efficaces post xp̄m facte sunt noxie. Et ideo dicit detrimenta. Et finis huiꝰ est xp̄us. Et ideo dicit. Ꝓpter xp̄m. Et exponit quia primo ꝓpter christū cognoscendū. Secūdo ꝓpter xp̄m adipiscendū. Quantū ad primū dicit. Verūtamen existimo omnia detrimenta esse verū est si eis inniterer. Et hoc quod aliquādo feci reputo mihi detrimentuz. ex hoc ꝓpter desideriū recte scientie xp̄i dn̄i mei. 1ª. cozin. 2. Nihil reputaui me scire nisi iesum xp̄m ꝛ hunc crucifixū ꝛc. Et hoc ꝓpter eminentē scientiā ꝛc. quia hec superat omnes alias scientias. Nihil em̄ melius potest sciri q̄ verbū dei in quo sunt oēs thezauri sapientie ꝛ scie-

tie absconditi. Col. 2. Quantū ad secundū dicit. Propter quē omnia ꝛc. Et primo ostendit q̄ ꝓpter xp̄m adipiscendū contempsit legalia. Secūdo ostendit q̄ possit xp̄m adipisci ibi. Non habes ꝛc. Dicit ergo. Omnia detrimēta facio habendo me ad ea sicut ad detrimentū ꝛ vilia. ꝛ hoc vt xp̄m lucrifacerē. id est adipiscar ip̄m ꝛ lucrer ei per charitatem.

Lectio secunda.

On habens meam iusticiaz que ex lege est: sed illaz que ex fide est xp̄i ihesu: que ex deo est iusticia in fide ad cognoscendum illum: et virtutē resurrectiōis eius ꝛ societatem passionis illius: cōfiguratus morti eius. si quo modo occurrā ad resurrectionem que est ex mortuis: non q̄ iam acceperim: aut iaz perfectus sim. Sequor autem si quo modo comprehendaz in quo et comprehensus sum a xp̄o iesu. Fratres ego me non arbitror comprehendisse. Unuz autem: que quidem retro sunt obliuiscens. ad ea vero que sunt priora extendens meip̄m ad destinatum. persequor ad brauiū superne vocationis dei in xp̄o iesu.

Ostendit supra se preterita lucra cōtemnere ꝓpter xp̄m ꝛ ostendit q̄ intendebat xp̄m cognoscere ꝛ ip̄m lucrari: ꝛ hoc intendit hic specialiter exponere. Et primo quomodo desiderat xp̄m lucrari: inueniri in eo per iusticiā. Secūdo per passionis tolerantiā ibi. Configuratus ꝛc. Circa primū: primo ostendit que sit iusticia quā desiderat. Secūdo que sit quā querit ibi. Sed illam ꝛc. Sciendū est autē q̄ iusticia quandoq; sumit vt est specialis virtus per quā homo ponit rectitudinē in his que sunt ad cōmunes conuictū ꝛ ſm q̄ est in his directiua. Nam temperātia est circa interiores passiones. Justicia autez est ad alteruz. Alio modo iusticia dicit virtus generalis ſm q̄ homo seruat legē ꝓpter bonū cōmune. ꝛ hoc modo frequēter in scriptura sacra ponit pro obseruantia diuine legis. p̄s. Feci iudiciū ꝛ iusticiā ꝛc. id est legē quā seruabat ex amore quasi motus ex se. Et sic est virtus. Non autē si alio modo. id est ex aliqua exteriori causa scz vel ꝓpter lucra vel ꝓpter penas ꝛ si obseruatio ei displiceat. Et ſm hoc est duplex modus iusticie. Unus est iusticie mozalis. Alius est iusticie legalis per quā legē nō ex amore sed timore seruat. Et ideo dicit. Non habens meā iusticiā que ex lege est. quia vt dicit Aug⁹. Breuis differētia legis ꝛ euangelij est amor ꝛ timor. Rom. 8°. Non accepistis spiritū seruitutis iterū in timore. sed accepistis spiritū adoptiōis ꝛc. Sed si tua est q̄o est ex lege? Respondet. imo est mea quia humana virtute ablaq; habitu gratie interiozis iustificātis facio talia opera. sed ex lege est sicut a docēte. Vel mea est ꝓpresumo per me eam seruare. Ro. 10. Moyses em̄ scripsit q̄m iusticiam que ex lege est qui fecerit hō viuet in ea. De hac iusticia quā querit tria dicit. s. modū adipiscēdi. actoz ꝛ fructū. Modus est q̄z nō adipiscit nisi ex fide xp̄i. Ro. 5. Justificati igit ex fide pacē habeamus ad deū per dom̄ nostrū iesuz xp̄m ꝛc. Ro. 3°. Justicia aūt dei per fidē iesu xp̄i in oēs ꝛ super oēs qui credūt in eū. Actoz aūt est deus ꝛ nō homo. Ro. 8. Deus q̄ iustificat. Ro. 4. Credēti aūt in eū qui iustificat impiū reputat fides eius ad iusticiā ſm ꝓpositū gratie dei. Et iō dicit. Que ex deo est ꝛc. Act. 5. Et spūs sanctus quē dedit deus obus ꝛc. Fructº est cognitio eius ꝛ virtus resurrectiōis eius ꝛ societas sanctoz eius. Et de hmōi duplici cognitiōe potest dupliciter agi. Uno mō ex cognitōe vie ꝛ sic oportet tria cognoscere de eo. Primo eius personā scz q̄ est verus deus ꝛ verus homo. Et ideo dicit: ad cognoscendū illū. Jo. 14. Tanto tpe vobiscuz sum ꝛ nō cognouistis me ꝛc. Secūdo gloriā resurrectiōis eius. Unde dicit. Et virtutē resurrectiōis eius. i. resurrectionē virtuosaz factā ꝓpria virtute. Tercio qualr eū imitentē ibi. Et societatē. scz vt reiſociemur in passione. 1. petri. 2. Xp̄s passus est p̄ nobis vobis relinquēs exemplū vt sequamī vestigia eius ꝛc. Secūdo de cognitiōe experimentali: ꝛ incipit a posteriori q̄ est vltimū in executiōe ꝛ primū in intentiōe. Primū est agnitio dei per essentiā ad quā ducit fides. Jere. 31°. Oēs cognoscēt me a minimo eoz vsq; ad maximū dicit dñs ꝛc. Et ideo dicit. Ad cognoscendū illū Secūdo q̄ nō solū aīa glorificaē sed ex hoc etiā corpus erit gloriosuz. Jō dicit. Et virtutē resurrectiōis eius. s. ex qua resurgem⁹ 1. cor. 15. Si xp̄s nō resurrexit vana est fides nostra ꝛc. Tercio societatē q̄ per experientiā habebimus quāmz valeat societas passionis eius. 1ᶜ. cor. 1. Fidelis aūt deus per quē vocati estis in societatē filij eius iesu xp̄i dñi nostri. ¶ Deinde cū dicit. Configurat⁹ ꝛc. ostendit quo velit lucrari ꝛ inueniri in eo per tolerantiā passionis Et primo ponit tolerantiā. Secūdo fructū ibi. Si quo ꝛc. Dicit ergo. Inueniar nō solū habens iusticiā sed cōfiguratus morti eius vt patiar ꝓpter iusticiā ꝛ veritatē sicut xp̄s. Hal. vlti. Ego em̄ stigmata dñi iesu in corpe meo porto. Fructus vero est si quo ꝛc. Ex passionib⁹ em̄ hic toleratis hō pertuenit ad gloriā. Ro. 6. Si em̄ cōplanta ti facti sumus similitudini mortis eius: simul ꝛ resurrectionis erimus ꝛc. 2. thy. 2°. Si cōmortui sumus ꝛ cōuiuemus. si sustinemus ꝛ conregnabim⁹. Ro. 8. Si tn̄ ꝓpatimur vt ꝛ glificemur ꝛc. ¶ Et dicit si quo. ꝓpter difficultatē arduitatē ꝛ laborē. Mat. 7. Arta est via que ducit ad vitā. ꝛ pauci sunt qui inueniūt eam ꝛc. Amos. 4. Prepara te in occursū dei tui israel ꝛc. xp̄s em̄ surrexit per potentiā ꝓpriam homo aūt non ꝓpria potestate sed gratia dei. Ro. 8. Qui suscitauit iesum xp̄m a mortuis viuificabit ꝛ mortalia corpa vestra ꝓpter ihabitantē spiritū eius in vobis. Vel pōt intelligi de occursu sanctoū q̄n occurrent xp̄o descendenti de celo ad iudiciū. ¶ Deinde cū dicit. Non q̄ iā ꝛc. ostendit quo differt suū desiderium. Et primo ostēdit q̄d se sentit. Secūdo hortat alios vt idez de se sentiāt ibi. Quicūq; em̄ perfecti ꝛc. Ite rū prima in duas. q̄ primo ostendit quo deficit a perfectione intenta. Secūdo hoc exponit ibi. Fratres ego me ꝛc. Circa primū duo facit. Primo ostendit se nō peruenisse ad pfectionē. Secūdo q̄ ad eā tendit ibi. Sequor aūt ꝛc. Tendens in aliud duo intēdit scz adipisci quesitū ꝛ fruillo. Frustra em̄ quereret si non eo frueret ꝛ inhereret. Et ideo dicit. Non q̄ iā acceperim scz gloriā quā quero Sap. 5. Accipiēt regnū decoris ꝛ diadema spēi de manu dei sui. Aut iam pfectus sim. 1ᶜ. cor. 13. Cuz venerit q̄d perfectū est euacuabit q̄d ex parte est ꝛc. Sed cōtra. Estote perfecti. Mat. 5. ꝛ Hon. 17. Esto perfectus. Respondeo. Dicendū est q̄ duplex est perfectio. scz patrie ꝛ vie. Perfectio nanq; hominis cōsistit in hoc q̄ adhereat deo per charitatē. q̄ vnūquodq; est perfectū scōm modū quo adheret sue perfectioni. Anima autē potest adherere deo dupliciter perfecte. Uno modo: vt totam actionē referat in deū actualiter ꝛ cognoscat vt cognoscibilis est. Et hec est patrie. Sed inhesio vie est duplex. Una de necessitate salutis ad quā omnes tenent. scz vt in nullo coz suū quis applicet ad id quod est cōtra deuz: sed habitualiter referat totaz vitam in eū. Et isto modo dicit dñs. Math. 22. Diliges dominū deum tuū ꝛc. Et deutro. 6. Alia est supererogatiōis. quando quis vltra cōmunē statum inheret deo: qō fit remouendo coz a temporalibus. ꝛ sic magis appropinquat ad patriā. q̄z quanto deficit cupiditas tāto plus crescit charitas. Quod ergo hic dicit intelligit de perfectione patrie. ¶ Deinde cū dicit. Sequor autē ꝛc. ostendit conatū ad eam dicēs: Sequor scz xp̄m. Joh. 8. Qui sequit me nō ambulat in tenebris ꝛc. Joh. 10. Oues mee vocē meam audiūt ꝛ sequūtur. Et hoc si quo modo cōprehendā. 1ᶜ. cozinth. 9. Sic currite vt cōprehendatis. Sed cōtra quia deus est incōprehensibilis. quia Jere. 31. dicit. Si mensurari potuerit celi desursum ꝛ inuestigari fundamēta terre deoz sum ꝛc. Respondeo. Dicendū est q̄ cōprehendere est includere sicut domus cōprehendit nos. Item attingere ꝛ tenere. Primo ergo modo est incōprehensibilis q̄z non potest includi in intellectu creato cū sit simplicissimus. quia nō perfecte vides eum nec amas sicut est visibilis ꝛ amabilis. sicut qui nescit demonstrationē nescit demonstratiue sed operatiue. Deus autē perfecte seip̄m cognoscit vt cognoscibilis est. Cuius ratio est. quia res cognoscit scōm modū sui esse ꝛ veritatis. deus aūt lux est ꝛ veritas infinita, sed nostrū lumen est finitū. Et ideo dicit. Sequor si quo modo cōprehendā scz attingendo Cant. vlti. Tenui eū nec dimittā ꝛc. ¶ In quo ꝛ cōprehensus sum ꝛc. Quod tripliciter intelligit. Nam tota gloria est in dicta dei cōprehensione vt scz deus sit presens anime nostre. Sed nō omnes habent equalē beatitudinē. quia quidā clarius vident sicut etiā quidā ardentius amabūt ꝛ plus gaudebūt. Unde quilibet habebit certā mensurā ꝛ hoc ex predestinatiōe diuina. Et ideo dicit. In quo ꝛ cōprehensus sum. Quasi dicat in tali mensura intendo cōprehendere scōm q̄ mihi dispositū est a xp̄o. Uel sequor vt comprehendā sicut cōprehensus sum. Quasi dicat. Ut videā eum sicut ip̄e me videt. 1ᶜ. Joh. 3°. Videbim⁹ eum sicuti est. id est nō per similitudinē sed per essentiā. Uel cōprehendā videndo xp̄m gloriosum. In quo comprehensus sum. id est in illa gloria qua apparuit quādo conuersus sum. ¶ Deinde cū dicit. Fratres ego ꝛc. exponit que dixerat ꝛ primo de defectu perfectiōis. Secūdo de sequela ibi. Unuz autem ꝛc. Dicit ergo. Ego ꝛc. Quasi dicat nō sum sic superbus q̄ attribuā mihi quod nō habeo sed sequor ꝛc. Nō tripliciter legit. Uno modo sic. vnū arbitror scz q̄ que retro sunt ꝛc. Uel nō arbitror me cōprehendisse. sed ꝓsequor vnū scz ad destinatū ꝛc. Uel non arbitror me cōprehendisse. illud supra. p̄s. Una petij ꝛc. Et tūc ostendit quid deseruit. quia vel tēporalia lucra. vel temporalia bona. vel merita preterita quia nō debet homo cōputare deo merita preterita. Secūdo ostendit ad quid tendit. scz ad ea vero ꝛc. id est vel que pertinent ad fidem xp̄i. vel maioza merita vel celestia. p̄s. Ascensiones in corde suo disposuit ꝛc. Et dicit. Extendens. Qui enim aliquid vult capere extendit se quantū potest. Sed debet coz extendere se per desideriū Sap. 6. Concupiscētia sapientie ducit ad regnū perpetuū ꝛc. Sed ad quid tendit? Ad destinatū brauiū quod est premiū solius currentis. 1ᶜ. cozinth. 9. Omnes quidem currūt sed vnus accipit brauiū. Dico autem ad hoc brauiū destinatū mihi a deo quod est superne vocatiōis dei. Rom. 8. Quos predestinauit hos ꝛ vocauit ꝛc. Et hoc in xp̄o iesu. id est per fidem xp̄i.

Lectio tertia.

Quicunq; ergo perfecti sumus hoc sentiamus ꝛ si quid aliter sapitis ꝛ hoc vobis deus reuelabit. Uerum tamen ad quod peruenimus vt idem sapiamus ꝛ in eadē permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres: et obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant quos sepe dicebam vobis. nūc autem ꝛ flens dico inimicos crucis xp̄i: quorum finis interitus. quorum deus venter est et gloria in confusione ip̄orum qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in celis est. Unde etiam saluatorem expectamus dominū nostrum iesum xp̄m qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratū corpori claritatis sue scōm operationez virtutis sue: qua etiam possit subijcere sibi omnia.

Supra ꝓposuit quomodo ab vltima perfectiōe deficiebat: nūc hortat alios ad idem sentiendū. Et primo ponitur exhortatio. Secūdo quid ab eis necessario exigatur. ibi. Uerūtamen ad q̄d peruenimus ꝛc. Dicit ergo quicūq; ꝛc. scz quod ego sentio scz q̄ nō sum perfectus. Quo modo ergo: si perfecti sumus sentimus quasi non perfecti? Respondeo. Dicendū q̄ perfecti perfectiōe vie sed non perfecti perfectiōe comprehensionis. quādo scz tota intentio ferē actu in deū. In via vero habitualiter q̄ scz nihil contra deū faciamus. Et dicit. Quicūq; q̄ quāto quis est perfectior tanto imperfectum magis cognoscit. Job. vlti. Auditu auris audiui te. nūc autez oculus meus videt te. Iccirco ip̄e me reprehēdo ꝛ ago penitentiaz in fauilla ꝛ cinere ꝛc. Heb. 5. Perfectoz est solidus cibus eoz qui p cōsuetudine exercitatos habēt sensus ad discretionē boni ꝛ mali. ¶ Et si quid aliter ꝛc. In glo. quattuoz modis dicit. ꝛ primo ponit duo sensus magis litterales. Unus talis. dico q̄ vos sentiatis q̄d ego scz vos esse imperfectos. tamen si quid aliter. id est melius de vobis sapitis q̄ ego de me hoc ip̄m est vobis per reuelationē diuinā donatū. Et quādo altius est vobis reuelatū aliquid q̄d non mihi cōtradico sed cedo vestre reuelationi: verūtamen nolo q̄ ꝓpter hanc reuelationē ab vnitate ecclesie discedatis. sed teneam⁹ ex vnitate illud ad quod peruenimus vt idē sapiamus ꝛc. que vnitas ecclesie cōsistit in vnitate veritatis fidei ꝛ rectitudinis bone operatiōis. Et vtraq; seruanda est. 2ᶜ. cozinth. vlti. Perfecti estote exhortaminī: idez sapite ꝛc. ¶ Et in eadem regula bone vite ꝛ operatiōis. Hal. vlti. Quicūq; hanc regulā secuti fuerint pax super illos ꝛ misericordia ꝛc. Uel aliter. dico etiā si vos ꝓpter ignorantiā vel infirmitatē aliter sapitis q̄ veritas habet si humiliter cōfitemini nec proterue defendatis. Math. 11. Abscondisti hec a sapientibus ꝛ prudentibus ꝛ reuelasti ea parvulis. ꝛc. Uel aliter dico q̄ idem sentiamus. scz nondū cōprehendisse. sed si quid aliter nūc sapitis q̄ sapiendū sit in futuro quia nūc videmus in speculo: tunc autē facie ad faciē deus reuelabit in futuro. p̄s. Reuelabit condensa ꝛc. Uel aliter. Ut sapitis hic obscure ꝛ in futuro manifeste deus indicabit. quia fides ex deo est. verūtamen ꝛc. nō mutaē. ¶ Deinde cū dicit. Imitatores ꝛc. inducit ad fuit ꝛ aliox imitationē vt caueant malos. Et primo ꝓponit intentionē. Secūdo rationē ibi. Multi enim ꝛc. Dicit ergo quia hec reputo vt sterczora ꝛc. In hoc imitatores ꝛc. Johan. 10°. Vocem eius audient. Quasi dicat. Ego sum pastor vos oues mee per imitationē. 1ᶜ. cozinthio. 4°. ꝛ. 11. Imitatores mei estote sicut ꝛ ego xp̄i ꝛc. Et obseruate. id est diligenter cōsiderate qui ita ambu-

Explanatio sancti Thome

in epistolam ad Philippenses IIII.

lant sicut ego. Et vos scire potestis ex regula ꝛ doctrina mea. 1ᵉ. thymo. 4. Exemplū esto fideliū in verbo. in cōuersatiōe. in charitate. in fide. in castitate. 1ᵉ. petri. 5°. Forma facti gregis ꝛ ex animo. ¶ Deinde cū dicit. Multi ꝛc. Ponit ratio monitiōis. ꝛ primo ex parte vitandorum. Secūdo ex parte imitandoꝝ ibi. Nostra autē conuersatio ꝛc. Ne aūt hec videat ex odio dicere premittit suam affectionē. Secūdo ostendit quales sunt vitandi. ibi. Inimicos ꝛc. Dicit ergo. Dico ꝙ imitandi indigēt obseruatiōe. quia quidam aliter incedūt. scz de malo in peius. ps. In tenebris ambulant ꝛc. Quos ꝛc. vobiscū presens. nūc autē ꝛ flens pre cōpassione. Jere. 9. Quis dabit capiti meo aquā et oculis meis fontē lacrimarū ꝛ plorabo die ac nocte interfectos populi mei. Et huius rationē ostendit dicens: Inimicos ꝛc. Quos describit Primo ex opere. Secūdo ex intentiōe ibi. Quoꝝ deus ꝛc. Item circa primū. Primo proponit opus. Secūdo euentū operis ostendit ibi. Quoꝝ finis ꝛc. Opus eorū est exercitiū inimicitie contra crucem xpi. scz dicentiū ꝙ nullus potest saluari sine legalibus in quo euacuāt virtutē crucis xpi. Gal. 2. Si enim ex lege iusticia, ergo xps gratis. id est sine vtilitate moztuus est. 1ᵉ. cozinthio. 1°. Verbū enim crucis pereūtibus quidem stultitia est: his autē qui salui fiunt: id est nobis virtus dei est. Et quid euenit? Certe nobis vita per crucē xpi. illis autē contrariū quia incurrent mortē. Unde dicit. Quoꝝ finis interitus scz mortis eterne. Job. 28. Lapidē caliginis ꝛ vmbrā mortis diuidit ꝛc. ¶ Deinde describit eos quātum ad intentionē. Et primo manifestat eoꝝ intentionē Secūdo ostendit intentionis euentū. ibi. Et gloria ꝛc. Dicit ergo. Quoꝝ deus ꝛc. Quasi dicat. Jdeo hoc dissemināt scz legalia esse obseruanda ꝓpter lucrū ꝛ gloriā ꝓpriam vt satisfaciāt ventri. Rom. vlti. Domino nō seruiūt sed suo ventri. Et per pulces sermōes ꝛ benedictiones seducūt corda innocentiū. Eccl. 6. Omnis labor hominis in oze eius. sed anima illius nō implebit. Et dicit deus: quia ꝓpriū dei est vt sit principiū primū et finis vltimus. Unde qui ꝓ fine habet aliquid illud est deus suus. Item querūt gloriā suam. cōtra illud Joh. 8. Ego gloriā meam nō quero. est qui querat ꝛ iudicet ꝛc. Sed euentus eoꝝ erit in cōfusione. Ose. 4°. Gloriā eoꝝ in ignominiā cōmutabo. Et hoc eoꝝ qui terrena sapiūt. id est quibus terrena placent ꝛ ea querūt. Et hij confundētur quia status eoꝝ transit. Rom. 8. Si scōm carnē viueritis morieminī ꝛc. Hic. Quoꝝ deus ꝛc. Dei ꝓpriuz est iustificare. qui ergo in cibis iustificationē ponebāt: dicebant deū ventrem. Item est in cōfusione. quia in cōfusibilib⁹ scz in circūcisione pudendoꝝ occisione brutoꝝ. ¶ Consequēter ostendit quales sunt imitandi. ibi. Nostra autē conuersatio ꝛc. Et primo describit in eis celestem cōuersationē. Secūdo expectationē ibi. Unde saluatorē ꝛc. Tercio vtilitatē ibi. Qui reformabit corpus humil'. ꝛc. Dicit ergo. Illi terrena sapiūt: sed non est sic de nobis quia nostra cōuersatio perficit per contemplationē. 2ᵉ. cozinth. 4°. Non cōtemplantibus nobis que videnē: sed que non videnē ꝛc. Item per affectionē: quia sola celestia diligimus. Item per operationē in qua est celestis repsentatio. 1ᵉ. cozinth. 15°. Sicut portauimus ymaginē terreni: portemus ꝛ ymaginem celestis. Sed quare est ibi ꝙuersatio? qz inde expectamus optimū auxiliū. ps. Neuaui oculos meos in mōtes ꝛc. Math. 6. Ubi est thezaurus tuus ibi est ꝛ coꝛ tuū ꝛc. Unde dicit. Unde expectamus saluatorē nostrū. Esa. 30. Beati omnes qui expectāt eum. Luce. 12. Similes hominib⁹ expectantibus dominū suū quando reuertat a nuptijs ꝛc. Tria autē facit iste aduentus. Primo cōmunē resurrectionē. Jdeo dicit. Reformabit corpus humilitatis. id est abiectiōis quia est mortalitati subiectū. Job. 25. Homo putredo ꝛ filius hominis vermis. 1ᵉ. cozinth. 15. Seminat in coꝛruptiōe surget in incoꝛruptiōe. seminat in ignobilitate surget in gloria. seīnat in infirmitate surget in virtute. Hoc corpus sic abiectuz reformabit. id est ad formā ꝓpriā reducet. Rom. 8°. Qui suscitauit iesum xpm a mortuis viuificabit ꝛ mortalia corpora nostra ꝛc. Item sanctoꝝ imitationē. Jdeo dicit. Configuratū corpori claritatis sue. Corpus siquidē xpi est glorificatū per gloriā diuinitatis sue. ꝛ hoc meruit per suam passionē, quicūq; ergo participat virtutē diuinitatis per gratiā et passionem xpi imitat: gloziabit. Apoc. 3°. Qui vicerit dabo ei sedere mecū in throno meo sicut et ego vici ꝛ sedi cū patre meo in throno eius ꝛc. 1ᵉ. Joh. 3°. Similes ei erimus. Mathei. 13°. Tunc iusti fulgebūt sicut sol in regno patris coꝝ. Et hoc facit scōm operationē diuinitatis sue. id est per virtutē in ipo per quā possit sibi subiicere omnia. Omnes enim xpo subijcienē. quidā quantū ad salutē. quidam quantū ad penā. In primis exercebat misericordiā. In secundis iusticiā. ps. Omnia subiecisti sub pedibus eius ꝛc. 1ᵉ. cozinth. 15°. Pater subiecit omnia filio. Joh. 5. Quecūq; pater facit ꝛ filius similiter facit.

Capitulum quartum.

Itaq; fratres mei charissimi ꝛ desiderantissimi: gaudium meum ꝛ coꝛona mea. sic state in domino charissimi. Euchodiam rogo: et synthicen deprecoꝛ idipm sapere in domino. Etiam rogo ꝛ te germane compar. adiuua illas que mecum laborauerūt in euangelio cum clemente et ceteris adiutoribus meis: quoꝝ nomina sunt in libro vite. Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit oībus hoībus. Dominus em̄ ꝓpe est. Nihil solliciti sitis sed in omni oratione ꝛ obsecratione cuz gratiarūactione petitiones vestre innotescant apud deum. Et pax dei que exuperat omnem sensum custodiat coꝛda vestra ꝛ intelligentias vestras in xpo iesu. Decetero fratres quecunq; sunt vera. quecunq; pudica. quecunq; iusta. quecunq; sancta. quecunq; amabilia. quecunq; bone fame. si qua virt⁹ si qua laus. discipline hec cogitate que ꝛ didicistis ꝛ accepistis ꝛ audistis ꝛ vidistis in me. Hec agite ꝛ deus pacis erit vobiscum.

Supra ꝓposuit eis exempla sequēda: hic per ammonitionē moralē ostendit qualiter se debeāt habere. Et primo ostendit qualiter se habeant in futurū. Secūdo commendat eos de preterito ibi. Gaudius sum autē ꝛc. Circa primū duo facit. Primo monet ad perstendū in iam habito Secūdo ad ꝓficiendū in melius ibi. Gaudete in dño semper ꝛc. Iterū prima diuidit in duas partes. In primo inducit ad perseuerandū in generali. Secūdo ponit speciales modos ad singulares personas ibi. Euchodiā rogo ꝛc. Circa primū. primo cōmonet ad eos iuū affectū. Secūdo ponit monitionē ibi. Sic state ꝛc. Affectum autem suū cōmendat quintupliciter. Primo scōm amorem ostendēs eos sibi dilectos. Unde dicit. Fratres. scz per fidem. Math. 23. Omnes vos fratres estis. Itē per charitatē. Unde dicit. Charissimi. 1ᵉ. coꝛ. 10. Charissimi mihi ꝛc. Item scōm desideriū. Unde dicit. Desiderātissimi. supza primo. Testis est mihi deus quomō cupiā ꝛc. Et dico desiderātissimi. qz desidero vos: vel quia me desideratis. Item per gaudiū. Unde dicit. Gaudiū meū Et hoc scz ꝙ estis boni ꝓuer. 10. Filius sapiēs letificat patrē ꝛc. Item per rationē gaudij. Unde dicit. Coꝛona mea. 1ᵉ. thes. 2. Que est em̄ spes nostra. aut gaudiū. aut coꝛona glorie? Nonne vos estis? ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Sic state ꝛc. ponit monitionē de perseuerantia dicēs: Sic state ꝛc. i. sicut ego pseuerate. vel sic sicut statis. Mat. 10. Qui perseuauerit vsq; in finē hic saluꝰ erit. ¶ Deinde cū dicit. Euchodiā rogo ꝛc. singulares monitiōes ponit. Et primo de cōcordia. Secō de sollicitudine adiutorij ibi Etiā rogo ꝛ te ꝛc. Ne due mulieres sancte ministrabāt sanctis in ciuitate philippensi. ꝛ fozte erat aliqua discordia inter eas. ideo eas ad concordiā reuocat. 2ᵉ. coꝛ. vlti. Idem sapite. ¶ Deinde cū dicit. Etiā rogo te ꝛc. quendā rogat vt adiuuaret quasdā personas. Et dicit cōpar. qz socius erat predicatiōis eius. Prouer. 18. Frater qui iuuat a fratre quasi ciuitas fortis. Adiuua illas ꝛc. Et ad hoc rogo oēs quoꝝ noīa ꝛc. Quod ponit ne si alios nō nōaret turbarenē. Quasi dicat. Non est magnū si nō scribo omniū noīa. qz sunt scripta in meliori loco. Mat. 5. Gaudete ꝛ exultate ꝛc. Liber vite ēm glo. est predestinatio sanctoꝝ. ꝛ hoc est vez ēm rem. sed differt ratiōe. Sciendū est autē ꝙ olim erat cōsuetudo ꝙ qui ordinabant ad aliq̄ officiū vel dignitatē scribebant in matricula: sicut milites et senatores q̄ palatio cōscripti erāt. Omnes aūt sancti predestinati eligunē a deo ad magnū. scz ad vitā eternā. Et hec ordinatio est predestinatio. Conscriptio hui⁹ ordinatiōis dicit liber vite. ꝛ hec cōscriptio est in memoria diuina quia in quantū ordinat predestinat. Inquantū vero imobiliter scit. dicit esse prescriptio. Firma ergo noticia de predestinatis dicit liber vite Sed nūquid aliqui inde delenē? Sciendū est ꝙ aliqui sunt scripti simpliciter. aliqui ēm quid. Sunt em̄ aliqui predestinati a deo vt habituri simpliciter vitā eternā. ꝛ isti sunt scripti indelebiliter. Aliq̄ vt habeāt vitā eternā non in se sed in sua causa inquātuz ordinanē ad iusticiā presentē. ꝛ tales dicunt deleri de libro vite qñ excedunt a presenti iusticia. ¶ Deinde cū dicit. Gaudete in dño ꝛc. hortat eos ad proficiendū in meliꝰ. ꝛ primo ordinat eoꝝ animū ad ꝓficiendū in melꝰ Secūdo actū eoꝝ ibi. Decetero ꝛc. Animū autē ordinat tripliciter. ꝛ primo quantū ad spirituale gaudiū. Scdo quantū ad spirituālē quietē ibi. Nihil solliciti ꝛc. Tertio quantū ad pacē ibi. Et pax ꝛc. Circa primū primo describit quale debet esse nostrū gaudiū. Secūdo ostendit gaudij causaz ibi. Dñs ꝙpe est ꝛc. Necessariū est enim cuilibz volēti ꝓficere ꝙ habeat spirituale gaudiū Prouerb. 17. Animꝰ gaudens etatē floridā facit ꝛc. Conditiones aūt quattuoz veri gaudij tangit apls. ꝛ primo ꝙ debet esse rectū qđ est qñ est de ꝓpzio bono hoīs. quod nō est quid creatū sed deus. ps. Mihi adherere deo bonū est ꝛc. Tunc aūt rectuz est qñ in dño. Jdeo dicit. In dño. Neemie. 8. Gaudiū dñi est fortitudo vestra ꝛc. Itē ꝓtinuū. Unde dicit. Semper. 1ᵉ. thes. vlti. Semꝙ gaudete. Nō fit qñ non interrumpit peccato. Tunc em̄ est ꝓtinuū. Aliqñ vero interrumpit per tristiciā temporalē qđ significat imperfectionē gaudij Cū em̄ quis perfecte gaudet nō interrumpit eius gaudiū. qz parū curat de reparū durante. Et ideo dicit. Semꝙ. Item multiplicatū debet esse. Si em̄ gaudes de deo imminet tibi gaudere de eius incarnatione. Luce. 1. Euāgelizo vobis gaudiū magnū. qz natus est ꝛc. Itez vt gaudeas de actiōe ꝓuerb. 21. Gaudiū est iusto facere iudiciū ꝛc. Imminet etiam tibi gaudiū de contemplatiōe. Sap. 8°. Non habet amaritudinē cōuersatio illius. Item si gaudes de bono ꝓpzio ꝙminet tibi gaudere similiter de bono aliox. Itez si de presenti imminet etiā de futuro. Et ideo dicit. Iterū ꝛc. Item debet esse moderatū. ne scz effluat per voluptates sicut facit gaudiū mūdi. Et ideo dicit. Modestia vestra ꝛc. Quasi dicat. Ita sit moderatū gaudiū vestruz ꝙ nō vertat in dissolutionē. Judith vlti. Populus erat iocundus ēm faciē sanctoꝝ ꝛc. Prouerb. 12. Qui suauis est viuit in moderatiōibus. ¶ Et dicit. Nota sit oībus hoībus. Quasi dicat. Sita vestra sic moderata sit in exteriozibus vt nulli⁹ offendat aspectū. Impediret em̄ cōuersationē vestrā. ¶ Deinde cū dicit. Dñs enim ꝓpe est tangit causa gaudij. Homo em̄ gaudet de ꝓpinquitate amici. Dñs quidē ꝓpe est presentia maiestatis. Act. 17 Non longe est ab vnoquoq; Itē est ꝓpe per inhabitatē gratiā. Jaco. 4. Approꝓinquate deo ꝛ ap propiquabit vobis. Item per exauditiōis clementiā. ps. Ꝓpe est dñs inuocantibus eū. Item ad remunerandū. Esa. 14. Ꝓpe est vt veniat tempꝰ eius. ꝛ dies eius nō elongabunē ꝛc. ¶ Deinde cuz dicit. Nihil solliciti ꝛc. ostendit ꝙ mens nostra debet esse cuieta. ꝛ primo ostendit superfluā sollicitudinē. Secō ostendit quid loco eius in mente succedat ibi. Sed in omni oratiōe ꝛc. Et satis ꝙuenienter subdit. Nihil solliciti ꝛc. ad hoc qđ dixerat. Dñs ꝓpe est. Quasi dicat. Ipse oīa tribuet. vnde non necesse est ꝙ sitis solliciti. Mat. 6. Ne solliciti sitis anīe vestre quid mādūcetis. neq; corpori vestro quid induamini ꝛc Sed cōtra. qz dicit Ro. 12. Qui ꝓest in sollicitudine Respondeo. Dicendū est: ꝙ sollicitudo qñq; importat diligentiā querendi qđ deest. ꝛ hoc est cōmendabile. et opponit negligētie. qñq; anxietatē animi cum defectu spei ꝛ timoze de obtinendo id circa qđ sollicitat. ꝛ hanc ꝓhibet dñs. Mat. 6. ꝛ hic aplus. qz non debet desperare qui dñs det necessaria. Sed loco sollicitudinis debemus habere recursuz ad deū. 1ᵉ. petri vlti. Omnē sollicitudinē ꝓijcientes in eū: qm̄ ipsi est cura de vobis. Et hoc fit orando. Et ideo dicit. Sed in omni ꝛc. Et cōuenienter posꝙ dixit. Dñs ꝓpe est. subdit de petitiōe. Nouo em̄ dño venienti ꝓponunē petitiones. Et ponit quattuoz que necessaria sunt in qualibet oratiōe. Gratio em̄ imporzat ascensuz intellectus in deū. Et ideo dicit. In omni oratiōe Eccl. 35. Oratio humiliantis se nubes penetrabit ꝛc. Item debet esse cū fiducia impetrādi ꝛ hoc ex dei misericordia. Dan. 9. Neq; em̄ in iustificatiōibus nostris ꝓsternimus preces ante faciē tuā. sed in miseratiōibus tuis multis ꝛc. Et ideo dicit. Obsecratione que est sacra cōtestatio per dei gratiā ꝛ eius sanctitatē. ꝛ ideo se humiliatis est. Prouerb. 18. Cū obsecratione loquit̄ pauper. Et hoc fit cū dicimus. Per passionē ꝛ crucē tuā ꝛc. Quia vero ingratus de beneficijs acceptis indignus est vt alia accipiat. ideo subdit. Cū gratiarūactione. 1ᵉ. thes. vlti. In oibus gratias agite. Et tūc ꝓponit petitionē. Et ideo dicit. Petitiōes vestre Mat. 7. Petite ꝛ accipietis. Et hec quattuoz si bene cōsideremus habent oēs orationes ecclesie. Primo em̄ inuocat deꝰ. post cōmemoraf diuinū beneficiū. Tertio petit beneficiū. Quarto ponit obsecratio. Per dñm nostrū ꝛc. Sed notandū ꝙ dicit: petitiōes vestre innotescāt apud deū. Nunquid dñs nescit hoc? Jdeo hoc tripliciter exponit in glo. Primo innotescant. id est approbenē ante deū ꝛ appareāt quasi digne ꝛ sancte. ps. Dirigat domie

oratio mea sicut incensus in ꝓspectu tuo ꝛc. Vel innotescant nobis ꝑ̃is q̃ semꝑ sint apud deū. Quasi dicat. Nō oretis ꝓpter fauorē apostoli. Matth. 6. Tu autē cū oraueris intra in cubiculū tuū ⁊ clauso hostio ora patrē tuū in abscondito ꝛc. Vel innotescāt his qui sunt apud deū id est angelis per quos ministeriū deferunt deo nō quasi ignozāti. sed q̃ intercedūt ꝓ nobis. Apoc. 8. Ascendit fumus incensoꝝ de oratiōibus sanctoꝝ de manu angeli coꝛā deo ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Et pax ꝛc. ordinat aīm quantū ad pacē per illam dico dispositū. Et hāc per modū orantis optat. Pax ꝺm aug⁹. est tranq̃llitas ordis perturbatio eīm ordis est destructio pacis. Hec ordis trā q̃llitas tripliciter ꝑsideraē. Primo ꝑ̃ut est in principio ordinis. scz in deo. Ro. 13. Que a deo sunt ordinata sūt ꝛc. Ab isto ꝑfundo in quo est pax deriuat primo ⁊ perfectius in beatos in quib⁹ nulla est perturbatio: nec culpe nec pene. ⁊ ꝑsequēter derivat ad sanctos viros. Et quāto est magis sanctus tanto minus patiē perturbationem mentis. ꝓs. Pax multa diligentib⁹ legem tuā: ⁊ non est illis scandalū. sed perfecta est in beatis. Esa. vlti. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis ꝛc. Quia vero coꝛ nostrū ab omni perturbatiōe nō potest esse alienū nisi per deū: oportet q̃ per ipm fiat. Unde dicit ei Et hoc scom q̃ considerāt in ipo principio exuperat omnez sensum creatū. quia vt dicit. 1ᵉ. tymoth. vlti. Lucez habitat in accessibilē. Job. 36. Ecce deus magnus vincēs scientiā nostrā ꝛc. Et ꝺm q̃ est in patria superat oīz sensum angeloꝝ. sed ꝺm q̃ est in sanctis exupat oēm sensuz humanū non habentiū gratiā. Apoca. 2. Vicenti dabo mānа absconditū ⁊ dabo illi calculū ꝛc. Hec ergo pax custodiat coꝛda vestra. id est affectꝰ vestros vt in nullo declinetis a bono ꝓuerb. 4. Omni custodia seruа coꝛ tuū. quia ex ipo vita ꝓcedit. Item intelligētias vestras scz vt in nullo deuietis a vero. Et hoc in xpo iesu. Per cuius scz charitatē conseruat affectus a malo: ⁊ per cuiꝰ fidem intellectus perseuerat in vero. ¶ Deinde cū dicit Cetero ꝛc. ordinat actū. ⁊ primo inducit eos ad bene agendū. vbi ponit actiōis obiectū scz bonū quod agitur Secdo motiuū actus. Tertio actū. Quarto fructū actus Hec quattuoꝝ sunt hic. Obiectū autē boni actus vel est obiectū cognitiōis vel affectiōis. Quantū ad intellectū est verū. quantū ad affectū est bonū. Et ideo dicit. Cetero. id est exquo sic estis firmati cogitate que sunt vera per fidē. Zach. 8. Pacē ⁊ veritatē diligite ꝛc. Quantū autē ad affectū sciendū est q̃ quedā sunt de necessitate virtutis. quedā superaddita. De necessitate sunt tria. Primo vt integer sit in se. ⁊ quantū ad hoc dicit: Quecūq; pudica. id est casta. Jaco. 3ᵒ. Que desursum est sapientia: primū quidē pudica est ꝛc. Item q̃ sit directus ad ꝓximū Unde dicit: Quecūq; iusta ꝛc. Mat. 5. Beati qui esuriūt ⁊ sitiūt iusticiā ꝛc. Item ordinatus ad deū Unde dicit. Sancta. Luce. 1. Seruiamus illi in sanctitate ⁊ iusticia coꝛā ipso oībus diebus nostris ꝛc. Obiecta autē necessitatis sunt duo. scz q̃ sit inductiuū ad amicitiā. Secūdo q̃ cōseruatiuū bone fame. Quantū ad primū dicit. Quecūq; amabilia. id est que inducūt ad mutuā amicitiā. Eccl. 7. Nō te pigeat visitare infirmū. Ex his eīm in dilectiōe firmaberis ꝓuerb. 18. Qui amica bilis ad societatē magis amicus erit q̃ frater. Quantū ad secundū dicit. Quecūq; bone fame. Multa eīm ꝓsent fieri cū bona cōscientia que tamen ꝓpter famā sunt dimittēda. Eccl. 41. Curā habe de bono noīe. Hoc eīm magis permanebit q̃ mille thesauri magni et ꝑciosi. Motiuū ad operandū est duplex. Primo inclinatio interiozis habitus. Secūdo exterioꝝ disciplina seu instructio. Quantū ad primū dicit. Si qua virtus. id est habitus virtutis est in vobis. scz inducat vos ad hoc. Eccl. 44ᵒ. Diuites in virtute pulchritudinis studiū habentes pacificātes in domibus suis. Quantū ad secūduz dicit. Si qua laus. i. laudabilis disciplina. scz est in vobis facite bona. ꝓs. Bonitatē ⁊ disciplinam ⁊ scientiā doce me ꝛc. Et exponit qualis sit ista disciplina dicens: Hec cogitate scz que didicistis me docēte. Math. 11. Discite a me q̃ mitis suz ⁊ humilis coꝛde ꝛc. Et. 1ᵉ. thes. 2. Cū accepissetis a nobis verbū auditus dei: accepistis illud nō vt verbum hominū sed sicut est vere verbū dei ꝛc. Et vidistis per exēpla. Sic eīm patet motiuū actus et obiectū. q̃ disciplina habet per doctrinaz. Unde oportet q̃ primo capiaē. Unde dicit. Hec cogitate. Itez q̃ ei audistiaē. Unde dicit. Et didicistis ⁊ accepistis. Item habet per auditū ⁊ visuz. Unde dicit. Que audistis ⁊ vidistis Bonus actus est duplex. scz vnus interior qui ponit ibi Hec cogitate. 1ᵉ. tymoth. 4. Hec meditare Exterior ibi Agite. Esa. 1. Quiescite agere peruerse: discite bene facere ꝛc. Fructus est deus ibi. Et deus pacis ꝛc. Quasi dicat. Si hoc feceritis erit⁹ vobiscū. 2ᵉ. coꝛ. vlti. Pacē habete. ⁊ deus pacis ⁊ dilectiōis erit vobiscū.

Lectio secunda.

Auisus sum in domino vehemēter quoniā tandem aliquādo reflouistis ꝓ me sentire sicut ⁊ sentiebatis. Occupati autem eratis. Non quasi ꝓpter penuriā dico. Ego enim didici in quibus sū sufficiens esse. Scio ⁊ humiliari scio ⁊ abundare. Ubiq; ⁊ in omnibus instituꝝ sum: ⁊ satiari. ⁊ esurire. ⁊ abundare. ⁊ penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Uerumtamen bene fecistis: cōmunicantes tribulationi mee. Scitis autē ⁊ vos philippenses q̃ in principio euangelij quādo ꝓfectus sum a macedonia nulla mihi ecclesia cōmunicauit in ratione dati ⁊ accepti: nisi vos soli. quia ⁊ thessalonicā semel ⁊ bis in vsum mihi misistis. non quia quero datum: sed requiro fructū abundantē in ratione vestra. Habeo autem omnia ⁊ abūdo Repletus suz ab epaphrodito que misistis in odorem suauitatis hostiā acceptam placentē deo. Deus aūt meꝰ impleat omne desideriū vestrum scom diuitias suas in gloria in xpo iesu. Deo autē ⁊ patri nostro gloria in secula seculoꝝ amen. Salutate omnē sanctum in xpo iesu. Salutant vos omnes sancti: maxime autem qui de cesaris domo sunt. Gratia domini nostri iesu xpi cum spiritu vestro amen.

Superius est endit aplus qualiter fideles se debeāt habere in futuꝝ: hic cōmendat eos de preterito sibi impenso beneficio. Et primo ponit cōmendationē. Secdo terminat epistolā in oratiōe ⁊ salutatiōe. ibi. Deus aūt ꝛc. Circa primū duo facit. Primo cōmendat eos de beneficio impenso. Secdo beneficiū diffusius exponit ibi. Nō quasi ꝛc. Item prima pars diuidit in tres particulas q̃ primo ponit gaudiū conceptū ex coꝛ beneficio. Secūdo cōmendat eoꝝ beneficiū ibi. Quoniā tandē ꝛc. Tertio excusat tarditatē ibi. Occupati ꝛc. Dicit ergo moneo vt gaudeatis. sed ego gaudeo suꝝ ꝓpter ea que fecistis nō in rebus: sed in dño. Abac. 3. Ego aūt in dño gaudebo ꝛc. Hauisus sum inquā vehementer. q̃ ꝓpter filios meos. ¶ Deinde ponit materia gaudij ibi. Quoniā tandē ꝛc. Bona opera sunt opera misericordie ⁊ dicunt flores q̃ sicut ex floꝛe fructꝰ ꝓuenit: ita ex eis fruitio vite beate percipit. Eccl. 24. Flores mei fructus honoris ⁊ honestatis. Nū ergo opus bonū intermittit ⁊ postea resumit dicit reflozere. Isti aūt aliq̃n ꝓuiderūt aplo. ⁊ iterū nūc ꝓuiderūt: ideo dicit eos reflouisse. Et hoc exponit cū subdit. Ꝓro me sentire. i. mihi cōpati. ꝺ. 1. Sicut est mihi iustū hoc sentire ꝓ omnibus vobis ꝛc. 1. mach. 10. Que nostra sūt sentias nobiscū vt ꝑserues amicitias ad nos ꝛc. ¶ Sicut ⁊ oli scz q̃n mihi ꝓuidistis. Et hoc tandem aliq̃n q̃ licet tarde: tamen aliq̃n fecistis Ro. 1. Si q̃no tandem aliq̃n ꝓsperuz iter habeā ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Occupati ꝛc. excusat tarditatē. Quasi dicat. Nō imputo negligētie vel culpe. sed necessitati. q̃ eratis occupati ꝓpter tribulatiōes quas passi estis. Eccl. 40ᵒ. Occupatio magna creata est oībus hoibus ꝛc. ¶ Deinde cū dicit Non quasi ꝓpter ꝛc. beneficiū exponit. ⁊ primo causaz gaudij. Secdo beneficiū quo flozuerūt ibi Scitis aūt ⁊ vos ꝛc. Tertio cōmemozat beneficiuz ꝓs ibi. Habeo aūt oīa ꝛc. Item ꝓio excludit causaz gaudij extimatā. Secdo ꝓpriā mentis ꝓstantiā ibi. Ego eīm didici Tercio approbat beneficientiā ibi. Verūtamen bene fecistis ꝛc. Dicit ergo. Non gaudeo ꝓpter penuriā a vobis ꝓuliaz que grauis erat. Esa. 48. Elegi te in camino paupertatis. Sed tū nō deprimit animū nisi coꝛ qui in diuitijs delectaē: aut qui gloriantur in substātia. Et ideo aplus non tristat de paupertate. cuiꝰ ratio est constantia mentis eius quā primo ponit. Secdo causam eiꝰ ibi. Ubi possuz ꝛc. Item primo ponit ꝓstantiā in speciali casu. Secdo generaliter in oībus. ibi. Ubiq; ꝛc. Dicit ergo paupertatē nō timeo q̃ didici ꝛc. Nihil demōstrat ita mentē sapientis perfecti sicut q̃ sciat vti quolibet statu. Sicut eīm est bonus dux q̃i in quolibet exercitu operaē ꝺm exigentiā eius. ⁊ coziarius qui ex quolibet coꝛdo facit optimos sotulares. sic ille perfectus est qui scit vti quolibet statu vt si sit in magno nō eleuet ⁊ si in minimo nō deijciat. Et ideo dicit. Didici ꝛc. Esa. 50. Dñs deꝰ aperuit mihi aurē ego aūt non ꝓtradico retrozsū nō abij ꝛc. Et hoc sufficit si parū habeo: si multū scio me cōtemperare. Et ideo se exponit dicēs: Scio humiliari. Nūlitas aūt q̃nq; dicit virtutē quandā. Luc. 14. 7. 18. Qui se humiliat exaltabit ꝛc. Uñq; deiectionē. ꝓs. Humiliauerunt in cōpedibus pedes eius ꝛc. Et sic loquit hic discens: Scio humiliari. i. abiectionē sustinere moderate sicut oportet. Et q̃ hoies exaltant per diuitias ⁊ deprimunt per paupertatē. ideo exaltationē vocat abūdantiā Et in vtroq; est periculū. q̃ ex abūdantia erigit animus ꝑtra deū. ex paupertate deijcit. Et ideo dicit ꝓuerb. 30. Paupertatē ⁊ diuitias ne dederis mihi. Sed aplꝰ loq̃ melius q̃ virtute i vtroq; scit vti. ⁊ hoc vbiq;. i. in omni loco. ⁊ negocijs. statibus. ⁊ ꝺitiōibus institutus. sicut. 2. coꝛ. 6. In oībus exhibeamus nosmetipos sicut dei ministros ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Ubi possuz ꝛc. ponit causam sue cōstantie dicēs: Ubi possuz ꝛc. Quasi dicat. Non possē hos insultus sustinere nisi manu dei me ꝓtegente. Ezech. 3. Manus dñi erat mecū. Esaie. 40. Qui sperāt in dño mutabūt fortitudinē assument pēnas sicut aquile ꝛc. Sed nūq̃d supfluit q̃ misimus cū sciasꝫ egere? Non. q̃ licet sciaz penuriā pati q̃ est virtus. tū nō debet mihi subuentio subtrahi. Ro. 12. Necessitatibus sanctoꝝ cōicantes. Heb. 10. Nam ⁊ vinctis cōpassi estis. Et sic patet causa gaudij. ¶ Secdo cōmemozat ꝓteritū beneficiū ibi. Scitis aūt ꝛc. A quibusdā eīm nihil accipiebat. scz cozinthijs ⁊ thessalonicensibus. ⁊ hoc q̃ cozinthij erāt auari ⁊ cū turbatiōe mūtrassent. ꝛ q̃ thessalonicenses erāt ocio dediti: laborabat vans eis exemplū laboꝛādi. Isti vero erāt boni in absentia ⁊ ꝑntia. Unde dicit. 2. coꝛ. 11. Alias ecclesias expoliaui accipiēs stipendiū ad ministeriū vꝝm. ¶ In rōe dati spualis ⁊ accepti tpalis. 1ᵉ. coꝛ. 9. Si nos vobis spualia seminauim⁹. nō magnū est si nos carnalia vestra metamus ¶ Quia ⁊ in thessalonica ꝛc. Et hoc est argumentū q̃ papa potest ab vna ecclesia accipe in subsidiū aliaz nō aūt sine oī causa ¶ Sciendū est aūt q̃ cū quis dat aliquid alicui: duo sūt ꝑsideranda. scz substātia muneris ⁊ meritū dantis. q̃ gaudet de tpalibus gaudet de substātia muneris nec queritnisi dantē: ⁊ hic est mercenarius. Qui aūt querit meritū querit fructū virtutis ⁊ iusticie. Et talis est pastoꝛ. Fructū inq̃ qui abūdat in ratiōe vestra. Nō dicit dupliciter vel ꝺm q̃ est virtus aīe. ⁊ sic oīs virtus est ratiōis. Ro. 12. Ratiōabile obsequiū vestrū. Uñq; est rōcinatio ⁊ cōputatio. Mat. 18. Qui voluit rationē ponere cū seruis suis ꝛc. Ideo dicit abundantē in ratiōe. q̃ plus debant q̃ tenerent. q̃ quidā tantū in ꝑntia: sed isti etiam mittebant romā. ¶ Habeo aūt q̃ misistis ꝛc. Acceptis. i. bis que misistis. In odoꝛē ꝛc. Leuit. 3. 7. 4. Offerre holocaustū in odoꝛē suauitatis dño. Est eīm odoꝛ deo suauis deuotio offerentiū ⁊ inter oēs hostias multū valent elemosine. Heb. 13. Beneficētie aūt ⁊ cōmunis nolite obliuisci. talibus eīm hostijs ꝓmerē deus. ¶ Deinde cū dicit Deus aūt ꝛc. finit epiaz in oratiōe. ⁊ primo ponit orationē. Deus aūt meus ꝛc. Unus deus est oīm per creationē ⁊ potentiā. sed meus q̃ singulariter ei seruio. Ro. 1. Testis eīm est mihi deus cui seruio ꝛc. Impleat ꝛc. q̃ implestis meū. Et hoc potest dñs q̃ abundat ꝺm diuitias. Ro. 10. Idem dñs oīm diues in oēs qui inuocāt illū ꝛc. Et hoc vez in gloria scz sua. q̃ ibi ꝛplebit totū desideriū. ꝓs. Satiaboꝛ cū apparuerit gloria tua. ꝓs. Qui replet in bonis desideriū tuū. Et hoc in xpo. i. per xpm. 2. petri. 1. Per onē maxīa nobis ⁊ preciosa donauit ꝛc. Et de oībus his sit deo trinitati ⁊ patri nostro gloria ꝛē 1. tymoth. 1. Soli deo honoꝛ ⁊ gloria ꝛc. Seculū est spaciū seu duratio generatiōis aut memoꝛie hoīm. Posita primo oratiōe. ⁊ scdo gratiarūactiōe. Tertio ponit salutationē. ¶ Oēm sanctū. i. fideles in xpo. q̃ per xpm sanctificati. Heb. 13. Et sanctificaret per suū sanguinē populū extra portā passus est. Et patet per totū ¶ Maxeī ꝛc. Et per hoc intelligit q̃ multos de familia cesaris cōuertit. supza primo. Et vincula mea manifesta in xpo fierēt in oī pretorio ⁊ ceteris hoibus ꝛc. Quāuis aūt. Matth. 11. dicaē. Qui mollibus vestiunē in domibus regū sunt ꝛc. tū ad ꝓmouendū bonos ⁊ impediendū malos videē licitū sanctis in curijs regū cōmozari sed nō ꝓpter delitias ⁊ ꝓcupiscentiā voluptatū. Et dicit. Qui de cesaris domo sunt vt eos animet ad gaudiū ⁊ ad fidē ¶ Deinde ponit suā salutationē de manu sua diēs: Gratia dñi ꝛc.

¶ Explicit deuotissima expositio doctoris angelici sanctissimi Thome de aquino ordinis fratrū predicatoꝝ super epistola sancti Pauli aplī ad philippenses.

Incipit subtilis explanatio eiusdē gloriosissimi doctoris sancti Thome de aquino ordinis fratrū predicatoꝝ super epistola sanctissimi Pauli aplī ad colossenses.

Explanatio sancti Thome

Prologus.

Rotegebat castra gladio suo ꝛc. 1. Macha. 3.

Hec verba congruūt materie huiꝰ epistole ad colossenses: quia totus status huius vite est in pugnatiōe militantiū: quoꝝ habitacula castra dicunt Job. 7. Militia est vita hominis super terrā. ideo habitacula fideliū noīe castrorū figuranē. Unde ecclesia similitudinē habet castroꝝ. Henek. 32. Castra dei sunt hec ꝛc. Hec castra tripliciter impugnanē. A quibusdā quasi obsidentibus qui manifeste se erigūt contra ecclesiā. Apoc. 20. Ascenderūt super latitudinē terre ⁊ circuierūt castra sanctoꝝ ⁊ ciuitatē dilectā ꝛc. Ab alijs latenter decipiē sicut ab hereticis Ro. vlti. Per dulces sermones ⁊ benedictiōes seducūt corda hominū ꝛc. 2ᵉ. tymoth. 3. Mali autē homīes ⁊ seductores ꝓficient in peius errātes ⁊ in errorē mittētes ꝛc. A quibusdā scz domesticis per diuersas corruptelaſ peccatoꝝ que sunt ex corruptiōe carnis. Hal. 5. Caro cōcupiscit aduersus spiritū ⁊ spūs aduersus carnē ꝛc. Ephe. vlti. Non est nobis colluctatio aduersus carnē ⁊ sanguinē: sed aduersus principes ꝛc. Prelati ecclesie sunt duces. ps. Principes iuda duces eoꝝ ꝛc. Ad quoꝝ officū pertinet cōtra oīa predicta castra ecclesie munire. Cōtra peccata quidē per exhortatiōes. Esa. 58. Annūcia populo meo scelera eoꝝ ⁊ domui iacob peccata eoꝝ. Contra hereticos per sanā doctrinā. Tyt. 1. Amplectentem eū qui ſm doctrinā est fidelē sermonē ꝛc. Cōtra persecutores exemplo. scz patienter tolerādo sicut paulus protexit gladio spirituali. qz in suis epistolis ocripiebat peccata. cōfutabat hereses. animabat ad patientiā. De primo ephe. 5. Fornicatio autē ⁊ oīs immūdicia aut auaritia. nec nominetur in vobis ꝛc. De secūdo tyth. 3. Mereti cū hominē post primā ⁊ secundā correctionē deuita ꝛc. De tertio. 2ᵉ. coꝝ. 11. Per totū patet qūo animabat ad patientiā. Et sic tanguntur duo in verbis ꝓpositis scz ecclesie status cū dicit. Castra. ⁊ apostoli studiū ibi. Protexit. In castris autē debet esse sollicitudo ad mala vitāda. Deutro. 23. Et sint castra tua sancta ⁊ nihil in eis appareat fediratis. Item ordo ad ducē ⁊ ad se. Cant. 7°. Quid videbis in sunamite nisi choros castroꝝ? Henek. 32. Castra dei sunt hec. Item terror ad hostes. Can. 6. Terribilis vt castroꝝ acies ordinata ꝛc. Sed apostol⁹ circa protectionē erat sollicitus tanq̄ pastor cuius est dirigere oues diligenter ne errent. Joh. 10. Ante eas vadit ꝛc. Et sic apostolus faciebat. Ad hil. 3°. Imitatores mei estote sicut ⁊ ego xpi ꝛc. Item pascere abundāter ne deficiant. 1ᵉ. petri. 5°. Pascite qui in vobis est dñi gregem ꝛc. Et sic apostolus faciebat. 1ᵉ. corinth. 3°. Tanq̄ paruulis lac dedi vobis. Item defendere potēter ne pereant Eccl'. 7. Noli velle fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates ꝛc. 1. Regū. 17. Pascebat seruꝰ tuus patris sui gregem: ⁊ veniebat leo vel vrsus ꝛc. Et ideo dicit q̄ apostolus ꝓtegebat castra. id est ecclesiam dei gladio quod est verbū dei vt dicit Ephes. 6°. Heb. 4°. Viuus est enim sermo dei et efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti ꝛc. Sic ergo materia huius epistole est hec: quia in epistola ad ephesios ostendit modum ecclesiastice vnitatis. In epistola ad philippenses ostēdit eius ꝓfectum ⁊ confederationē. In hac autem agit de eius cōuersatione contra hereticos qui deprauauerūt eos seducendo ꝛc.

Capitulum primū.

Paulus apostolus iesu xpi per voluntatem dei et tymotheus frater his qui sunt colossis sanctis ⁊ fidelibus fratribus in xpo iesu.

Diuidit autē hec epistola in salutationē ⁊ tractatū. ibi. Gratias ꝛc. Item primo ponunt persone salutātes. Secūdo persone salutate ibi. His qui sunt ꝛc. Tertio bona optata ibi Gra vobis ꝛc. Circa primū ꝑ° ponit principalis persona. Secō adiūcta ibi. Et tymotheus ꝛc. Principalis primo tangit ex noīe paulus. id est humilis. Tales eñ percipiūt sapientiā. Mat. 11°. Abscondisti hec sapientibus ⁊ prudentibus: ⁊ reuelasti ea paruulis. Et ideo docet eam. Secūdo ab officio. scz apls. id est missus. scz ad ꝓcurandū salutē fideliū. Actuū. 13. Segregate mihi barnabā ⁊ saulū in opus quo assumpsi eos ꝛc. Joh. 20. Sicut misit me pater ⁊ ego mitto vos ꝛc. Et aplus non cuiuslibet sed iesu xpi cuius gloriā querit. nō suiipsius. 2ᵉ. coꝝ. 4. Non enim nosmetipos predicamus sed iesum xpm dominū nostrū. nos autē seruos vestros per iesum ꝛc. Sed quidā peruenerunt ad officiū ex ira dei propter peccatū populi Job. 34. Qui regnare facit hoīem ꝓpter peccata populi. Osee. 13. Dabo tibi regē in furore meo. Et ideo dicit. Per voluntatē dei. scz eiꝰ beneplacitū. Jere. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum ⁊ pascent vos sciētia ⁊ doctrina ꝛc. Persona adiūcta est tymotheus. vt scz in ore duoꝝ vel triū stet omne verbū. vt dicit Deutro. 17°. Prouerb. 18°. Frater qui iuuatur a fratre quasi ciuitas firma ꝛc. Persone salutate ponunt ibi. His ꝛc. Sancti dicunt maiores Luce. 1. Seruiam⁹ illi in sanctitate ⁊ iusticia cora ipso ꝛc. Fideles dicuntur minores qui saltē verā fidem tenēt. qz sine fide impossibile est placere deo. vt dicit Heb. 11°. Vel sanctis. id est in baptismo sanctificatis. ⁊ fidelibus. id est permanētibus in fide accepta. Prouer. 28. Vir fidelis multū laudabit ꝛc. ¶ Deinde ponūtur bona optata scz gratia que est principiū omnis boni. Rom. 3. Justificati gratis per gratiā ipius ꝛc. Pax que est finale bonū oim. ps. Qui posuit fines tuos pacē ꝛc. Et per cōsequens optat oīa bona media. Et hoc a deo. ps. Gratiā ⁊ gloriā dabit dominus ꝛc. Patri nōi nostri iesu xpi. scz per naturā. sed nostro per gratiā. Et dño iesu xpo. ⁊ sic patre nostro scz deo i trinitate. ⁊ dño iesu xpo q̄tū ad naturā assumptā.

Lectio secunda.

Gratias agimus deo ⁊ patri domini nostri iesu xpi semper ꝓ vobis orātes. audiētes fidem vestram in xpo iesu ⁊ dilectionem quaz habetis in sanctos omnes propter quez que reposita est vobis in celis: quam audistis in verbo veritatis euangelij quod peruenit ad vos sicut et in vniuerso mundo est ⁊ fructificat ⁊ crescit sicut in vobis ex ea die qua audistis ⁊ cognouistis gratiā dei in veritate: sicut didicistis ab epaphra charissimo cōseruo nostro qui est fidelis ꝓ vobis minister xpi iesu. Qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu.

Hic accedens ad propositū incipit epistolarē tractatū: ⁊ primo cōmendat euangelij veritatē. Secō gratiarū actionē ꝓtegit veritatē status huius in 2°. cap. ibi. Volo eñ scire vos ꝛc. Circa primū duo facit. Primo cōmendat euangelice fidei veritatē. Secūdo actorē huius status. ibi. Qui est ymago ꝛc. Item prima in duas. qz primo agit gratias ꝓ beneficijs specialiter exhibitis colossensibus. Secūdo ꝓ exhibitis generaliter ecclesie ibi. Gratias agentes ꝛc. Circa primū duo facit. qz primo cōmendat gratiarūactionē deo pro istis. Secūdo ostendit orationis materiā ibi. Audientes ꝛc. Iterū prima in duas. quia primo p̄mittit gratiarūactionē. Secūdo orationē. ibi. Orantes. Dicit ergo. Gratias agim⁹ deo actori gratiarū. 1. thes. vlti. In oībus gratias agite. Et hoc semp ꝓ preteritis ⁊ futuris. Licet eñ non cōtinue in actu possimus orare: tamē semper ex habitu charitatis debemus orare. 1ᵉ. thes. vlti. Sine intermissione orate ꝛc. Luce. 18. Oportet semper orare. ¶ Deinde ponit materia. et primo gratiarūactionis. Secō orationis ibi. Ideo ⁊ nos ꝛc. Circa primū primo cōmemorat bona eorū. Secūdo quomō fuerūt ea adepti ibi. Quā audistis ꝛc. Bonū non strū principaliter est in fide spe ⁊ charitate. Per fidē eñ habem⁹ noticiā dei. per spem eleuamur in ipm. sed charitate vnimur ei. 1ᵉ. coꝝ. 13. Nunc aūt manēt fides. spes charitas tria hec ꝛc. Et ideo de istis tribus gratias agit ꝓmo q̄ fidem habēt. Non eñ ipse predicauerat eis. sed quidā discipulus epaphras noīe. ⁊ postea archipp⁹ Et ideo dicit. Audientes fidē que est principiū spūalis vite. Abac. 2. Justus meus ex fide. Heb. 11. Accedentē ad deū oportet credere ꝛc. Sed hec fides sine dilectiōe operante est mortua. vt dicit Jaco. 2. Et ideo oportet q̄ assit dilectio operās. Hal. vlti. In xpo iesu neq̄ circūcisio aliq̄d valet neq̄ ꝓpucium sed noua creatura. Et iō dicit. Et dilectionē quā habetis ꝛc. Est aūt quedā dilectio charitatis ⁊ quedā mūdana: sed mūdana non se extendit ad oēs. q̄ dilectio ad illos est cū quibus est cōio: que est causa dilectionis ⁊ hec cā in dilectiōe mundana nō se habet ad oēs: sed tantū est cū cōsanguineis ⁊ mūdanis. sed dilectio charitatis se extendit ad oēs. Et ideo dicit. Jn oēs. Nam ⁊ si peccatores diligant per charitatē hoc est vt sint sancti. 1ᵉ. Jo. 3. Nos scimus q̄n translati sumus de morte ad vitā q̄n diligimus fratres. Ite dilectio mūdi habet fructū in hoc mūdo: sed charitas in vitā eternā Et ideo tertio subdit de spe dicēs. Propter spez que reposita est. i. ꝓpter gloriā eternā: que ideo dicit spes. q̄ ꝑ certo custodit Job. 19°. Reposita est hec spes mea in sinu meo. ¶ Deinde cū dicit. Quā ante audistis ꝛc. ostēdit quō adepti sunt ista. Et ꝓmo cōmendat doctrinā euāgelicā. Secō ministeriū ibi. Sicut didicistis ꝛc. Ite primo cōmendat doctrinā a veritate. Secō ab eiꝰ dilatatione ibi. Qui peruenit ꝛc. Tertio a ꝓfectu ibi. Et fructificat ꝛc. Dicit ergo. Quā audistis scz spem vel rē speratam. Et hoc in verbo veritatis euangelij. Hec eñ excedit oīa. 1ᵉ. coꝝ. 2. Hec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascendit ꝛc. Et ideo deus eaz reuelat. Mat. 3. Penitentiā agite appropinquabit eñ regnū celoꝝ ꝛc. Hec aūt est spes vera nō vana. sicut q̄n ꝓmittēs est mendax. qz in verbo veritatis. Joh. 17. Sermo tuus veritas est. ¶ Deinde cū dicit. Qui peruenit. cōmendatur doctrina xpi a dilatatiōe. qz nō solū puenit ad vos: sed in vniuerso mūdo. ps. In oēm terrā exiuit sonus eorū ꝛc. Mat. 24. Oportet hoc euangeliū regni predicari in vniuerso orbe. ⁊ tūc erit cōsumatio. Sed qūo? Non dum est cōsumatio cū predicatū sit in vniuerso mūdo Respondeo. Aliqui dicūt q̄ euangeliū xpi non est euangeliū regni. Sed hoc est falsum. qz dñs dicit hoc euangelium regni. Sed dicendū est: scom crisostomū q̄ adhuc viuentibus aplis euangeliū xpi est diuulgatū per totuz mundū saltē quantū ad famā qs est valde miraculosum q̄ in quadraginta annis sic creuerit doctrina xpi. Et sic dicit in vniuerso mūdo quantū ad famā ⁊ tunc erit cōsumatio. id est destructio hierusalē. Secom aug'. autē hoc non est verū qz adhuc tpe suo erant aliq̄e gentes in quibus nondū erat ecclesia. Et ideo ipe dicit hoc esse intelligenduz qñ predicabit. Ita q̄ quādo in oībus gentibus ecclesia erit fundata licet aliqui sint credentes aliqui nō tūc erit finis. ⁊ hoc non tpe apli: sed circa finē mundi. et sic in vniuerso mūdo loquit aplus de futuro sicut de presenti ꝓpter certitudinē euentus. ps. In omnē terrā exiuit sonus eoꝝ ꝛc. Potest tamē dici q̄ secom famā est diulgatū per totū mundū sed nō ſm fundationē. ¶ Deinde cōmendat doctrinam xpi quantū ad fructū per bona opera ibi. Et fructificat ꝛc. Eccl'. 24. Flores mei fructꝰ honoris ⁊ honestatis ꝛc. Mat. 13°. Alius fructū aliud centesimū. aliud sexagesimū. aliud tricesimū ꝛc. Et crescit scz in multitudine credentiū Act. 2. Dñs autē augebat qui salui fierent quottidie in idipm. Et hoc magne potestatis fuit. q̄ sicut in vobis: ita et in alijs. Audistis predicationē ⁊ cognouistis approbādo. ¶ Consequēter cōmendat ministeriū tripliciter. Primo per cōparationē ad se. Secūdo per cōparationē ad ipsos. Tercio quātū ad vtroſq̄. Dicit ergo. Edocti estis per euangeliū sicut ab epaphra didicistis cōseruo. Apoc. vltimo. Conseruus tuus sum ⁊ fratrū tuoꝝ ꝛc. Qui est fidelis minister. scz nō querens que sua sunt. 1ᵉ. coꝝ. 4. Sic nos existimet homo vt ministros xpi ⁊ dispēsatores misteriorū dei ꝛc. Qui fuit mediator inter apostolū et istos. vnde significauit. id est manifestauit aut ꝛc.

Lectio tertia.

Ideo et nos ex qua die audiuimus: non cessamus pro vobis orantes ⁊ postulātes vt impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapiētia ⁊ intellectu spiritali: vt ambuletis digne deo per omnia placentes in omni opere bono fructificantes ⁊ crescētes in scientia dei: in omni virtute confortati scom potentiā claritatis eius in omni patientia ⁊ longanimitate cū gaudio gratias agentes deo ⁊ patri: qui dignos nos fecit in partez sortis sanctoꝝ in lumine. Qui eripuit nos de potestate tenebraruz ⁊ transtulit in regnū filij dilectionis sue: in quo habemus redemptionē ⁊ remissionem peccatorum.

Supra posuit materiā gratiarūactionis ostendēs ꝓ quibus bonis gratias egit: hic ostendit orationē ostendens quid ꝓ eis petit. Et primo premittit ꝓditiones orationis. Secūdo subdit bona petita ibi. Et impleamī ꝛc. Oratio tres habet cōditiones. Primo q̄ sit tempestiua. Unde subdit. Ex qua die ꝛc. supple cepimus orare. Jer. 31. Exquo locutus suz de eo. adhuc recordabor eius ꝛc. Secūdo q̄ sit cōtinua. ibi. Non cessamus ꝛc. 1. Regū. 12°. Absit aūt a me hoc peccatū in dño vt cessem orare ꝓ vobis ꝛc. Ro. 1°. Sine intermissione memoriā vestri facio ſp in oroibus meis ꝛc. Tertio multiplex ⁊ perfecta ibi Gratēs ⁊ postulātes. Oro est ascensus mētis i deū. Postulatio est rex petitio. Oro dz ꝑcedere vt deuote petēs exaudiāt sicut petentes ꝓmittūt persuasionē vt inclinent: sed nos debemus ꝓmittere deuotionē ⁊ meditationē dei ⁊ diuinoꝝ. non vt eū flectamus: sed vt nos erigamus in eū. Tria aūt petit. scz cognitionē veritatis. ibi.

At impleami ni ꝛc. Operationē virtutis ibi. Et ambuletis ꝛc. Tolerantiā maloꝝ ibi. In omni patiētia. Triplicem vero cognitionē optat scz agendoꝝ. Unde dicit. Et impleamini in agnitiōe ꝛc. id est vt plene cognoscatis voluntatē dei. 1ᵉ. thes. 4. Hec est volūtas dei sancti ficatio vestra vt abstineatis ꝛc. Ille ergo cognoscit voluntatē dei qui in sanctitate viuit. Qui ergo peccat non cognoscit vol untatē dei. quia oīs peccans est ignorans Rom. 12. Et ꝓbetis que sit volūtas dei ꝛc. Item cognitionē diuinoꝝ ibi. In omni sapiētia que est cognitio diuinoꝝ ſm august. Sap. 1. Sentite de dño in bonitate. Itez ſpiritualiū donoꝝ ibi. Et intellectu ſpiritali. id est non hāc corporaliū rerū. 1ᵉ. corinth. 2. Nos autē nō ſpiritū huius mūdi accepimus. sed ſpiritū qui ex deo est ꝛc. Et apte coniūguntur hec duo sapiētia ꝛ intellectus. qz minoꝝ est sapiētia si intellectu careat vt dicit Hegozi⁹. ꝛ inutilis est intellectus sine sapiētia. quia sapientia iudicat ꝛ intellectus capit ꝛ nō valet cape nisi iudicet. ꝛ ecōuerso. Glo. dicit qꝝ primū sumit generaliter. Secundū pertinet ad actiuā vitā. Tertiū ad contemplatiuā. Hec sufficit cognoscere: quia sciēti bonū ꝛ nō operanti peccatū est illi vt dicit Jaco. 4. Unde oportet qꝝ assit virtuosa operatio quā ꝓio tangit ibi. Et ambuletis digne deo Indigne em̄ ambulat qui non viuit sicut decet filiū dei. 2ᵉ. cozinth. 6ᵒ. In oībus exhibeamus nosmetipos sicut dei ministros in multa patiētia ꝛc. 1. thes. 4. Sicut prediximus ꝛ testificati sumus. Secūdo tangit rectā intentionē ibi. Per oīa placentes. Sap. 4. Placēs deo factus est dilectus ꝛc. Tertio studiū ꝓficiendi ibi. In omni opere bono ꝛc. Semper em̄ homo debet niti ad vlterius bonū. Eccl. 24. Flores mei fructus honoris ꝛ honestatis ꝛc. Rom. 6. Habetis fructū vestrū in sanctificationē ꝛc. Ad fructificationē sequitur augmentū scientie. Ideo dicit. Et crescētes ꝛc. Ex hoc em̄ qꝝ aliquis studet implere mandata disponit ad cognitionē. ps. Super senes intellexi: quia mādata tua quesiui. Sap. 1. Non habitabit in corpore subdito peccatis ꝛc. Et dicit dei: non mūdi. Sap. 10. Dedit illi scientiā sanctoꝝ ꝛc. ¶ Deinde tangit tolerantiā maloꝝ. quia ad virtutē non sufficit scire vel velle nisi īmobiliter operet quod nō potest esse sine patiētia ꝛ maloꝝ tolerantia. Et ideo dicit. In omni virtute cōfortati. Eccl. 44. Diuites in virtute pulchritudis studiū habentes Que virtus est a deo. Ān dicit. ſm potentiā claritatis eius. Ephes. 6. Confortamini in dño. Sed addit claritatis eius. id est xpi qui est claritas patris. quia pergere ad peccatū est pergere ad tenebras Sap. 7. Vapoz est em̄ virtutis dei ꝛ emanatio quedam est claritatis oīpotentis dei sincera. ¶ Deinde cū dicit. In oī patientia ꝛc. petit eis tolerātiaz in aduersis. Qui dam enim deficiūt vel ꝓpter difficile aduersoꝝ. et ideo oportet habere patientiā Luce. 21ᵒ. In patiētia vestra possidebitis animas vestras. Uel ꝓpter dilationē premij Et ideo dicit. Et longanimitate. Que facit sustinere rē ꝓmissam. Habac. 2. Si morā fecerit expecta eū ꝛc. Heb. 6. Longanimiter ferēs adeptus est repromissionē Sed aliqui hec duo vitāt: sed cū tristicia. Contra hoc dicit. Cum gaudio. Jaco. 1. Omne gaudiū existimate frātres cū in varias temptatiōes incideritis ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Gratias agentes ꝛc. agit gratias ꝓ beneficijs exhibitis oībus fidelibus. Et hoc ꝓ beneficio gratie qō primo ponit. Secūdo fructū gratie ibi. Qui eripuit ꝛc. Dicit ergo. Gramus ꝓ vobis agētes gratias deo scz creāti. ꝛ patri. scz adoptanti. qui dignos ꝛc. Dixerūt aliqui qꝝ dona gratiarū dant̄ ꝓo meritis. ꝛ qꝝ deus dat dignis gratiā non aūt indignis. ideo hoc excludit apls. qz quic quid habes dignitatis ꝛ gratie: hoc de⁹ fecit in te. ergo ꝛ effectus gratie. Et ideo dicit. Qui dignos nos fecit ꝛc. 2ᵉ. coz. 3. Non qꝝ sufficiētes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis ꝛc. In partem sortis sanctoꝝ ꝛc. Omnes homīes de mūdo ſm naturā sunt boni. Et ideo iustū est eos aliquā partē habere dei. Mali quidē partē habent voluptates ꝛ temporalia. Sap. 2. Hec est pars nostra ꝛ hec sors. Sancti vero habent ipm deū partem. Trenoz. 3ᵒ. Pars mea dñs. ps. Dñs pars hereditatis mee. Et ideo dicit. Qui dignos ꝛc. Et addit. Sortis. quia dupliciter aliqui diuidūt. Quādoqꝝ per electionē quādo vnus hanc: alius illā partē eligit. Aliquādo sorte. Prouer. 18. Contradictiōes cōpimit sors. Hec aūt pars cedit sanctis nō per electionē ꝓpriā. Joh. 15. Non vos me elegistis sed ego elegi vos ꝛc. Sed quia ipe deus elegit nos. Sors em̄ nihil aliud ē qꝝ cōmittere aliqd diuino iudicio. Sors autē triplex est. scz cōsultoria. diuinatoria. ꝛ diuisoria. Prima in tempalibus nō est mala. Secūda vana est ꝛ mala. Tertia in necessitatib⁹ aliquādo permittēda. sed hec per se est possessio lumi. 1ᵉ. tymoth. vlti. Lucem habitat inaccessibilē. Joh. 36. In manibus absc̄dit lucē ꝛc. Sed ex hac parte scz effect⁹ gratie. scz translatio de tenebris ad lucē. Et ideo primo ponit translationē. Secōo moduz in quo hoīes ante gratiā sunt serui peccati. Et peccatū est tenebra. ꝛ ideo sunt in potestate tenebraꝝ siue dem̄nū siue peccatoꝝ Ephe. vlti. Aduersus rectores mūdi tenebrarū hāc ꝛc. Ysaie. 49. Captiuitas a forti rolleť ꝛc. ¶ Trāstulit vt essem⁹ regū dei. Joh. 19. Regnū meū non est de hoc mūdo ꝛc. Et hoc fit qū liberamur a peccato Apoc. 5. Fecisti nos deo nr̄o regnū ꝛc. vel ad litterā vt vitam eternā. Mat. 3. 7. 4. 7. 10. Appropinquabit regnū celoꝝ. Et hoc est quod dicit. Regnū filij dilectiōis sue. Dilectio vt dicit Auguſt. in glo. quādoqꝝ dicit ſpūssanctus qui est amor patris ꝛ filij. Sed si dilectio sic ſemꝑ teneret̄ personaliter. tūc filius esset filius ſpūssancti. sed qñqꝝ dicit essentialiter. vt dicit in glo. Filij ergo dilectiōis sue dicit. i. filij sui dilecti. vel filij essentie sue. Sed nūquid hec est vera filius est filius essentie patris? Dicendū est qꝝ sig⁹ nitiu⁹ designat habitudinē cause efficientis est falsum. qz essentia nō generat nec generat. Si aūt designat formaz id est habens essentiā suā quasi materialiter. sicut dicit. Egregie forme. i. habens egregiā formā. sic est ver. Jo. 3. Pater diligit filiū ꝛ oīa dedit in manu eius ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. In quo habemus ꝛc. ostendit modū trāslationis. Homo em̄ existens in peccato dupliciter tenebat subditus scz per seruitutē Jo. 8. Qui facit peccū seruus est peccati. Itē erat reus pene ꝛ auersus a deo. Esa. 59. Iniq̄tates vestre diuiserūt inter vos ꝛ deū vestrū. ꝛ peccā nostra abscōderūt faciē eius a nobis ne exaudiret. Hec duo remouet xps qz inquantū hō factus est ꝓ nobis sacrificiū. ꝛ redemit nos in sanguīe suo. Et ideo dicit. In quo habemus redemptionē. 1ᵉ. coz. 6. Empti estis ꝓcio magno ꝛc. Sed inquantū est deus habemus per eū peccatoꝝ remissionē: qz reatus peccati solutus est per eum.

Lectio quarta.

Qui est ymago dei inuisibilis primo genitus omnis creature: quoniā in ipso condita sunt vniuersa in celis: ꝛ in terra visibilia ꝛ inuisibilia. Sue throni: siue dominatiōes: siue principatus: siue ptātes. Oīa per ipm̄ ꝛ in ipo creata sunt: et ipse est ante omnes: ꝛ omnia in ipso ꝓstant. Post q̄ superi⁹ cōmemorauit gr̄e būficia spēalia ꝛ vlta

hic cōmendat actorē hui⁹ gratie scz xpm. Et primo per cōpatiōz ad deū. Secōo generaliē ꝓcōparationē ad totā creaturā ibi. Primogenit⁹ ꝛc. Tertio specialiē ꝓ cōparatiōz ad eccl̄iā ibi. Et ipse ē caput ꝛc. Circa primū notandū est qꝝ deus dicit inuisibilis. qz excedit capacitatē visionis cuiuscūqꝝ intellectus creati. ita qꝝ nullus intellectus creatus naturali cognitione potest ꝓtingere ad ei⁹ essentiam Job. 36. Ecce deus magnus vincens scientiā nostram. 1. Ti. vltimo. Lucem habitat inaccessibilē ꝛc. Videť ergo a beatis ex gratia nō ex natura. Ratio hui⁹ assignat a dionysio: qz omnis cognitio terminat̄ ad existens id ē ad aliquā naturā participantē eē. Deus aūt ē ipsum esse non participatū. ergo est incognitus. Huius ergo dei inuisibilis filius est imago. Sz videndū est quō dicat imago dei ꝛ quare dicat inuisibilis. Et quidem de ratione imaginis sunt tria scz qꝝ sit ibi similitudo. qꝝ deducta sit vel expressa ex eo cuz quo ē similitudo. ꝛ qꝝ deducta sit in aliquo pertinente ad speciem vl signum speciei. Si em̄ sint duo similia quoꝝ vnum non deriuet ab alio neutrum dicimus alterius imaginē. sicut ouum nō dicit imago oui. Et ideo ab imitando dicit imago. Item si sit simile. sed non quantū ad speciem vel signū speciei tunc nec imago dicit. sicut in homine multa sunt accidētia vt color quantitas ꝛ huiusmodi. et ſm nullum horuz dicit imago. Sed si figuram eius accipiat: sic potest esse imago: qz figura est signum speciei. filius aūt est similis patri. et pater similis filio. sed filij⁹ habet hoc a patre: pater autē non a filio. Et ideo ꝓprie loquendo dicim⁹ filiū imaginem patris. ꝛ non econuerso. qz deducit et derivatur hec similitudo a patre. Itez hec similitudo ē ſm speciem. quia filius in diuinis repesentat aliquo modo: sz deficienter qꝝ verbum mentis nostre. Uerbū autem mentis nostre est qñ formam⁹ actu formā rei cuius noticiā habemus. et hoc significamus verbo exteriori. Et hoc verbum sic conceptū est quedam rei similitudo quā in mente tenemus. ꝛ simile ſm speciem. Et ideo verbū dei imago dei dicit. ¶ Quantū ad secundū sciendū est qꝝ arriani hoc verbum male intellexerunt iudicantes de dei imagine ſm imagines q̄ fiebant ab antiqs vt viderēt in eis charos suos subtractos sibi. sicut ꝛ nos facimus imagines sanctoꝝ: vt quos non videmus in substantia videamus in imagine. Et ideo dicunt qꝝ inuisibile est ꝓprium patri. filij⁹ autē est ꝑmū visibile in q̄ manifestat̄ bonitas ꝑris: q̄i pr̄ sit vere inuisibilis. filij⁹ no visibil ꝛ sic alteri⁹ essent nature. Hoc autē excludit aplus ad Heb. 1. dicēs. Qui cum sit splendoz glozie ꝛ figura substantie eius ꝛc. Et sic est imago non solum dei inuisibilis: sed etiam ipse inuisibilis est. sicut pater Col. 1. Qui est imago inuisibilis dei. ¶ Deinde cum dicit. Primogenitus ꝛc. cōmendat xpum ꝓ comparationē ad creaturam. Et primo facit hoc. Secundo exponit ibi. Quia in ipso ꝛc. Circa primum sciendū est qꝝ arriani sic intelligunt quasi dicat̄ primogenitus: qz sit prima creatura. sed hic non est sensus vt patebit. Et ideo duo sunt videnda: scz quomō hec imago sit genita. ꝛ quomō primogenita creature. Quantuz ergo ad primum sciendū est qꝝ in vnaquaq re generatio est ſm moduz sui esse ꝛ sue nature. Alius em̄ modus generationis est in hominib⁹ ꝛ alius in plantis ꝛ sic de aliis. Natura autē dei est ipsum esse intelligere. ꝛ sic oportet qꝝ eius generatio vel conceptio intellectualis sit generatio vel conceptio nature eius. In nobis autē conceptio intelligibilis non est conceptio nature nostre. qz in nobis aliud est intelligere ꝛ natura nostra. Et ideo cum hec imago sit verbum ꝛ conceptio intellectus oportet dicere qꝝ sit germē nature ꝛ sic de necessitate genitus: quia accipit naturam ab alio. ¶ Secūdo dicenduz est quomō dicať primogenit⁹. Deus em̄ non alio se cognoscit ꝛ creaturam. sed oīa in sua essentia sicut inꝑma causa effectiua. Filius autē est conceptio intellectualis dei ſm qꝝ cognoscit se. ꝛ ꝓ consequens omnē creaturā. Inquantū ergo gignit videt quoddam verbū repesentans totam creaturam ꝛ ipsum est ꝑncipiū oīm̄is creature. Si em̄ nō sic gigneret solum verbum patris esset ꝑmogenitus patris: sed nō creature. Ecc. 24. Ego ex oze altissimi prodij ꝑmogenita ante oēm creaturam ꝛc. ¶ Deinde cum dicit: Quia in ipso ꝛc. exponit qō dixerat scz qꝝ sit ꝑmogenitus. qz scz est genitus vt ꝑncipium creature. Et hoc quantū ad tria. Primo quantū ad rerū creationē. Secōo quantū ad earum distinctionez ibi. In celis ꝛc. Tertio quantū ad conuersationē in esse ibi. Et omnia in ipso ꝛc Dicit ergo est ꝑmogenitus creature qz est genitus vt ꝑncipiū oīs creature. Et ideo dicit. Quia in ipso ꝛc. Circa quod sciendū est ꝙ platonici ponebāt ydeas dicentes qꝝ quelibet res fiebat ex eo ꝙ participabat ydeā: puta hoīs vel alicuius alterius speciei. Loco oīm harū ydearū nos habemus vnum scz filiū verbuz dei. Artifex em̄ facit artificium ex hoc qꝝ facit illud participare formaz apud se conceptam quasi imitabilem eam exteriori materie. sicut si dicaē qꝝ artifex facit domū ꝓ formaz rei quā hz apud se conceptam. Et sic deus oīa in sua sapientia dicit facere. qz sapientia dei se habet ad res creatas sicut ars edificatoris ad domū factam. Hec autē forma ꝛ sapientia est verbū. et ideo oīa in ipso condita sunt sicut in quodā exemplari. Heb. 1. Dixit et facta sunt: qz in verbo suo eterno creauit oīa vt fierent. ¶ Quantum autē ad distinctionē sciendū est qꝝ aliqui sicut manichei errauerunt dicentes hec corpora terrena quia corruptibilia facta esse a malo deo. celestia vero quia incorruptibilia a bono deo scilicz patre christi. Sed mentiunt: quia in eodem sunt vtraq̄ creata. Ideo dicit. In celis ꝛc. Et est hec distinctio ſm partes nature corporee. Heb. 1. In ꝑncipio id ē in filio creauit deus ꝛc. Platonici etiam dicunt qꝝ deus per se creauit creaturas inuisibiles scilicet angelos. ꝛ ꝙ anglos creauit naturas corpeas. Sz hoc excludit qz dicit. Uisibilia et inuisibilia. De ꝑmo Heb. 11. Fide intelligimus esse aptata secula vt ex inuisibilib⁹ visibilia fierent. De secundo autem Ecc. 43. Pauca vidimus operum eius. Omnia autem dominus fecit ꝛc. Hec autem distinctio est scōm creaturarū naturā. Tertia distinctio est ordinis et gradus in inuisibilibus cum dicit: Sive throni ꝛc. Platonici etiam errant hic: dicebant enim in rebus diuersas esse perfectiones et quālibet attribuebāt vni ꝑmo ꝑncipio. et scōm ordines earum perfectionum ponebant ordines ꝑncipioꝝ sicut ponebant ꝑmum ens a quo participant omnia esse. et aliud ꝑncipium ab isto scilicet primum intellectum a quo omnia participāt intelligere. ꝛ aliud ꝓncipiuz vitam a quo oīa participant viuere. Sed nos non sic ponim⁹: sed ab vno ꝑncipio res habent quicquid in eis perfectiōis est. Et ideo dicit. Sive throni ꝛc. Quasi dicat. Nō dependēt ab alijs ꝑncipijs oidinatis: sed ab ipso vno solo verbo dei. Sed quid est quod dicit. Ephe. 1. Ipsum dedit caput ꝛc. Ubi quedam diuersitas videtur esse ab istis. Solutio. Hic enim enumerat descendēdo: quia ostendit ꝓgressum creature a deo. ibi ascendendo: quia ostendit qꝝ filius dei scōm qꝝ hō super omnes creaturas est. Sed ñ ibi ꝑncipatus ponunt̄ sub potestatibus. ꝛ virtutes inter dominationes et potestates: hic principatus super potestates: et ꝑncipatus mediū inter oñationes ꝛ potestates. Et ſm hoc diuerse sunt sentētie gregorij ꝛ dionysij. Dionysius em̄ ordinat eos ſm qꝝ dicit ad ephesios. qa in secunda ierarchia ponit dominationes virtutes ꝛ po-

fruitur perfecte glorioſus est. Et conuenienē actoꝛē hu
us aduentus ꝺicit q̄ beatus est. quia ad hoc est aduen
tus xp̄i vt nos ꝺeducat ad beatitudinē Tob. 13. Beat⁹
tro si fuerint reliquie seminis mei ad videndū claritatez
hierusalē ꝛc. Quantū ad secundū dicit Solus potens.
ꝑs. Potēs es dne ꝛc. Sed quare dicit solus? Nunquid
nō omnia habēt potentiā immo. scz ꝓ ꝓticipationē. sed so
lus deus a se essentialiē. Unde dicit. Rex regū ꝛc. Am
brosius. Dn̄s est nomē potestatis et rex similiē. Qui er
go habet oīm et regez supza se est subiectus potestati et
talis non est potens a se sed ab alio. Si ergo xp̄s est rex
regum ꝛc. necesse est q̄ solus habeat potentiā nō ab alio
sed omnes ab eo. Et ꝺesignat ꝺuplex potētia ꝺei. scz gu
bernatiua mūꝺi cū ꝺicit. Rex regū quasi a regimē victa
puer. 20. Rex qui sedet in solio iudicij ꝺissipat oīne ma
lum intuitu suo. Itē potentia creandi cum ꝺicit: Ꝺomi
nus ꝺominantiū. ꝑs. Scitote q̄m dn̄s ipse est deus ipse
fecit nos ꝛc. Apoc. 19. Et habebat in vestimēto et in fe
more suo scriptū Rex regū et dn̄s ꝺnantium ꝛc. Quan
tum ad tertiū ꝺicit: Qui solus habet imoꝛtalitatē et lu
cem habitat inaccessibilē. Incomprehensibilitas ꝺei ex
ꝺuobus paret. Primo quia transcēꝺit quicquid in crea
turis est cōprehensibile. Secundo quia hoc ipm̄ qđ ꝺe⁹
est: omniū cōprehensionē excedit. Primū cum ꝺicit. So
lus. In qualibet enī mutatione est quedaz corruptio. q̄a
omne quod mutatur in tum huiusmoꝺi ꝺesinit esse ta
le. Illud ergo ꝓprie et vere est incoꝛruptibile quod pe
nitus est imutabile. Quelibet autē creatura in se cōsi
rata habet aliquā mutationē vl mutabilitatē. ꝺeus autē
est omnino immutabilis. Sed si aliqua creatura est im
tabilis. hoc cōuenit ei ex ꝺono gratie. Et ex hoc ostenꝺi
tur q̄ natura ꝺei trāscendit omne qđ est in natura creata
ꝑ. I. Regi seculoꝝ imoꝛtali ꝛc. Quantū ad secundū ꝺi
cit Lucē ꝛc. Lux in sensibilibus est principiū viꝺēꝺi. vñ
illud quo aliquid cognoscit quocunq; modo ꝺicitur lux.
Unumquodq; autē cognoscit ꝑ suā formā ꝛ ꝑz q̄ ē actu
Unde tum habet ꝺe forma ꝛ actu: tantū habet ꝺe luce
Res ergo que sunt actus quidam: sed nō purus lucētia
sunt sed non lux. Sed ꝺiuina essentia que est actus pur⁹
est ipsa lux Job. 1. Non erat ille lux ꝛc. ꝺeus autē habi
tat apud se. et hec lux est inaccessibilis. id est non visibil
oculo carnis: sed intelligibilis. Et tm̄ nullus intellectus
creatus potest ad eum accedere. ¶ Notandū est tamē q̄
ꝺupliciter potest intellectus accedere ad cognitionē na
ture alicui⁹. scz vt cognoscat ꝛ vt cōprehendat. Ad com
prehendendū autē ꝺeū impossibile est intellectū gueni
re. quia sic cognosceret ꝺeū vt cognoscibilis est. Ꝺe⁹ au
tem perfecte cognoscibilis est quantuz habet ꝺe entitate
et luce. hec autē sunt infinita: ergo est infinite cognosci
bilis. Uirtus autē intellect⁹ creati est finita. Et ideo eti
am intellectus xp̄i nō cōprehẽꝺit ꝺeū. Sed alius mod⁹
est cognoscendi ꝺeū scz attingēꝺo ꝺeū. Et ſm̄ hoc null⁹
intellectus creatus ꝑ ꝓpria naturalia attingit ad cogno
scendum id quod est ꝺeus. Et rō huius est. qz nulla po
tentia potest in aliquid altius tuo obiecto. sicut visus ad
altius coloꝛe. Proprius autē obiectū intellect⁹ est q̄ qđ
est. unde qđ superat qđ quid est excedit ꝓportionē oīs
intellectus. In ꝺeo autē nō est aliꝺ esse et quiꝺditas ei⁹
Quomodo ergo cognoscibilis est? ergo accedam⁹ ad eū
cognoscendū: hic per gratiā et in futuro per gloriā. ꝑs.
Accedite ad eū et illuminamini ꝛc. Sed qualiter q̄ ꝺe⁹
habitat lucem inaccessibilē? ꝛ in. ꝑs. Nubes et caligo in
circuitu eius Exoꝺ. 19. Modus esse accessit ad caliginē in
qua erat ꝺeus. Respondet ꝺyonisius Omnis caligo est
inaccessibile lumē. Est ergo iꝺē qđ hic lumē ꝛ ibi caligo
sed caligo est in tum nō viꝺet: lumē vero in tū viꝺet.
Sed aliquid est inuisibile ꝺupliciter. Uno modo ꝓpter se
sicut opaca. Alio modo ꝓpter excedentiā eius: sicut sol
ab oculo noctue. Sic quedā sunt nobis nō consp icua ꝓ
pter ꝺefectum sui esse: et quedā ꝓpter excedentiā eius
et sic ꝺeus nobis quodamodo inaccessibilis est. ¶ Que
nemo ꝛc. Si intelligat ꝺe cōprehensione sic absolute ve
rum est: et ita ꝺe angelis. quia solus ꝺeus cōprehendit se
Si autē ꝺe visione qua attingitur: sic intelligitur tripli
Uno modo nemo viꝺit oculo corporali. Alio modo ſm̄
essentiā oculo mentis viuens in carne nisi xp̄s Exoꝺ. 33.
Non viꝺebit me homo ꝛ viuet. Tertio modo nemo vi
ꝺit quid est ꝺeus ꝑ seipsum. Mat. 11. Nemo nouit pr̄ez
ꝛc. Mat. 16. Caro et sanguis nō reuelauit tibi ꝛc. ¶ De
inꝺ ꝓrūpit in laudē ꝺei ꝺicēs: Cui eiꝺ honoꝛ ꝛc. Et po
nit tria. Primū pertinet ad reuerētie exhibitionē ꝺicēs
Honoꝛ qui est exhibitio reuerentie Malach. 1. Si ego
pater vbi est honoꝛ meus ꝛc. Secundū ad refulgentiam
bonitatis eius cum ꝺicit. Gloria que est clara cum laude
noticia que refulget in noticijs hominū et angeloꝝ Esa.
42. Gloriā meā altert nū ꝺabo ꝛc. Tertio ad guberna
tionē cū ꝺicit. Imperiū sempiternū.

Lectio quarta.

Uuitibus huius seculi precipe non
ꝺ sublime sapere. neq; sperare in icer
to diuitiaꝝ: sed in deo viuo qui pre
stat nobis omnia abunꝺe ad fruendū. bene
agere. diuites fieri in bonis operibus. faci
le tribuere. communicare. thesaurizare sibi
fundamentū bonū in futurum vt apphēꝺant bonam vitam. O thimothee depositū
custoꝺi ꝺeuitans prophanas vocuz nouita
tes: et oppositiones falsi nominis scientie:
quam quidam promittentes circa fidem ex
ciderunt. Gratia tecum Amen.

Supra egit ꝺe instructione personarum infimi stat⁹: hic
reꝺit ad materiā suam et instruit eū ad instruenꝺuz ꝺiui
tes. Et primo facit hoc. Secundo agit ꝺe instructiōe ꝺi
mothei ibi O thimothee ꝛc. Et semp quāꝺo instruit eū
ad instructionē alioꝝ monet vt non negligat se. Et circa
primū primo excluꝺit vitia que solent in ꝺiuitibus abū
ꝺare. Secūdo inducit ad bona ibi Bene agere ꝛc. Item
circa primū primo proponit vitia que solent esse in ꝺiti
tibus. Secundo excluꝺit hec: reꝺꝺendo rationē huiꝰ ibi
In incerto ꝛc. Dicit ergo Ꝺiuitibus ꝛc. Ꝺiuitie abun
ꝺantiam importāt. Est autez abundantia spiritualium ꝛ

Explanatio sancti Thome

hec sunt vere diuitie Esa.33. Diuitie salutis sapientia ꝛ scientia timor domini ipse est thesaurus eius ꝛc. Quedam corporales ꝛ hec nō sunt vere diuitie quia nō suffi ciunt. Et ideo dicit cum quadā diminutione huius seculi. Baruch.3. Qui argentū ꝛ aurꝫ in quo confidūt homines thesaurizant ꝛc. His ergo precipe. Quando de seruis egit non posuit preceptuꝫ. qz hoc est virtus q̄ hō vtaꝫ auctoritate ad maiores nō ad miores. Et ideo dicit. Nō dimittas propter diuitias ꝛ propter statū eoꝝ qui precipiās. Et quid debet precipere? Nō sublime sapere. id ē non sentire aliquid excelsum de se. Nunquid hoc est malum? Respondeo. potest reddi malū ex duobus. Primo si sublime sapit de se propter ea que non habēt excellētiā verā. Et hoc est si in rebus temporalibus. vnde qui propter exteriorē excellentiā sublime sapit de se inordinate sapit. et est superbia. Et tamē carnales non aliā sublimitatem curant nisi istam. et hec acquiri potest per diuitias. Eccls.10. Pecunie obediunt omnia. Unde quia diuites huiusmodi hec habent inaniter extolluntur Itē alio modo. quia sunt quedā que habent sublimitatē sicut dona spiritualia. Eccē.25. Quāmagnus est qui inuenit sapientiā ꝛ scientiā ꝛc. In hijs em̄ aliquis potest inordinate sapere sublimitatē non ex natura donoꝝ: sed vel attribuendo sibi quod non habet. Uel non recognoscendo a deo ea que habet. Unde in primis est inordinatio propē defectū rerū. In secundis propter inordinationes affectꝰ Secundum vitium in diuitibus est spes mundanorum Unde dicit Neq̄ sperare ꝛc. Job.31. Si putaui aurum robur meū et obrizo dixi fiducia mea ꝛc. puer.10. Substantia diuitis vrbs fortitudinis eius. ¶ Deinde cum dicit. In incerto ꝛc. Assignat rationem monitionis. In eo em̄ sperat aliquis vnde credit auxiliū habere. Auxilium em̄ habeē a fortī. sed diuitie sunt fragiles ꝛ festimabiles Mat.6. Nolite thesaurizare ꝛc. Sed in deo vbi est vera spes ponenda Jere.17. Beatus vir qui cōfidit in domino ꝛ erit dn̄s fiducia eius. Jaē.1. Dat omnibus affluēter. Sed hoc quod dicit Abunde ad fruendū duplicitер potest exponi. Uno modo vt fruitio sumaꝫ pro gaudio. ꝛ hoc modo est etiā in corporalibus. Uel vt per hec quenimus ad fruitionem dei. ¶ Deinde cū dicit Bene agere ꝛc. Monet ad operandū bonū. Qui autē habent affectū ad diuitias. primo nituntur ad acquirendū non habitas Secundo vt vtantur habitis. Tertio vt ad finē diuitiarum perueniant. Hec tria monet hic apls primo vt acq̄rant spirituales diuitias quas non habēt. Et ideo dicit. Bene agere ꝛc. Esa.1. Discite bene facere ꝛc. Quantuꝫ ad secundū sciendum est q̄ duplex est vsus diuitiarum. Unus est tenere et alius est dare. sed principalis est dare. Et ideo ista duo ponit. primo vt dent. Unde dicit Facile tribuere id est sine grauitate cordis interius. 2.coꝝ. 9. Non ex tristicia aut ex necessitate ꝛc. Et sine tarditate puer.3. Ne dicas amico tuo. vade ꝛ reuertere ꝛ cras dabo tibi cū statiz possis dare Job.31. Si oculos vidue expectare feci. Secundo vt custodiat nō quidem tantū ad suam vtilitatē sed ad quoddā cōmune. Unde dicit ad cōmunicandū. id ē habere eas sicut cōmunes. Ro.12. Necessitatibus sanctoꝝ cōmunicantes. Quantū ad tertiuꝫ vt ad finē thesaurizandi perueniant. ideo dicit Thesaurizare ꝛc. Thesaurus spiritualis est congregatio meritorum que sunt fundamentū futuri edificij quod nob̄ paratur in celo. qz tota preparatio future glorie est p merita que acquirimus per gratiā que est principium merēdi Mat.6. Thesaurizate vobis thesauros in celo: vbi neq̄ tinea ꝛc.1.coꝝ.9. Sic currite vt comprehendatis. ¶ Deinde cum dicit O thimothee ꝛc. Instruit ipm̄ thimotheum. Et primo vt bona conseruet. Secūdo vt malā deuitet ibi. Deuitās ꝛc. Dicit ergo O thimothee depositum custodi Depositū hominis est omne bonū quod habet quilibet quod sibi cōmissum est a deo vt confuet ꝛ multiplicet. Ecc.17. Gratiā hominis quasi pupillam conseruabit.1.coꝝ.15. Et gratia eius in me vacua nō fuit. Et sic dicit ei vt depositū custodiat. id est vt se in gratia dei conseruet et multiplicet. Qui em̄ absc̄dit talentum punit. Et specialit prelati habent depositū scilicet curā proximoꝝ et fidelīū. Joh. vltimo. Pasce oues meas Heb. vltimo. Ipsi peruigilant quasi rationē reddituri pro animabus vestris ꝛc.2.thi.1. Bonū deposituꝫ custodi. Itē q̄ mala vitet: precipue illa que sunt nata coinquinare fidem. cui? ratio est. qz sic̄ princeps secularis ponitur ad custodiendā vnitatē regni: ita spiritualis ad seruandā vnitatē spiritualē. Pax autē regni consistit in iustitia. et ideo ille ordinat a d iusticiā. Sed vnitas ecclie est in fide. et ideo principalit monet ad custodiam fidei. Luc.22. Ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua ꝛc. Similiter aūt posset corrūpi fides per fallaciā sicut etiaz quelibet scientia. Sed sicut dicit.1.elenc. Fallacia q̄nq̄ fit ex voce quandoq̄ ex re. Aū est fallacia in dictione et extra dictionē. Et sic fides aliquando corrumpitur p aliquas voces inordinatas sicut dicit Hieronym̄ q̄ ex verbis inordinate prolati fit heresis Et ideo dicit Prophanas ꝛc. Quia non velle audire aliquid noui est oblatrare contra consuetudines. Sed noua prophana non sunt audienda Sed prophana nouitas est quando inducitur aliquid contra fidē. Et dicitur nouum ad id quod est antiquū. Hoc fecit nestorius quādo dixit de virgine maria christotochos. vt inferret q̄ non esset mater dei. Et ideo sancti patres in ephesino concilio instituerunt q̄ diceret theotochos.2.thi.1. Formam habens sanoꝝ verborum que a me audisti in fide ꝛ dilectione in christo iesu. Et capitulo secūdo. Prophana et vaniloq̄a deuita ꝛc. Quāvoq̄ vero corrumpitē per rationes reales et sophisticas. Et istud vitandū est. Et dicit Per oppositiones scientie falsi nominis. quia non est vera scientia: sed apparens. Scientia em̄ scōm propriam rationē non est nisi verozuꝫ Impossibile autē est q̄ verū sit vero cōtrariū. licet quāvoq̄ duo falsa sint sibi contraria. et ideo impossibile ē q̄ illud quod repugnat veritati diuine que est summa veritas sit verū. Col.2. Uidete ne quis vos deciplat p philosophiā ꝛ inanē fallatiā scm̄ traditionē hominū: scōz elementa mundi ꝛ non scm̄ xp̄m ꝛc. Promittētes. id est dicentes se habere. Jere.10. Stultus factus est oīs homo a scientia sua. Que non est dei. quia qui loquitur mēdacium ex propr̄ijs loquit̄. Joh.8. Jere.12. Filij mēphe os ꝛ taphneos cōstuprauerūt te vsq̄ ad verticē ꝛc. Esa. 47. Sapientia tua et scientia tua hec decepit te ꝛc. Gratia dei tecum Amen

Explicit profunda et subtil explanatio mirifici doctoris sanctissimi thome aquinatis ordinis fratrum predicatorum sup prima epistola gloriosi gentium apostoli pauli ad timotheum.

in epistolam II ad Timotheum I

Incipit deuotissima expositio eiusdem angelici doctoris glorioſi thome aquinēsis ordinis fratrū predicatorū sup secūda epla eiusdem sanctissimi pauli gentium apostoli ad Timotheum.

Dcte et die

n

estu vrebar ꝛ gelu rē. Genes. 31. Xba sūt iacob ostēdētis ꝛ cōmēdātis curam pastoralem ac pastorale officiū. In qb̄ circa hoc officiū tria ponūt scz assiduitas: patiētia sollicitude. Primū est q̄ sine itermissiōe oz curā gregi gerere. Aū dic. Nocte ꝛ die Nocte ozādo: die erudiēdo Esa.21. Sup speculā dn̄i ego sū stans iugit̄ p diē: et sup custodiam ego sum stans totis noctibus. Uel per diem id ē tempore prosperitatis: ꝛ per noctē id est tempore aduersitatis. In quibus prelatus debet respicere curā gregis. 2.coꝝ.6. Per arma iusticie a dextris ꝛ a sinistris ꝛc. Prouer.17. Omni tēpore diligit qui amicus ē rē. Secundū ē quia maxime prelato patientia necessaria est Debet enim prelatus propter gregis salutē omnia sustinere. 1. Jo.10. Bon⁹ pastor animā suam dat pro ouibus suis ꝛc. Prouer.19. Doctrina viri per patientiā noscit̄. Unde dicit. Estu id est feruoze instantis persecutionis. Jac. primo. Exortus ē sol cum ardoze ꝛ arefecit fenū ꝛc. Helu id est timoze futurorū. 2.coꝝ.7. Foris pugne intus timores ꝛc. Tertium est quia prees̄t in sollicitudine vt dicitur. Roma.12. Et hoc expellit somnū negligentie Unde subdit Heū.31. Fugiebatq̄ somnus ab oculis mēis. Prouer.6. Discurre festina suscita amicū tuū ne dederis oculis tuis somnū ꝛc. Recte ergo hec verba materie huius epistole conueniunt. In prima enim instruit eum de ordinatione ecclesiastica. In hac autem secunda agit de sollicitudine tanta pastorali vt etiam martyrium sustinere pro cura gregis vt patet in prologo.

Capitulū primum

p

Aulus apostolus iesu xp̄i p voluntatē dei scm̄ promissionē vite que ē in xp̄o iesu: Timotheo charissimo filio: gr̄a ꝛ misericordia ꝛ pax a deo p̄re nostro ꝛ xp̄o iesu domino nostro.

Diuiditur autem hec epistola in salutationem ꝛ narrationem: secunda ibi. Gratias ago ꝛc. Iterū primo ponitur persona salutans. Secundo persona salutata. Tertio bona optata. Persona salutās describit̄ ex noīe paulus qō sonat modicitatē qō ei cōpetit ꝓpter humilitatē mentis ꝛ tribulationem que faciunt hominem paruum. In tantum q̄ christus oz minoratus ꝓpter passiones. Heb.2. Eum qui in modico ab angelis minoratus ē ꝛc. Itez ex dignitate quā primo ponit. Scdo dignitatis originem. Tertio fructū. Dignitas ē magna qz ē apls. i. missus a xp̄o. Luc.6. Elegit duodecim ex ipīs quos etiaz apl̄os noīauit rē. Hanc dignitatē adept⁹ ē q̄ plus oībus laborauit. 1.coꝝ.15. ꝛ Gal.2. Qui operatus ē petro in apostolatū circūcisionis operatus ē ꝛ mihi inter gētes ꝛc. Dizgo aplatus ē volūtas dei. Aū dicit. Per voluntatez dei quā quidā preueniūt quia se ingerunt: contra quos dicit Heb.5. Nemo assumit sibi honorez: sed q̄ vocatur a deo tanq̄ aaron rē. Itē quidā p̄mittunt propter peccata populi. Job.34. Qui regnare facit hominē ypocritā propter peccata populi rē. sed hic p volūtatē dei. Nō dicit qz nō p volūtatem suā. Fruct⁹ aūt nō est aliq̄d terrenuꝫ sed scm̄ p̄missiōem. i. ad cōsequēdā vitā eternā p̄missā a xp̄o. Hic oz esse finis prelatoꝝ. 1.coꝝ.9. Illi quidem vt coꝛruptibilē cozonā accipiāt: nos aūt incorruptā. Jaē.12. Qui ad iusticiā eruditi multos quasi stellē in perpetuas eternitates ꝛc. Persona salutata ē timotheus filius eius ab eo cōuersus. Act.16. Charissim⁹ qz sibi vnanimis. Phil.2. Neminē habeo tam vnanimē. ꝛc. Bona optata sunt tria scz gr̄a p quā ē remissio pecātoꝝ: misericordia p quā cōsequimur finale bonū Pax. Slo.i. tranquillitas mentis: hec competit plato qui ad hoc ponitur vt pacē ꝓcuret. Jo.20. dixit dn̄s. Pax vobis. Et precepit intrantib⁹ domū pacē offerre ei vt habetur Mat.10. Et hoc a deo p̄re qui ē datoz oīs boni. Jac. primo. Jtez a iesu xp̄o qui est mediator inquātū hō dei ꝛ homi 2. Pet. primo. Per quē maxima nobis ꝛ p̄ciosa p̄missa donauit

Lectio secunda.

Ratias ago deo meo: cui seruio a p

g

genitoribꝰ meis in cōscientia pura q̄ sine intermissione habeā tui memoriā in oratiōnib⁹ meis nocte ac die desiderans te videre. Memoz lachrymaꝝ tuaꝝ vt gaudio implear. Recordationē accipiēs eius fidei que ē in te nō ficta: que ꝛ habitauit primū in auia tua loide: ꝛ matre tua eunice: certus sum autem q̄ ꝛ in te.

Hic incipit eplaris narratio in q̄ primo munit eū contra pressentes psecutiones. Scdo cōtra futura picula ecclie. 3. cap. ibi. Hoc aūt scito ꝛc. Itē primo inducit ad instantiaz p̄dicatiōis q̄ tunc erat cā ꝛ occasio psecutiōis. Secundo hortat ad sustinēdas tribulationes ꝓpter xp̄m ibi. Tu ergo ꝛc.2.cap. Itē primo ꝓmemorat bona ipi⁹ timothei. Scdo hortat eū ad vsū horū bonoꝝ p instantiā p̄dicationis ibi. Per quā ꝛc. Tertio ponit se in exēplū ibi. In q̄ posit⁹ sū ꝛc. Itē prio ponit affectū quē habebat ad timotheū. Scdo ponit bona hui⁹ q̄ ꝓuocabant eū ad hmōi affectū ibi. Memor ꝛc. Affectus ostendit̄ p duo scz p orationē ꝛ desiderū. Et iō gratias agit deo de affectu quem hz ad timotheū qz ē charitatis ꝛ charitas ē p̄cipale donum. Quasi dicat. Reputo me gr̄am psecutū q̄ sic sincerū affectū habeo ad te. Et dicit. Deo meo cui spēaliter seruio a ꝓgenitoribꝰ meis: nō a parentib⁹ carnalib⁹: qz p̄me Thy.1. Xp̄s venit pcōres saluos facere quoꝝ primus sum ego: scz seruitio deriuato a ꝓgenitoribꝰ meis. s. p̄triarchis ꝛ ꝓphetis qui deo sincere seruierunt. Et oz a ꝓgenitoribꝰ: qz filij faciliꝰ imitantē pfectionē paternā: tū qz instruūt ab eis vt thobias: tū qz etiā hō faciliꝰ imitat̄ amicos. Et quō seruio eis: In pscia pura: quia vt habeē Abac.1. Mūdi sūt oculi tui dn̄e ne videāt malū ꝛ respicere ad iniq̄tatē nō poteris ꝛc.2.coꝝ.primo. Hlia nr̄a hec hec ē testimoniū pscie nr̄e. De quo agit gr̄as: qz sine intermissione siue die prosperitatis siue nocte aduersitatis oro ꝓ te. Itē ex desiderio. iō dicit. Desiderās te videre. scz ꝓpter cōsolatōez vtriusq̄z. Ro.1. Desidero em̄ videre vos ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Memor ꝛc. ostēdit bona q̄ erāt i timotheo. Et primo cōmēorat affectū ei⁹ ad se. Scdo fidē ad deū ibi. Recordationōz ꝛc. Dicit ergo. Memor lachrymaꝝ ꝗs effudit q̄n discessit ephesū ab eo parat⁹ ad martyriū. Uel lachrymaꝝ ꝗs fudit in oīonib⁹: ꝛ hoc vt gaudio ipleari. i. hec mēoria replet me gaudio Phil.2. Implete gaudiū meū ꝛc. ¶ Itē memoz fidei ad deū. Fi-

dem eius. primo cōmemorat. Scōo ostendit eam a patentiō veriuatā t nō nouiciā. Dicit ergo. Recordationem ꝛc. Fides necessaria est prelato qui ē fidei custos. Heb. 11. Sine fide impossibile est placere deo. Et dicit. Mō fictā. Vera enī p opera bona ē. Jac. 2. Ostende mihi sine operibus fidem tuam: ego ostendā tibi ex operib⁹ fidem meā. 1. Timo. 1. Finis pcepti ē charitas ꝛc. Sap. ꝓmo. Effugiet fictū ꝛc. ¶ Et hec non noua: sed habitauit primū in auia tua ꝛc. Act. 16. dicit q fuit filius mulieris vidue. Certus autem vel per reuelationem vel per indicia q t in te.

Lectio tertia.

Propter quā cām ammoneo te vt resuscites gr̄am dei que est in te p impositionē manuū mearū. Mō enim dedit nobis deus spiritū timoris: sed virtutis t dilectionis t sobrietat̄. Noli itaq; erubescere testimoniū dñi nr̄i: neq; me vinctus eius: sed collabora euāgelio fm virtutē dei qui nos liberauit t vocauit vocatiōe sua sācta: nō fm opa nr̄a: sed fm ꝓpositū suum et gr̄am q̄ data ē nobis in xp̄o iesu ante tpa secularia. Manifestata ē aūt nūc p illuminationē saluatoris nr̄i iesu xp̄i. qui destruxit q̄dem mortem: illuminauit autē vitam t incorruptionem per euangelium.

Supra ꝓmēdauit eū de bōis gratuitis: hic hortat ad vsū gratuitoꝝ sibi datoꝝ p̄cipuē p̄dicatōe euāgelij Et prio monet generaliē ad vsū date sibi gr̄e. Scōo specificat q̄ lis sit vsus gr̄e ibi. Noli itaq; erubescere ꝛc. Itē primo ponit monitionē. Scōo ei⁹ rōnē ibi. Mō enī dedit nobis ꝛc. Dicit ergo. Fides non ficta in me t alia t in te est. Propter quā cām ꝛc. Hēa dei ē sicut ignis qui q̄n obtegitur cinere nō lucet: sic gr̄a obtegit in hoīe p torpozem vel humanū timorē. Ān t timothe⁹ effect⁹ pusillanimis torpuerat circa p̄dicationē. Et iō dicit. Resuscita gr̄am sopitā. 1. The. 5. Spūm nolite extinguere. Et addit. Que ē in te p impositionē manuū meaꝝ a q̄ scz ordinat⁹ erat epūs. In qua man⁹ impositione data ē ei gr̄a spiritꝰ sancti. ¶ Deinde cū dicit. Mō enī ꝛc. ponit rō monitionis t sumit ex cōditione diuinoꝝ munerꝝ. Qui enī accipit munus operāt fm cōgruentiā muneris: ergo fm conditionē diuinoꝝ munerū debem⁹ deo seruire. Est autez duplex spūs hui⁹ mundi Et horum diſtinctio ē: spiritus enī significat amorē q̄ nomē spūs impulsionē importat: t amor impellit. Duplex aūt ē amor scz dei t hic ē p spiritū dei t amor mundi t hic est p spūm mundi. 1. Cor. 2. Mō enī accepim⁹ spūm hui⁹ mūdi ꝛc. Spūs aūt mūdi facit amare bona mundi t timere mala tēporalia: t iō dicē. Mō enī dedit nobis de⁹ spūm timoris scz mundani: quia hūc de⁹ aufert a nobis. Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus ꝛc. Est ali⁹ spūs timoris dñi t sanctus et iste facit vt timeat de⁹: hic aūt ē sine pena t sine offensa t hic ē a deo. Mat. 10. Timete eū q̄ pōt t aīaz t corꝓ pdere in gehennā. Et addit: sed virtutis q̄ p spūm sāctū diriginur in malis t hoc p virtutē scz fortitudinis ꝓtra aduersa mūdi. Luc. vlt. Sedete in ciuitate donec induamini virtute ex alto. Itē diriginur in bonis q̄ quātum ad affectionē ordinamur p dilectionē charitatis duz q̄ oīa que diligit refert in deū. Ān dicit sed dilectionis. 1. Jo. 3. Qui nō diligit manet in morte. Itē q̄tū ad bona exteriora t ideo dicit. Et sobrietatis id ē oīs tēperantie seruando debitū modū t mensurā: vt scz tēperate vrātur bonis mundi. Tit. 2. Sobrie t iuste et pie viuamus in hoc seculo ꝛc. 1. Thi. 3. Oportet epūm e ē irreprehensibilē vnius vxoris virū sobriū ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Noli t specificat vsū gr̄e: et ꝓmo ex ludit cōtraria huic vsui. Secundo hortat ad vsū gr̄e ibi. Sed collabora ꝛc. A solita autē p̄dicatione poterat impediri ꝓpter duo. Prio per erubescentiā. Scōo ex pēa apli quā patiebat ꝓpt euāgeliū: et iō t ad primū dicit. Noli itaq; scz exquo habes spīm fortitudinis erubescere ꝛc. Predicatio em̄ xp̄i si referatur ad sapiam mundi videbat stulta vnde erubescentiā habere videbat. 1. Cor. 1. Nos aūt p̄dicam⁹ xp̄m crucifixū iudeis quidē scandalū: gentib⁹ aūt stultitiā ꝛc. Ro. ꝓmo. Nō em̄ erubesco euāgeliū Luc. 9. Qui me erubuerit et meos sermones hūc filiꝰ hois erubescet. ꝛc. ¶ Quantū ad secūdū sciendū ē q̄ si latro videt aliquem suspensū erubescit se confiteri sociū ei⁹. Sic q; apls erat vinctus poterat eū timothe⁹ erubescere: et iō dicit Neq; me vinctū ei⁹. Ephe. 6. Ꝓro quo legatiōe fungor in cathena. Eccl. 4. Nō reuerearis ꝓtimū tuū in casu suo ꝛc. ¶ Deinde cū dicit. Sed collabora ꝛc. hortat ad vsū gr̄e et primo in generali. Scōo ostendit ex qua fiducia hunc vsum aggrediat ibi. Scōm virtutem ꝛc. Hic manifestat q̄d dixit ibi. Non scōm ꝛc. sed collabora. Dicit ergo ne erubescas sed simul mecū labora. i. Cor. 3. Unusq̄sq; p priā mercedē accipiet. Et dicit euangelio q̄s pōt eē abstinul casus et hic ī euāgelio p̄dicādo datiui casus et sic ad laudē euāgelij et vt scz crescat. Sap. 3. Bonoꝝ laboruꝫ gl̄iosus ē fructꝰ ꝛc. Et hoc cū fiducia nō ꝓpria q: nō sufficientes sum⁹ cogitare aliq̄d a nobis: sed ex nobis. ꝛc. Sz fm dei virtutē id ē habēdo fiduciam de virtute dei. Esa. 40. Qui dat lasso virtutē et his qui non sunt fortitudinē et robur multiplicat. Hec virtus māifestat̄ p duo scz ꝗtū ad effectū q: liberamur a malis. Et iō dic̄. Qui nos liberauit. i. Eſth. 8. Liberauit nos de manu inimici et insidiatoris in via. Jo. 8. Si filius vos liberauerit Et quantum ad hoc q vocat nos ad bōa. Et vocauit vocatione sua sancta: quia vocat ad sanctificandum. Ro. 8. Quos p̄destinauit hos et vocauit. i. Pe. 2. Qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumē suum. Et manifestat quedā que dicit dicēs. Nō fm opa ꝛc. vbi ostēdit q̄ p virtutē dei liberati t vocati sum⁹ nō p humanā. Et ꝓmo ostendit cām vocationis nr̄e t liberatiōis eē a deo Scōo ꝓcessū cāē ibi Que data ē ēt ꝛc. Tertio ꝓmēdat datoꝝ causle scz gr̄e t ei⁹ cōseruatoꝝ ibi. Qui destruxit ꝛc. Dicit ergo vocauit nō p nr̄am virtutē q: scz non per opa nr̄a que sunt effect⁹ virtutis. Tit. 3. Nō ex opibus iustitie q̄ fecim⁹ nos sz fm suā misericordiā saluos nos fecit ꝛc. sed virtutis ei⁹. Est aūt duplex cā hūane salutis q̄ ē a deo. Una ē eterna scz ei⁹ p̄destinatio. Alia ē tēporal scz gr̄a iustificans. Quantū ad ꝓmū dicit. Scōm ꝓpositū id ē p̄destinationē q̄ ē ꝓpositū miserendi. Ephe. ꝓmo Qui ꝓpositū oīa fm ꝓpositū voluntatis sue. Ro. 8. Quos q̄ fm ꝓpositū vocati sūt sancti ꝛc. Quantū ad secūdū dicit. Et gr̄am. Ro. 3. Justificati gratis p gr̄am ipius ꝛc. ¶ Circa ꝓcessum gr̄e primo ondit quo est ꝓparata gr̄a. Scōo quo collata. Tertio p quē. Primū ondit cū dicit. Que data est ꝛc. i. ꝓuisa ē nobis dari añ tpa secularia sicut dicit pbs. Seculum nihil aliud ē q̄ mensura durationis aliquarum rerum: vnde diuersa secula diuerse sunt etates hominū. Unde vnum seculū durat mille annis quia homo dicit viuere q̄diu est in memoria hominū que nō excedit mille annos. Tempora ergo secularia sunt q̄ mēsurāt res mutabiles t hec inceperunt cum mundo ſ; predestinatio ante mundū. Ephe. 1. Elegit nos in ipso ante

constitutionem mundi ꝛc. Et dicit. Jn xp̄o iesu: quia nō sumus electi vt saluemur ꝓpriis meritis: sed per gratiā xp̄i: quia sicut p̄destinauit salutem nostram ita modum salutis nostre. Joh. ꝓmo. Gratia t veritas per iesum xp̄m facta ē: Sz hec p̄destinatio prius erat occulta sed nūc est manifesta: t quomodo: sicut ꝓceptus cordis per opa: vnde nunc in effectu operis suis electis manifestauit p illuminationē ꝓprie loquiē. manifestare enī est in lucē ducere Job. 18. Abscondita ꝓduxit in lucem. Sic ergo manifestata ē per hoc q̄ misit xp̄m nos illuminantē Esa. 60 Surge illuminare hierusalem quia venit lumen tuum. ꝛc. Luce ꝓmo. Illuminare his qui in tenebris t in vmbra mortis sedent ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Qui destruxit ꝛc. cōmendat xp̄m illuminatorem t primo ei⁹ virtutem quantū ad mala que abstulit. Secūdo quantū ad bona que cōtulit. Dicit ergo xp̄s ꝓpter hoc q̄ ꝓ nobis passus satisfecit deo pro peccatis nostris. ꝓme Pet. 3. Christus semel pro peccatis nostris mortuꝰ ē ꝛc. Et peccatū erat causa nostre mortis corporalis Roma. 6. Stipēdia enim peccati mors: t ideo destruendo peccatum destruxit mortem. Osee. 13. Ero mors tua o mors ꝛc. Cōtulit etiam perfecta bona. primo anime in presenti p gratiam fidei. Abac. 2. Justus meus ex fide viuit. Sed ē imperfecta hec vita sed perficietur in gloria. Jo. 17. Hec ē vita eterna vt cognoscant te ꝛc. Secūdo mortalitatez carnis resultantem ex gloria aīe. i. Cor. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem ꝛc. Joh. 10. Ego veni vt vitam habeant scz iam per gr̄am et abundantius per gloriā in futuro. Itē ibidē Qui vivit t credit in me nō morietur in eternū.

Lectio quarta.

In quo positus sum ego p̄dicator et apostolus t magister gentium. Ob quā cām etiā hec patior sed nō confundor. Scio enī cui credidi t certus sum: q: potēs ē depositū meū seruare in illū diē. Formā habe sanoꝝ verboꝝ que a me audisti in fide t in dilectione in xp̄o iesu. Bonuz depositū custodi p spiritū sanctū qui habitat in nobis. Scis enī hoc q̄ auersi sūt a me oēs qui in asia sunt: ex quibus ē philetus t hermogenes. Det misericordiā domin⁹ one sifori domui: quia sepe me refrigerauit t catenā meā non erubuit: sed cū romam venisset sollicite me q̄siuit t inuenit. Det illi dñs inuenire misericordiam a deo in illa die. Et quanta epheſi ministrauit mihi: tu melius nosti.

Supra monuit ad solicitā xp̄i predicationem: hic inducit ad hoc per sui exemplum t primo ponit hoc. Secūdo inducit ad sui sequelam ibi. Formā habens ꝛc. Tertio ostendit sequendi necessitatem ibi. Scis hoc ꝛc. Itē primo ponit suū officiū. Secundo ostendit que patitur pro sui officij executione ibi. Ob quā causam ꝛc. Tertio spei certitudinem ibi. Scio enim ꝛc. Describit autem officiū suum tripliciter: quia dicit se p̄dicatorem ad excitādum ad bonos mores. infra. 4. Predica verbum. insta opportune importune ꝛc. Marc. vltimo. Predicate euāgeliū omni creature ꝛc. Apostolū ad regendū ecclīam q: apostoli sunt prelati ecclesie, Gal. 2. Qui operatus ē petro i apostolatū circumcisionis operatus ē t mihi inter gētes ꝛc. Et magistrum institutū ad docendū fidei sanitatem t cognitionē dei. i. Timo. 2. Doctor gentium in fide et in veritate. Johel. 2. Filij syon exultate t letamini in dño deo nostro qui dedit vobis doctorem iusticie ꝛc. Sz dicit in quo positus sū ego ꝛc. Ibi nota tria. Prio q ipe nō assumpsit sibi sed ab illo positus ē Heb. 5. Nemo assumit sibi honorē sed qui vocatur a deo tanq̄ aaron ꝛc. Scōo in positione designāt ordo: item firmitas quia fm ordinem rōnis institutus firmiter mansit. Joh. 15. Posui vos vt eatis t fructum afferatis t fructus vester maneat ꝛc. Judic. 5. Stelle manentes ī ordine t cursu suo ¶ Deinde cum dicit. Ob quā cām ꝛc. ostendit que patitur pro sui officij executione dicens hec aduersa patiorꝝ scz vincula t tedia: t hoc pro fide xp̄i: infra. 2. Laboro vsq̄ ad vincula ꝛc. Et dicit ob hanc cām q: pati simpliciter nō ē laudabile sed ꝓpter iustam cām. Mat. 5. Beati qui persecutionem patiuntur ꝓpter iusticiam ꝛc. Et iō non ē ei ad confusionē qui patiē ꝓpter iusticiā. i. ꝓpe. 4. Nemo vestrū patiat̄ quasi homicida aut fur aut maledicus aut alienorum appetitor si autez vt christianus non erubescat ꝛc. Act. 5. Ibant apostoli gaudētes ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Scio ꝛc. Ponit certitudo spei: que facit eum non cōfundi etiā hec ꝓuenit ex magnitudine dei ꝓmittentis. Et ideo dicit. Cui credidi ꝛc. Et nota q̄ vno modo credere ē actus fidei t ē sensus. Scio ꝛc. id ē scio q̄ ille qui promisit ē verax t potens ad reddendā vitam eternam quā repromisit homini fideli existenti. Sed cōtra ex hoc sequit q̄ eadē est scia t fides t idem ē scitus t creditū q̄s ē impossibile quia de rōe sciti ē q̄ videat: de rōne crediti q̄ nō. Respondeo in fide duo sunt scz id q̄s credit̄ t ille cui creditur. De eo q̄s creditur nō pōt eē scientia quia sic perderet crediti rōnem sed de eo cui creditē est scientia quia per euidentissimā rōnem ē scitum q̄ deus ē verax. Et sic dicit Cui credidi. 1. Jo. 4. Nolite omni spiritui credere: sed probate spūs si ex deo sunt. Prouerb. 14. Innocēs credit omni verbo ꝛc. Alio mō dicit credere fidei eius cui cōmittit rem suā t hic sēnsus ē veri or quasi dicat. Meipm. labores t possessiones credidi. i. cōmisi deo: scio q̄ potens est depositū meum seruare ꝛc. Et nota q̄ depositū dicit dupliciter. Uno mō q̄s deo posui. Et sic hō deponit apud deū salutē suā qū se deo totū cōmittit. 1. Pe. 5. Cōm sollicitudinē vram in cū p̄ijscientes qm̄ ipi cura est de vobis ꝛc. ps. Jacta sup dñm curā tuā t ipe te enutriet ꝛc. Itē deponit opa sua q̄n scz nō statim recipit remunerationē suā sed in postez. Et sic qui bñ facit deponit illud apud deū: t hoc vsq̄ in illum diem quando iudicabit occulta hominū: quia tunc reddet deus mercedem labozum suoꝝ. 1. Sap. 10. et Esa. 3. Dicite iusto q̄n bene. quonia fructū adinuentionū suarꝝ comedet ꝛc. Uel depositū id ē q̄s penes me posituz ē scz officiū euangelij. Act. 9. Vas electōis ē mihi iste vt portet nomē meū ꝛc. Etiā de⁹ ē potens cōseruare suū apūm vsq̄ ad mortē suam. ¶ Deinde cū dicit. Formā bñs ꝛc. inducit ad seqlā sui t ē duplex littera Una dic̄ habe: altera bñs Si dic̄ bñs sic ꝓpō ponit idoneitatē quā ꝓponit timotheo ad imitandū exemplū apli. Secūdo hortatur ad imitandū ibi. Bonū depositū ꝛc. Apostolus aūt bonā idoneitatē habuit fm duo. s. fm eruditionem quantum ad cognitionē. Et iō dicit. Sanoꝝ verboꝝ ꝛc. Itez fm virtutem. Ān dicit. In fide t dilectiōe. Dicit ergo. Mō potes te excusare si patienter te non habeas vsq̄ ad vincula sicut ego: q: tu es habens formam sanorum verborum scilicet que non continent falsitatis corruptionem. Titum. 2. Loquere que decent sanam doctrinam Et dicit doctrina sana nō corrupta effectiue quia nos sa

nos facit. Et addit. Que a me audisti: quasi dicat nō es deceptus quia hoc tibi tradidi qđ a xpo audiui. 1. Cor. 11. Ego enī accepi a domino qđ & tradidi vobis. Luce 10. Qui vos audit me audit ꝛc. Et hoc in fide & dilectione quia si aliquis oīa verba sana sciret & nō crederet nō esset idoneus: nec etiam diligeret quia de facili recederet a doctrina vel per aduersa vel per prosperа. Heb. ii. Sine fide impossibile est placere deo ꝛc. i. Joh. 3. Qui non diligit manet in morte ꝛc. Et hoc in xpo iesu qz vera fides ē eozum que xps docuit & vera dilectio ē in xpo qui dedit spm sanctum p quē deum diligimus. Hec igit habens custodi bonū depositum qđ scz dedi tibi id ē officium p̄dicationis vt nunq̄ a veritate recedas nec propter timorem officiū predicationis vllo tēpore dimittas Prouer. 4. Omni tēpore custodia seruа cor tuum ꝛc. p̄me Timo. 6. O timothee depositū custodi ꝛc. Et hoc custodi bono adiutorio scz per spiritū sanctū. p̄me Cor. 3. Nescitis quia templum dei estis & spiritus dei habitat ī vobis ꝛc. Secundū aliā litterā monet ad duo. Primo ad sanā doctrinaz. Secundo ad perseuerantiam in ea sīla quādo & quando nō imitatur. ¶ Deinde cum dicit: scis hoc ꝛc. ostendit necessitatē monitionis ex defectu & profectu aliozum. Quādo enī aliquis videt aliquos socioz suorum proficere & aliquos deficere nititur sequi bonos. Et ideo primo cōmemorat deficientes: scđo ꝓficientes ibi. Det misericordiam ꝛc. ostendit ergo quid custodiat ais est periculum. p̄me Cor. 10. Qui se existimat stare vide at ne cadat ꝛc. Et ideo dicit. Auersi ꝛc. Glo. Isti fallacia erant pleni simulate eīn fuerāt ap'ol vt scz addiscerēt vnde facerent calūniam apostolo. Isti ergo qui sūt auersi a me sunt modo in asia inter quos ꝓcipue sunt isti duo qui conuersi sunt per iacobum. ¶ Deinde cū dicit. Det misericordiam ꝛc. ostendit alioz profectū & precipue cuiusdam onesipho ri cōmemorans. Primo bona que sibi contulit rome. Secundo que in asia. Item p̄mo optat ei dei misericordiam. Secundo ostendit meritū misericordie. Tertio tempus misericordie. Primū cū dicit. Det misericordiam ꝛc. Recte optat ei misericordiā quia presens vita miseria ē Job. 14. Homo natus de muliere breui viuens tempore: repletur multis miseriis ꝛc. Dicit det non solum persone sed familie quia ꝓpter bonitatē vni⁹ veniatur gratia ad totā familiam. Mat. 10. Si quidez fuerit domus illa digna veniet pax vestra super eam ꝛc. Meritū autē misericordie est misericordia quā habebāt in apostolum. Unde dicit: quia sepe me refrigerauit: scz quietem p̄stando. Mat. 5. Beati misericordes quoniaz ipi misericordiam cōsequent. Eccl. 18. Nonne ardorem refrigerabit ros ꝛc. Phil. 16. Uiscera sanctoꝝ requieuerunt p te frater ꝛc. ¶ Et cathenā meā ꝛc. infra. 2. Laboro vsq̄ ad vincula: quasi male operās ꝛc. nō erubuit sed cum romā venisset sollicite vt amicus quesiuit. Eccl. 6. Si possides amicū in tēptatione possīde illuz ꝛc. Prouer. 17. Omni tēpore diligit qui amicus ē ꝛc. ¶ Optat autē misericordiam futuri seculi cum dicit. In illa die i qua scz dominus iudicabit oēs qñ misericordia ē necessaria: nō solum autem rome sed & epheſi. Et ideo dignus est diuina misericordia.

Capitulum secundū.

Tu ergo fili mi confortare in gratia q̄ ē in xpo iesu: & que audisti a me p multos testes: hec cōmēda fidelibus hominib⁹ qui idonei erūt & alios docere. Laboza sicut bon⁹ miles christi iesu Nemo militans deo implicat se negocijs secularib⁹ vt ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone: nō coronabit nisi legitime certauerit. Laborantē agricolā oportet primū de fructib⁹ accipe. Intellige que dico: dabit enim tibi dominus in omnibus intellectum.

Supra induxit timotheū ad diligentē euangelij p̄dicationem: inducit eū hic ad constantē tolerantiam martyrij Et primo inducit eum a sustinendā passionem p salute fidelium. Scđo docet eum qualiter resistat infidelibus. ibi. Noli verbis ꝛc. Itē primo inducitur preparatio ad martyriū sustinendū. Scđo exhortatio martyrij ibi. Demor esto ꝛc. Preparatio martyrij p̄mittit quantum ad tria. Primū ē animi fortitudo. Scđm ē bonoꝝ dispensatio ibi. Et que audisti ꝛc. Tertiū ē fructuosus militie labor ibi. Labora ꝛc. Reqrit aūt ad martyriū animi fortitudo que ē circa pericula mortis: & ideo dicit. Tu ergo fili mi scz quē per euangeliū genui confortare in gratia: ps. Uiriliter agite & confortetur cor vr̄m ꝛc. nō in te scz cuius fortitudo ē vana sed in deo. Ephe. 6. Confortamini in domino & in potentia virtutis eius ꝛc. ¶ In gra. i. gratuito dei dono p xp̄m. Jo. i. Hra & veritas per iesum xp̄m facta est ꝛc. Scđm est dispensatio bonorum. Circa qđ notandum ē q̄ quando aliquis adducit ad mortem disponit de suis. Non ergo minus debēt esse solliciti sancti de bonis spūalibus sibi creditis q̄ nō disperēt post eorū mortē sed alijs credant: & ideo monet eum vt si ad martyrium venerit q̄ dispenset doctrinā fidei. Et primo ponit quō accepit qz p auditū. Unde dicit. Que audisti a me & ego a xpo. Et dico a me nō singulariter sz cōfirmata p multos testes id ē p legem & pphetas Ro. 3. Testificata a lege & a pphetis ꝛc. Uel p apl̄os. i. Cor. 15. Siue eīn ego siue illi sic predicauimus & sic credidistis ꝛc. ¶ Hec cōmenda inquantū sunt accepta. Sap. 7. Quā sine fictione didici & sine inuidia cōico ꝛc. ¶ Fidelibus hominib⁹: vt scz nō querāt lucrū tpale sed gloriam dei. 1. Cor. 4. Dic iam queritur inter dispēsatores vt fidelis quis inueniat ꝛc. Mat. 24. Fidelis seruus & prudens quē constituit dñs sup familiā suā ꝛc. Itē qui sunt idonei ad dispensandū. Debēt aūt esse idonei tripliciter Primo intellectu vt sint sapientes ad intelligendū. Luce. 21. Ego dabo vobis os & sapientiā ꝛc. Itē linguaz vt facundi ad docendū. Esa. 50. Dns dedit mihi linguam eruditam, vt scia suscitare eū qui lassus est verbo ꝛc. Itē ope qz cepit iesus facere & docere. Act. 1. ¶ Deinde cuz dicit. Laborа ꝛc. ponit tertiū scz legitim⁹ militie labor ad quē primo hortat. Secūdo ponit laboris p̄mium ibi. Nam & qui ꝛc. Tertio militie stipendia. Laborantem ꝛc. Itē primo hortat ad legitimū labozem. Scđo exponit quis labor sit legitim⁹ ibi. Nemo ꝛc. Dicit ergo Laborа ꝛc. Est aūt tripliciter aliqs miles xp̄i. Primo inq̄tū pugnat ꝓtra pctā. Job. 7. Militia ē vita hois sup terrā 7. 14. Cunctis diebꝰ quibus nūc milito expecto ꝛc. Et hec pugna ē ꝓtra carnē mundū & diabolū. Ephe. vi. Nō ē nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē ꝛc. Scđo ē aliquis miles xp̄i pugnādo ꝓtra errozes. 2. Corinthio. 10. Arma militie nostre non sunt carnalia: sed potentia deo ad destructionem munitionū consilia destruētes ꝛc. Tertia est militia martyrū contra tyrannos. Et hec est laboziosior. Jo. 25. Nunquid ē numer⁹ militū eius. Et non debet quiescere miles quia dicitur a militia sustinēda. ¶ Deinde cum dicit. Nemo ꝛc. exponit quid sit legitimus labor. Et primo inducit eum ad labozem. Secundo ostendit qualis debet esse bonus miles ibi. Et ei pla

ceat ꝛc. Primo circa primū duo facit quia exemplū ponit. Secundo manifestat. Dicit ergo. Nemo ꝛc. Circa primū sciendum ē q̄ alius ē finis militie spūalis & alius est finis militie corporalis: quia finis militie corporalis est vt obtineat victoriam contra hostes patrie: & tō milites debent abstinere ab his que abstrahunt a pugna puta a negocijs & delicijs. p̄me Cor. 9. Qui in agone cōtendit ab omnibus se abstinet ꝛc. Sed militie spūalis finis ē vt victoriam habeant ab hominibus qui sunt contra deum: & ideo oportet q̄ abstineant ab omnibus que distrahunt a deo: hec autem sunt negocia secularia: quia solicitudo huius seculi suffocat verbum. Et ideo dicit ī plicat se. Sed contra. Negocia secularia sunt temporalia: hoc autem apostolus fecit quādo vixit de laboze manuum suarum. Respondeo dicendū est q̄ apostolus dicit implicat & non dicit exercet: ille autez eis implicatur cuius cura & sollicitudo iniungitur circa ipsa. Et tūc p̄zle ipa hec interdicuntur militibus xp̄i in quibus ostenditur non esse necesse implicari animū. Itē non dicit simpliciter implicatur sed dicit implicat se: quia quandoq̄ implicatur & non se implicat. Implicat enim se quando sine pietate & necessitate assumit: sed quando necessitas officij pietatis & auctoritatis exercetur tunc non implicat se sed implicatur huiusmodi necessitate. Roma. 16. Assistatis ei in quocunq̄ negocio vestri indiguerit. Causa autez quare nō debet se implicare ē vt ei placeat. p̄me Joh. 2. Si quis diligit mundum non est charitas p̄ris in eo. Qui enim est miles xp̄i deuouit se ad militandum deo: & ideo dz conari vt ei placeat cui se deuouit. ¶ Deinde cum dicit. Nam & qui ꝛc. ponit laboris p̄emium. Et quia diceret aliquis. O paule magna imponis: sed quis est eozum fructus? Respondet assumatis exemplum in pugnis secularibus vbi non omnes sed legitime pugnantes accipiunt coronam. Sic ergo erit & in spūalib⁹ q̄ nullus coronabitur nisi seruet debitas leges pugne. p̄me Cor. 9. Illi quidem vt corruptibilē coronam accipiant: nos autem incorruptam. ꝛc. Sap. 4. Imperpetuum coronata triumphat ꝛc. ¶ Deinde cum dicit. Laborantem ꝛc. ostendit stipendia interdicitq̄ ei negocia secularia. Et primo proponit stipendia sub metaphoza. Secundo exponit ibi. Intellige ꝛc. officium enim predicatoꝝ & doctoꝝ est officium militum: inquantū insurgunt contra hostes & vicia. Item agricole inquantū fructum faciunt promouendo ad bona huius. Ager est ecclesia & p̄cipalis agricola est deus interius & exteri⁹ operans. Jo. 15. Ego sum vitis vera & pater me⁹ agricola est ꝛc. Homines autē exterius adhibēt ministeriuz. 1. Cor. 3. Ego plantaui apollo rigauit: deus autē incrementum dedit ꝛc. Isti sunt exteriores agricole. Job. 31. Si animam agricolarum eius afflixi ꝛc. Istū ergo agricolam oportet fructum accipere: huius fructus sunt opera virtutum. Eccl. 24. Flores mei fruct⁹ honoris & honestatis ꝛc. Gal. 5. Fructus autem spiritus est charitas gaudium: pax patientia ꝛc. Inter hos fructus sūt & fructus elemosynarum. Act. 9. Hec erat plena fructib⁹ bonis & elemosynis quas faciebat. Isti ergo debēt principaliter fructum percipere vt ipi gaudeāt. Prio de subditorum fructibus. Phil. 4. Itaq̄ fratres mei charissimi & desiderantissimi gaudium meum & corona mea ꝛc. Secundo de subditis tempoꝛalibus nō pro p̄mio principali sed stipendio. Gal. 6. Cōmunicet autem is qui catheizatur verbo: vel qui se catheizat in omnib⁹ bonis. Mat. 10. Dignus est operarius cibo suo. ¶ Deinde cuz dicit. Intellige ꝛc. exponit que dixerat sequens modus xp̄i post parabolas. Mat. 13. Qui habet aures audiēdi audiat. Quasi dicat, Reduc hec ad intelligentiā spūalē

Dañ. 16. Intelligentia enim opus est ī visione: quasi diceret aliquis: tu dicis accipe stipendium o timothee: sed tu non facis quia de laboze manuum vis viuere. Unde intellige quia est necessaria discretio: quia ibi non sūt accipienda vbi ē occasio auaritie contra euangeliū vel propter cupiditatem vel ꝓpter otium & hoc poteris intelligere: quia dabit ꝛc. p̄me Job. 2. Unctio docebit vos de omnibus. ꝛc.

Lectio secunda.

Demor esto dominū iesū xp̄m resurrexisse a mortuis ex semīe dauid ꝛm euāgeliū meū ī quo laboro vsq̄ ad vincula quasi male operans. sed verbuz dei nō est alligatū. Ideo oīa sustineo ꝓpt electos: vt & ipi salutē cōsequant que est ī xpo iesu cū gloria celesti. Fidelis sermo Nam si cōmortui sum⁹: & cōuiuem⁹: si sustinebim⁹ & cōregnabim⁹. si negauerimus & ille negabit nos. si nō credimus. ille fidelis pmanet negare seipsū non potest. Hec cōmone testificans cora deo. Noli cōtendere verbis ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionez audientium. Sollicite autem cura teipsū ꝓbabilem exhibere deo: operariū incōfusibilez recte tractantem verbum veritatis.

Supra ponit preparatio ad martyrium: hic ponitur exhortatio ad ipm: & primo p̄mittit exemplum premij. Secundo exemplū martyrij ibi. In quo laboro ꝛc. Tertio manifestat consequentiam premij ad martyriū ibi. Fidelis sermo ꝛc. Nam premiuz mortis preciose martyrij ē resurrectio gloriosa: cuius exemplum precessit in capite nostro xpo. Et iō dicit. Memor esto. Quasi dicat. Dñm nr̄m iesum xp̄m supple habe in mēte contra tribulatōes Prouer. 3. In oībus vijs tuis cogita illū: & ipe diriget gressus tuos. Multa enim sunt in eo cogitanda: sed specialiter resurrectio. Ad hanc enim oīa ordinant & preces totus xp̄iane religionis status. Ro. 10. Si confiteris in ore tuo dominū iesum & in corde tuo crediderіs q̄ deus excitauit illuz a mortuis saluus eris. Et nota q̄ nō dicit resuscitatū qz & si p̄ eū suscitauerit tū ꝓpria etiam virtute resurrexit & ē p̄m⁹ resurgentiū. 1. Cor. 15. Sz qz ſm naturā hūanā surrexit & mortu⁹ ē ex semīe dauid. Ro. 1. Qui fact⁹ ē ei ex seie dauid ſm carnē ꝛc. ¶ Scđm euangeliū meū. i. a me p̄dicatū. 1. Cor. 15. Horū aūt facio vobis euangeliuz qđ p̄dicaui vobis ꝛc. Qui p̄dicat euāgeliū ē minister euāgelij: sicut qui baptizat ē minister baptismi. Tamen non potest dici baptisma meū ſz euangelium sic. Et hoc ideo quia multum facit exhortatio et sollicitudo. ¶ Deinde cum dicit. In quo laboro ꝛc. ostēdit se in exemplum martyrij & primo eius penam. Scđo eius cām ibi. Ideo omnia ꝛc. Tria aūt ostendit ee in pena scz acerbitatē obprobriū & cōstantiā. Acerbitatē post cū dicit. In quo scz euāgelio p̄dicādo vel ꝓ quo laboro id ē affligor: & hoc vsq̄ ad vincula: q̄ hanc epistolaz scripsit erat rome ī vinculis. Ephe. vi. Ministeriū euāgelij ꝓ quo legatiōe fungor in cathena. Obprobriū ꝙtū ad infideles cū dicit. Quasi male operans: xp̄iani eīn tūc reputabanť pessimi. Luc. 9. Btī erītis cū vos oderūt homines & separauerint & exprobrauerint ꝛc. Christus etiam fuit damnatus quasi male operans. Esa. 53. Et cum sceleratis reputatus est. Constantiam autem

Explanatio sancti Thome

in epistolam II ad Timotheum II.

Premissis periculis tempoz nouissimoz et ydoneitate tymothei ad resistendū: hic ostēdit quomodo resistat. Et primo ponit monitio. Secūdo eius necessitas. ibi. Erit enim ⁊c. Item primo ponit eius cōtestatio. Secūdo admonitio ibi. Predica verbū ⁊c. In cōtestatiōe sunt duo consideranda. scz coza quibus contestet ⁊ per quē. Contestat autem coza duobus. scz coza eo qui est nostra beatitudo. ⁊ coza eo qui nos in beatitudinē introducit. Beatitudo autē nostra deus est. ps. Beata gens cui⁹ est dominus deus eius ⁊c. Et ideo dicit. Coza deo. id est testē induco deū ꝙ hanc monitionē faciam. Sic enim testis non decipit. 2ᵉ. cozinth. 1°. Ego autē deū testem inuoco in animā meā ⁊c. Et xpo cuius est introducere in beatitudinē. Rom. 1. Per quē ⁊ accessum habemus per fidē in gratiā istam ⁊c. Vel corporaliter introducit quidem. quia ipe iudicatur⁹ est vivos. ⁊ tūc vivos dicit illos qui viui reperiēt in aduentu eius qui morient quidem: sed quia in modico tempore resurgent dicunt viui. 1ᵉ. thes. 4. Nos qui viuim⁹ qui residui sumus in aduentu domini nō preueniemus eos qui dormierūt ⁊c. Vel vivos dicit bonos. scz qui viuūt vita gratie. 1ᵉ. Joh. 3. Qui non diligit manet in morte ⁊c. Et hos etiā iudicat. Act. 10. Ipse est qui cōstitutus est a deo iudex vivoz ⁊ mortuoz Sed cum xps sit deus quomō vtiq hic hac copula coraz deo ⁊ xpo. Respondeo: potest dici ꝙ dicit coram deo scz patre ⁊ xpo. id est filio. Pater enī est fons diuinitatis. ⁊ contestat per duo desiderabilia sanctis. primū est aduentus xpi. Luce. 12. Similes hoibus expectātibus dominū suū quando reuertat a nuptijs ⁊c. Apoca. vlti. Veni dñe ihesu. Secundū est regnū eius. Math. 6. Adueniat regnū tuū. Regnat quidem scōm potestatē super omnē creaturā. Math. vlti. Data est mihi omnis potestas in celo ⁊ in terra. Sed spiritualiter in sanctis regnat in presenti per gratiā. ⁊ in futuro per gloriaz. Qui sancti non sunt de hoc mūdo. Joh. 18. Regnū meū non est de hoc mūdo ⁊c. Sed hoc regnū hic inchoat: sed in futuro cōsumabit quādo oīa regna et subijcient ⁊ volentia ⁊ nolentia. ps. Donec ponā inimicos tuos ⁊c. Consequēter cū dicit. Predica verbū ⁊c. ponit monitio. ⁊ hoc vt insistet doctrine que est duplex. Una ad oēs quā ponit primo. Alia ad aliquos: ⁊ hāc ponit secūdo. ibi. Argue ⁊c. Item primo monet eū ad generalē doctrinā exequendam. Secūdo docet modū. Dicit ergo. Predica verbū ⁊c. scz euangelij. Marci vlti. Euntes in mundū predicate euangeliū omni creature ⁊c. In predicatiōe duo sunt scz denunciatio veritatis. ⁊ instructio ad mores. Et hec duo debet ꝑdicator facere. Luce vlti. Incipiens a moyse ⁊ omnibus ꝓphetis interpretabat illis in oībus scripturis ⁊c. Modus est cū instantia ⁊ continuatiōe. Unde dicit. Insta oportune. importune. 2ᵉ. cozinth. 11. Instantia mea quottidiana ⁊c. Sed dicit. Importune. Cōtra. Eccl. 20°. Ex oze fatui reprobabit parabola. non enī dicit illam in tempore suo. Item Prouerb. 15. Sermo oportunus optimus est. Dicendū est: ꝙ predicator scōm veritatē semper debet ꝑdicare oportune. sed scōm existimationē falsam audientiū debet predicare importune: quia predicator veritatis semper est bonis oportunus. ⁊ malis semper importunus est. Jo. 8. Qui ex deo est verba dei audit. ꝓpterea vos nō auditis: quia ex deo non estis. Eccl. 6. Quā aspera est nimiū sapientia indoctis hominib⁹ ⁊c. Si homo enī vellet hāc seruare oportunitatē vt diceret his qui volūt audire prodesset tantū iustis: sed oportet ꝙ aliquādo etiā predicet malis vt cōuertant. Et ad hoc addit importune. Esaie. 58. Clama ne cesses ⁊c. Consequēter cum dicit. Argue ⁊c. ponit doctrina in speciali quā primo ponit. Secūdo modū ibi In omni patiētia ⁊c. Instituens autē aliquē specialiter potest eū instituere. Vel de pertinētibus ad fidem. puta vt doceat veritatē ⁊ remoueat errozē. Et quantū ad hoc primū dicit. Argue scz errozes. Tyt. 2. Argue cū omni imperio. Vel de pertinētibus ad bonos mozes ⁊ ad hoc debet inducere aliquādo bonū ⁊ superiozē. ⁊ tunc debet placide ⁊ benigne monere. Unde dicit. Obsecra. 2ᵉ. tymoth. 4. Seniozē ne increpaueris: sed obsecra vt patrē Hal. 6°. Eos qui spiritales estis huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Et specialiter si non peccat ex malitia. Si aūt instituat malū debet eum increpare. Tyt. 1. Ob quam causam increpa illos dure vt sani sint in fide ⁊c. Job. 5. Increpationē domini ne reprobes ⁊c. Sed quis modus? In omni patiētia ne iratus appareas ⁊ ex ira instruas. sed tranquille. Prouerb. 19°. Doctrina viri per patientiā noscit ⁊c. ps. Bene patientes erūt vt annūcient. Item doctrina. scz de his que ad fidez ⁊ in his que ad mozes. Jere. 3°. Pascent vos in scientia ⁊ doctrina. Deinde cū dicit. Erit enim ⁊c. ostēdit necessitatē monitionis premisse. Est autē triplex necessitas predictozū Et prima ex parte audientiū. Secūda ex parte tymothei ibi. Tu vero ⁊c. Tertia ex parte apostoli ibi. Ego enim iam ⁊c. Circa primū duo facit. quia primo ꝓponit necessitatē. Secūdo exponit dictum suū ibi. Et a veritate ⁊c. Necessitas prima est auditoz peruersitas in audiendo. vt vtilia nolit audire sed curiosa. Dicit ergo quantū ad primū. Insta dum nolūt audire sanā doctrinā. Nam erit tēpus quādo erunt mali doctozes. Actuū. 20. Ego scio quonīā lupi rapaces intrabūt in vos post discessionē meam ⁊c. Unde dicit. Non sustinebūt. id est erit eis odiosa vera doctrina. scz xpi. Prouerb. 8. Justi sunt oēs sermones mei. nō est in eis prauū quid neq; peruersuz ⁊c. Alia peruersitas quia volūt inordinate audire curiosa ⁊ noxia. Prouerb. 1. Usquequo parvuli diligitis infantiā. ⁊ stulti ea que sunt sibi noxia cupiēt ⁊ imprudentes odibūt scientiam. Ideo dicit. Sed ad sua desideria coaceruabunt. id est multiplicabūt ⁊c. Contra quos dicitur Jacobi. 3. Nolite plures magistri fieri fratres mei scientes quoniā maius iudiciū sumitis. Et est coaceruatio quādo indigni ⁊ insufficientes multiplicant. et magis coaceruatio est si fiant quattuoz indigni ꝙ si centum boni. quia vt habet Sapi. 6. Multitudo sapientiū sanitas est orbis terrae ⁊c. Esaie. 30. Loquimini nobis placentia. Et hoc est scōm sua desideria. quia vnus vult audire vnū. alius aliuz. ⁊ sic querunt diuersos magistros. Et dicit. Pruritientes auribus. scz auditozes. Pruritus dicit habere in pedibus qui nō vult quiescere. In auribus vero qui semper audire vult noua inaudita ⁊ curio-

Et tales ꝑsecutiones patiunt ⁊ maxime in primitiua ecclesia quando fides xpi vndiq; impugnabat a iudeis et gentib⁹. Et ideo Jo. 16. Venit hoza vt oīs qui interficit vos arbitret obsequium se prestare deo ⁊c. Matth. 24. Eritis odio omnibus gentibus ꝓpter nomen meū ⁊c. Item omnes qui pie ⁊c. id est volunt ꝙ fidem xpi seruare misericozdiam ad primū necesse est eos persecutionem pati. ⁊ si non ab extra: tamē ab intus quando scz compatiunt defectib⁹ primozum. quoz culpas ⁊ penalitates vident. 2. Cozin. 11. Quis scandalizat ⁊ ego nō vroz ⁊c. 2. Pe. 2. Habitans apud eos qui de die in die iustam animā iniquis operibus cruciabant ⁊c. ps. Audi preuaricantes ⁊c. Item sunt alie ꝑsecutiones que sanctis oīb⁹ deesse nō possunt scz carnis mūdi ⁊ demōis qz vt habet Hal. 5. Caro concupiscit aduersus spūm ⁊c. Ro. 7. Infelix ego hō qs me liberabit de corpore mortis huius ⁊c. ps. Multe tribulationes iustoz ⁊c. Deinde cum dicit. Mali autē homines ⁊c. ostendit ꝙ mali incidūt in peioza mala scz culpe. Dicit mali i se. scz inquantū peccatis inherēt. Matth. 21. Malos male perdet ⁊c. Et seductozes scz in primozū nocumentū inquātum seorsum ducunt eos a via veritatis que cōmunis est Ro. vltimo. Per dulces sermones ⁊ benedictiones seducunt coza innocentiuz ⁊c. Sz isti non contenti malis que fecerunt ꝑficiūt in peius Apoc. vltimo. Qui in sordibus est sordescat adhuc ⁊c. Sed contra supza eodem vltra non proficient. Dicendum est ꝙ qui proficiunt in peius permissi a deo. ⁊ ex intentione malicie eozum que semper est ad malum. sed ꝑm prouidentiam diuinam ꝓhibentē ne possint implere quod ceperunt. Proficiūt aūt in peius mali in seipsis inquantū errant circa veritatem: Matth. 22. Erratis nescientes scripturas neq; virtutem dei. Item opere errant ⁊ hoc modo omnes mali errant. puer. 14. Errant omnes qui operant malum. Item in primis quia seductozes. Unde dicit. In errozem mittentes ne scz possint ꝙ prosperitates veuire ad regnum celozum. Contra illud supza. Qui pie volunt ⁊c. Esa. 3. Populе meus qui beatum te dicunt ipsi te decipiunt. Deinde cuz dicit. Tu vero ⁊c. monet eum vt maneat in sua institutione. ⁊ hoztat eū tripliciter. scz ex parte doctozis. ex parte ipsius timothei ⁊ ex parte eozum que accepit. Dicit ergo assecutus es misericozdiam ⁊c. ergo ꝑmane in his que accepisti. Ecc. 10. Si spūs potestatem habentis ascenderit sup te locum tuū ne dimiseris ⁊c. 1. Cozin. 15. Stabiles estote et immobiles ⁊c. Dicit ergo. didicisti ⁊ credita sunt tibi. quia quilibet xpianus discit que fidei sunt: ⁊ hec est doctrina salutaris Jo. 6. Omnis qui audiuit a patre meo ⁊ didicit venit ad me ⁊c. Sed specialiter documenta fidei sunt credita prelatis inquantum debent alijs ea dispensare Hal. 2. Cum vidissent ꝙ creditum est mihi euangeliū prepucij ⁊c. Et quare oportet ꝑmanere? Quia ego a magistro scientie habui qui errare non potuit. 2. Cozin. 13. An me loquit christus. Et ideo in his firmiter ꝑmane: Sciens a quo didiceris: qa a paulo qui non ab homine neq; per hominem didicit. ⁊c. Hal. 2. Ex propria cōditione. Turpe enim est homini nutrito in bono a pueritia in senectute deficere. Ecc. 26. Qui transgreditur a iustitia ad peccatum deus parauit eum ad rompheam. Timotheus autem sic fuit nutritus. prouer. 22. Adolescens iuxta viaz etiam cū senuerit nō recedet ab ea. Unde dicit ab infantia. Et dicit Sacras litteras que sunt littere veteris testamenti quas didicit ab infantia: quia filius mulieris iudee. Act. 16. Unde mater sua fecit eum erudiri in eis quod est contra manicheum: quia apostolus vetus testamentum hic nominat sacras scripturas litteras. quia ab infantia sua non nouit lras noui testamenti. Tertio ex parte eozū que accepit. et est tertia ratio. nam si aliqs habet aliquā scientiam in qua non est vtilitas deserit eam ⁊ transit ad aliam. Sed si scientia est valde vtilis stultum est eam dimittere. Et ꝑmo facit rationē. Secundo manifestat eaz ibi. Omnis scptura. Dicit ergo. Dico ꝙ accepisti lras sacras que non sunt contemnende quia sunt vtiles Esa. 48. Ego dominus deus tuus docens te vtilia ⁊c. Un subdit dicens. Que te possunt ⁊c. Jo. 6. Dñe ad quem ibim⁹. verba vite eterne habes. Jo. 5. Scrutamini scripturas in quibus putatis vitam eternaz habere ille sunt que testimoniuz perhibent de me. Et lre que te possunt instruere ad salutem. sed non nisi per fidem xpi. Ro. 10. Finis enī legis est christus ad iustificiam omni credenti. Heb. 11. Sine fide enī impossibile est placere deo. Rationem autē manifestat dicens: Omnis ⁊c. Ubi ostendit ꝙ sacre litterre sunt vie ad salutem. Et tria ponit. Nam cōmendat scpturas ratione ꝓncipij ratione effectus vtilis. ⁊ ratione vltimi fructus ⁊ ꝑfectus. Si enī cōsideres eius ꝓncipium habet ꝑuilegium super omnes: quia alie sunt tradite ꝙ rationem humanam. sacra autē scptura ē diuina ac diuinitus inspirata. 2. Pe. 1. Non enī voluntate humana allata est aliquando ꝓphetia. sed spūsancto inspirati locuti sunt sancti dei homines Job. 32. Inspiratio omnipotētis dat intelligentiā. Sed dices quā omnis scptura diuinitus inspirat cum ſm ambrosiū omne verum a quocūq; dicat a spūsancto est: Dicendū ē ꝙ deus dupliciter aliquid operat scz immediate vt ꝓpriuz opus sicut miracula. Aliquid mediantibus causis inferioribus: vt opera naturalia Job. 10. Manus tue domine fecerunt me ⁊c. Que tamen fiunt operatione nature. Et sic in homine instruit intellectum. ⁊ immediate per sacras litteras: ⁊ mediate per alias scripturas. Effectus huius scripture ē duplex. scilicet quia docet cognoscere veritatem ⁊ suadet operari iusticiaz. Jo. 14. Paraclit⁹ spiritussanctus docebit scilicet cognoscenda: suggeret operanda. Et ideo vtilis est ad cognoscendam veritatē: ⁊ vtilis est ad dirigendum in operatione. Est enī ratio speculativa. ⁊ est etiam ratio practica. Et in vtroq; sunt duo necessaria scz ꝙ veritatem cognoscat ⁊ errozez refellat. Hoc enim op⁹ est op⁹ sapientis. scz nō mētiri ⁊ mentiē tē refellere. Quantū ad primū dicit. Utilis est ad docendū. scz veritatem. ps. Bonitatē ⁊ disciplinam ⁊ scientiā doce me ⁊c. Item ad arguendum quantū ad secundū Thie. 1. Ut sit potens exhortari in doctrina sana ⁊ eos qui contradicunt arguere. Item ḡtū ad practicā sunt duo necessaria scilicet vt reducat a malo ⁊ ad bonum inducat. ps. Declina a malo ⁊ fac bonum ⁊c. Quantū ad primum dicit. Ad corripiendū quod est eripere a malo. Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus vade ⁊ corripe eum inter te et ipsum solum ⁊c. Job. 5. Beatus homo qui corripitur a domino. Quantum ad secundum dicit. Ad eruiendum in iusticia. Et hec omnia sacra scriptura facit. Esa. 8. In manu fozti eruiuit me ⁊c. Sic ergo ḡdruplex est effectus sacre scripture scilicet docere veritatem: arguere falsitatem. Quant ū ad speculativaz eripere a malo ⁊ inducere ad bonum. Quantuz ad practicam. vltimus eius effectus est vt perducat homines ad perfectum. Non enim qualitercūq; bonum facit. sed perficit. Heb. 6. Ad perfectionem feramur. Et dicit. vt perfectus sit homo dei. quia non potest homo esse perfectus nisi sit homo dei. Perfectum enim est cui nihil deest. Tunc ergo homo est perfectus: quando est paratus ad omne bonum. non scilicet que sunt de necessitate salutis. sed etiam ad ea que sunt superogationis. Bonuz autem facientes non deficiamus Hal. vltimo.

Explanatio sancti Thome

in epistolam II ad Timotheum IIII

sa ⁊ quãdoꝙ noxia. Actu.17. Athenienses ad nihil aliud vacabant nisi aut discere aut audire aliquid nouj. Et ideo multiplicat doctrina heretica Prouerb.19. Aque furtiue dulciores sunt ⁊ panis absconditus suauioꝛ ⁊c. ¶Consequẽter cũ dicit. Et a veritate ⁊c. exponit dictũ ⁊ primo exponit quod dixerat ꝙ sanaꝝ doctrinã non sustinent cũ dicit. A veritate ⁊c. Sana doctrina est quãdo non habet admixtã falsitatẽ. Ergo sanam doctrinã non sustinẽt dum veritatẽ nolunt audire. Osee.4. Non est veritas ⁊ nõ est misericordia ⁊ nõ est scientia in terra ⁊c. Jo.8. Si veritatẽ dico vobis: ꝛ nõ creditis mihi? ⁊c. Secũdo ꝙ dixerat coaceruabũt ⁊c. exponit cũ dicit. Ad fabulas autẽ conuertent. Fabula est composita ex miris in quibus deficit veritas. Et talia homines habentes in auribus pruritũ volunt audire. 1ᶜ. tymoth. 4. Jneptas ⁊ inanes fabulas deuita ⁊c. ¶Deinde cũ dicit. Tu vo ⁊c. ponit necessitas ex parte tymothei cui erat officiũ cõmissum: ⁊ ideo necessariũ erat ꝙ predicaret. Et ꝓ̃ tio monet eum ad sollicitudinẽ. Secũdo inducit eum ad laborem. Tertio moderat laboꝛeꝝ. Dicit ergo. Tu vero ⁊c. Quasi dicat. Jsti sic faciũt. Tu vero ⁊c. Math.24. Vigilate quia nescitis qua hoꝛa dñs vester venturus sit ꝛc Luce.2. Et pastoꝛes erãt in regione eadẽ vigilantes ⁊ custodientes vigilias noctis supra gregẽ suũ ⁊c. Ro.12 Qui præest in sollicitudine. Sed quia sollicitudo sine laboꝛe inanis est. ideo primo iuducit ad vniuersaliter laborandũ. Secõ determinat in quo est laborandũ. Tertio laborandi necessitatẽ. Dicit ergo. Vigila ⁊ sic ꝙ aliquid facias. ⁊ ideo laboꝛa. Sap.3°. Bonoꝝ laboꝛ gloriosus est fructus ⁊c. Et hoc in oĩbus. id est in omni genere hominũ. Esa.32. Beati qui seminatis super oĩes aquas ⁊c. Marci vlti. Predicate euangeliũ omni creature. Unde moꝛ determinat in quo est laborandũ dicẽs: Opus fac euangeliste. id est euangeliza. Hoc em̃ est nobile opus: quia ad hoc xp̃s est missus. Luce.4. Alijs ciuitatibus oportet me euangelizare quia ideo missus sum Esa.41. Primus ad syon dicet. Ecce adsum ⁊ hierusalem euangelistã dabo. Euangelista autẽ dicitur aliqñ qui scripsit euangeliũ. ⁊ sic sunt quatuoꝛ. qñqꝫ qui predicat ipm. ⁊ sic dicit hic. ⁊ Ephes.4. Necessitas aut huj laboꝛis qz est ministeriũ tuũ. ⁊ ideo tibi cõmissum impleꝛ scz predicãdo. Col.4. Dicite archippo. vide ministeriũ quod accepisti in dño vt illud impleas. Ille autẽ implet officiuꝫ euangeliste qui verbo predicat et opere implet. Actu.1. Cepit iesus facere ⁊ docere. ¶Consequẽter inducit ad moderantiã dicens: Sobrius esto. vel sobrietate cozpali que decet p̃dicatoꝛẽ. Ebrietas em̃ est inimica saptẽtie. Eccl.2. Cogitaui abstrahere a vino carnẽ meã Vel potius sobrietas ponit hic ꝓ discretiõe Actuũ.26. Verba sobrietatis ⁊ veritatis eloquoꝛ. 1ᶜ. petri. 5°. Sobrij estote ⁊c.

Lectio secunda.

Eo enim iam deliboꝛ: ⁊ tempus re
e solutionis mee instat. Bonum cer-
tamen certaui: cursum consumaui:
fidem seruaui. Jn reliquo reposita est mihi
coꝛona iustitie: quam reddet mihi domin⁹
in illa die iustus iudex Non solum autẽ mi
hi: sed ⁊ his qui diligunt aduentũ eius.

Supra monuit eũ vt instaret doctrine. ⁊ hoc propter audientes ⁊ propter ipm tymotheũ: hic inducit tertiã necessitatẽ ex parte apostoli. ⁊ est quia in bꝛeui erat subtrahendus de mũdo. Et primo prenũciat suaꝫ mortẽ immi nere. Secũdo mandat ꝙ visitet eũ ibi. Festina ⁊c. Circa primũ duo facit. Primo designatur instantia mortis eius. Secũdo securitas moꝛtis ibi. Bonũ certamẽ ⁊c. Circa primũ duo facit. qz primo nũciat passiones ꝙs patiebat. Secõ ꝓdicit mozẽ que expectabat ibi. Et ipse mee ⁊c. Quantũ ad primũ dicit Ego em̃ ⁊c. quasi dicat Stati ego deliboꝛ. Sanctoꝝ autẽ passio dicit immolatio. Philꝫ. 2 Sz ⁊ si immoloꝛ sup sacrificiũ ⁊ obsequiũ fidei vestre gaudeo ⁊c. ps. Tibi sacrificabo hostiã laudis. s. ꝓ te patiendo. Antiqꝰtus in sacrificijs que ex humidis offerebant quedã fiebant pregustatiões. ⁊ he vocabant delibatiões. Rom.11°. Qꝫ si deliboatio sancta est ⁊ massa ⁊c. Et ideo vocat passiones iminentes deliboatiões. Et quãuis iam diu sim̃ has expertus tempus tamẽ resolutiõis mee instat Est aũt duplex resolutio. scz aĩe a coꝛpe Eccl. vlt. Et reuertat̃ puluis in terraꝫ suam vnde erat. ⁊ spũs redeat ad deum qui dedit illũ. Item est resolutio cozporis in puluerẽ. Sen.3. Pulueꝛ es ⁊ in puluerẽ reuerteris. ¶Deinde cum dicit. Bonũ ⁊c. ostendit securitatez sue moꝛtis. Sed sciendũ est ꝙ est differentia inter moꝛtẽ iusti ⁊ peccatoꝛis. quia vt dicit Prouerb.11°. Moꝛtuo homine impio nulla erit vltra spes. Quia em̃ spem habet in istis rebus trãsitoꝛijs. ideo spem nõ habet in eternis. Sed iustus habet spem in eternis ⁊ nõ in terrenis. Primo ergo ponit meritũ sue securitatis. Secũdo securitatẽ de premio. ibi. Jn reliquo ⁊c. Meritũ huius vite est in tribus. scz Jn resistẽdo malis. Jn ꝓficiendo in bonis. Jn bene vtẽdo dei donis. Primũ dicit quodcũ certamen. Sed certamen dicit bonũ: primo si sit ꝓ bonis puta si sit ꝓ fide ⁊ iusticia sicut apostoli. Jude.1. De cõmuni vestra salute necesse habui scribere vobis deprecãs supcertari semel tradite sanctis fidei. Eccl.4. Pro iusticia agonizare ꝓ anima tua ⁊ vsqꝫ ad moꝛtẽ certa ꝓ iusticia. Secũda ꝓpter modũ certaminis: si scz sollicite ⁊ legittime certet supra.2°. Nõ coꝛonabit nisi qui legitime certauerit. 1ᶜ. cozinth.9. Sic pugno nõ quasi aeꝛ verberãs sed castigo coꝛpus meũ ⁊c. Tertio ꝓpter difficultatẽ certaminis Sap.10. Et certamen foꝛte dedit illi vt vinceret ⁊c. ⁊ profectũ in bonis quod est. ¶Sed notat cursum. 1ᶜ. cozinth.9. Sic currite vt cõprehendatis ⁊c. Et dicit cursus ꝓfectus sanctoꝝ: quia cũ festinatiõe currũt vt meliozantes cõsumãt agitati stimulis charitatis. Heb.4. Festinemus ergo ingredi in illã requiẽ ⁊c. ps. Viam mandatoꝝ tuoꝝ cucurri. Sed adhuc certamẽ ⁊ cursus moꝛtis restabat ergo nõ consumauerat cursum nec certauerat. Dicendũ est ꝙ sicut homo qui bene incipit ⁊ intendit finire habet perfecte. sic ⁊ apostol⁹ iaz em̃ inceperat ⁊ finire intendebat. ¶Bonus vsus donoꝝ dei est duplex. scz cõseruatio fidei. ⁊ ideo dicit. Fidẽ seruaui quod facit qui vtit donis dei ad gloziã dei ⁊ salutẽ proximoꝝ. Math.24. Quis putas est fidelis seruus ⁊ prudens quẽ constituit domin⁹ super familiã suam? ⁊c. 1ᶜ. tymoth.1°. Fidelẽ me existimauit ponens in ministerio ⁊c. Vel seruaui in me virtutẽ fidei. Rom.14. Omne quod nõ est ex fide peccatũ est ⁊c. propter qõ. Mat. 10. Estote prudentes sicut serpẽtes. id est custodite fidẽ tanq̃ caput ⁊ fundamentũ virtutuꝫ. ¶Deinde cũ dicit. Jn reliquo ⁊c. ponit spes de premio quod primo ponit. Secũdo ostendit datoꝛem eius. ibi. Quam reddet ⁊c. Tertio ponit participes premij ibi. Qui diligũt ⁊c. Dicit ergo. Exquo pugnaui ⁊ cursum consumaui: nihil restat nisi ꝙ coꝛoner. Coꝛona iusticie dicit quam deus ex sua iustitia reddet. Sed contra: quia vita eterna ex gratia daꝛ. Roman. 6. Gratia dei vita eterna. ⁊ cap. 8. Nõ sunt condigne passiones huius temporis ad futurã gloriam ⁊c. Non ergo ex iusticia. Respõdeo. Dicendũ est

ꝙ est ibi gratia quantũ ad radicem merendi. iusticia quãtum ad actũ qui procedit ex voluntate. vel coꝛona que datur ex iusticia: quia datur iustis scõm opera iusta. Esaie.3. Dicite iusto quoniã bene quoniã fructum adinuentionũ suaꝝ comedet ⁊c. Hec coꝛona duplex est. quedam principalis. quedã secundaria. Prima est premiũ essentiale que nihil est aliud ꝙ gaudiũ de veritate. Esa. 28. Jn illo die erit domin⁹ exercituũ coꝛona glozie ⁊ sertum exultatiõis residuo populi sui ⁊c. Deus est ergo coꝛona nostra. Secũda, est coꝛona que debetur specialibus operibus ⁊ hec est aureola. ⁊ vna debet martyribus. supza. 2. Non coꝛonabit nisi qui legittime certauerit ⁊c. ⁊ ad hoc est quod dicit. Bonũ certamen certaui. Alia debetur virginibꝰ. Sapien. 4. Jn perpetuũ coꝛonata triũphat incoinquinatoꝝ certaminũ premiũ vincens ⁊c. Et ad hoc est. Cursum cõsumaui. Apocal.14°. Hi sequũtur agnũ ⁊c. Tertia est doctoꝝ. Prouerb.4. Dabit capiti tuo augmenta gratiaꝝ ⁊ coꝛona inclita proteget̃te Et ad hoc dicit. Fidez seruaui. Et dicit reposita. i. ẽm eternã predestinatiõe reseruata. supza.1. Scio cui credidi ⁊ certus sum: quia potens est depositũ meũ seruare in illũ diem. ¶Dato: huius est deus. ideo dicit quã redet mihi dominus. scz per suã iusticiam in illa die. Hãz hec est coꝛona glozie. et hec est duplex. scz anime: ⁊ hec reddit̃ sanctis in illa die. id est in moꝛte. Unde hic dicit Tempus mee resolutiõis instat. 2ᵉ. cozinth.5. Si terrestris domus nostra hui⁹ habitatiõis dissoluat̃ ꝙ edificationẽ habemus ex deo ⁊c. Alia est cozporis: ⁊ hec redetur in illa die scz iudicij. 1ᶜ. cozinth.15°. Seminat̃ in ignobilitate ⁊c. Participes hui⁹ sunt oĩes sancti. Unde dicit. Non solũ ⁊c. scz reponit Apocal. vlti. Veni domine iesu. Canti.4. Veniat dilectus meus in ortuꝫ suũ vt comedat fructũ pomoꝝ suoꝝ ⁊c. Qui non diligũt deũ nihil habent: vt diligant aduentũ eius. Amos.5°. Ue desideãtibus diem domini: quia coꝛona solũ charitati debetur. Joh.14°. Qui diligit me diliget̃ a patre meo ⁊ ego diligam eũ ⁊ manifestabo ei meipm.

Lectio tertia.

Festina ad me venire cito. Demas
f enim me dereliquit diligens hoc se
culuꝫ ⁊ abijt thessalonicam: crescẽs
in galatiam. tytus in dalmaciam. lucas est
mecum solus. Marcum assume: ⁊ adduc te
cum. est enim mihi vtilis in ministerio. Ty
chicũ autem misi ephesum. Pennulã quaz
reliqui troade apud carpũ veniens affer te
cum: ⁊ libꝛos maxime autem membranas.
Alexander erarius multa mala mihi ostendit: reddet illi dominus scõm opera eius:
quem ⁊ tu deuita. Valde enim restitit verbis nostris. Jn prima mea defensiõe nemo
mihi affuit: sed omnes me dereliquerunt.
non illis imputetur. Dominus autez mihi
astitit ⁊ confoꝛtauit me. vt per me predicatio impleatur. ⁊ audiant omnes gentes. et
liberatus sum de oze leonis. Liberauit me
dominus ab omni opere malo. ⁊ saluum fa
ciet in regnũ suum celeste. cui gloria in secula seculoꝝ. amen. Saluta prisca ⁊ aquilam ⁊ onesiphoꝛi domuz. Erastus remãsit

cozinthi. trophimũ autem reliqui infirmũ
mylethi.

Rogat visitari. Et primo vocat eũ ad se. Secũdo significat suũ statum ibi. Alexander ⁊c. Tertio cõcludit epistolarẽ salutationẽ ibi. Salutant te ⁊c. Item primo mãdat vt veniat. Secũdo assignat et sociũ ibi. Marcũ assume ⁊c. Tertio ostendit quid deferat ibi. Pennulaz ⁊c. Circa primũ duo facit. quia primo vocat eum. Secũdo causam vocatiõis assignat ibi. Demas ⁊c. Dicit ergo. Quia in bꝛeui suz recessurus de mũdo festina ⁊c. ⁊ hoc vt inuicẽ consolarent̃ et vt iuuarent eum in predicatiõe euangelij: ꝓ quo erat sollicitus in vinculis existens. Prouerb.18. Frater qui adiuuat a fratre quasi ciuitas firma. Causa vocatiõis est. quia societate debita erat destitutus. Et primo a quodã qui ꝓpter suam culpã recesserat. Secũdo quia quosdã miserat ad predicandum. Dicit ergo. Demas em̃ ⁊c. i. proposuit amoꝛẽ huj⁹ seculi amoꝛi meo. 1ᵉ. Joh. 2°. Si quis diligit mũdum nõ est charitas patris in eo ⁊c. ¶Crescens quidã discipulus abijt in galatiã missus ab apostolo. Tytus etiaz missus ab eo abijt in dalmaciã. vbi finaliter vicit fuisse episcopus. Job.38°. Hunquid mittes fulgura ⁊ ibũt? ¶Lucas ⁊c. hunc retinuit in predicatiõe euangelij in qua fuit gratiosus. 2ᵉ. cozinth.8. Cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. ¶Deinde cũ dicit. Marcũ ⁊c. assignat ei sociũ ⁊c. Et circa hoc duo facit. quia primo assignat ei sociũ. Secũdo huius rationẽ. hic marcus alio nomine dicit̃ iohannes ⁊ cõsobrinus barnabe. Act.15. dicit̃ ꝙ barnabas volebat assumere marcũ: sed paulus nolebat. Et ꝓpter hoc dissensio facta est inter eos ita vt discederet ab eis. Col. vlti. Marcus cõsobrinus barnabe. Ratio est: quia est multipliciter vtilis ⁊c. Tyticum ⁊c. ¶Deinde cũ dicit. Pennulaz ⁊c. Dicit quid portet Carpus est sanctus quidã. Pennula scõm hieronymũ erat volumen legis quod habebãt in carta per modũ rotuli. ⁊ hoc vocat pennulã. vel pennula dicitur vestis aliqua. Sed scõm crisostomũ erat vestis cõmunis. Et quia apostolus rome erat pauper nõ accipiens ab alijs. ideo voluit vt vestis sibi portaretur. Haymo dicit ꝙ erat specialis vestis in signũ nobilitatis. vnde Actuũ. 22. Paulus dixit se ciuem romanũ. Pater em̃ pauli seruierat romanis in tharso cilicie: ⁊ ex hoc factus fuit ciuis romanus. ⁊ pẽnula erat vestis in signũ consulis. Et forte pater suus erat ibi cõsul. vel pẽnula dicit mantica vbi erãt libri quod videt quia sequit. Et libꝛos. Sed quid apostolo de libꝛis pleno spiritusancto? Item instabat sua resolutio. Respondeo. Dicendũ est ꝙ propter duo. Primo vt in legẽdo haberet solaciũ. 1. Macha. 12. Habentes solatio sanctos libꝛos qui sunt in manib⁹ nostris ⁊c. Jn libꝛis em̃ est remediũ contra tribulatiões. Vel dicit hoc ne perderent̃: sed remanerent fidelibus. Item quãtomagis appzopinquabat moꝛti tãtomagis instabat seruitio scripturarũ sicut de ambꝛosio dicit̃ ꝙ vsqꝫ ad vltimã egritudinẽ non cessauit scribere. Unde scribens illũ psalmũ. Magnus dominꝰ ⁊ laudabilis nimis ⁊c. moꝛtuus est. Membꝛane sũt carte nõ scripte vel cedule vbi scripserat epistolas vel predicatiões suas. ¶Deinde cũ dicit. Alexander ⁊c. ostendit que apud ipm fuerunt ⁊ q̃ apud ipm sunt. Et primo ex parte hominũ. Secundo ex parte dei ibi. Dominꝰ autem mihi astitit ⁊c. Iterũ prima in duas. Quia primo significat ei de quodam qui ei aduersabat. Secũdo de negligẽtia eoꝝ qui eum non iuuabant. ibi. Jn prima mea ⁊c. Item primo ꝓmittit eui pam inique impugnantis. Secũdo ostendit penã eius futurã ibi. Reddet ei ⁊c. Tertio ostendit quomõ sit etiã scõm ecclesiã puniẽdus ibi. Quẽ ⁊ tu ⁊c. Videt ꝙ hic

Explanatio sancti Thome

Alexãder fuit artifex eris vel custos erarij. ⁊ erat de his qui dixerũt legalia esse de necessitate salutis seruanda. 1ᵉ. tymoth. 1°. Circa fidem naufragauerũt ex quibus est hymeneus ⁊ alexander ꝛc. Et dicũt quidã q̃ iste est de q̃ dicit. Actuũ. 19. q̃ concitauit seditionẽ in apostolũ: sed nomẽ dissonat quia ille demetrius hic alexãder et locꝰ. quia illud epheſi istud rome fuit. Et subiũgit multa ꝛc. Exnota q̃ nõ dicit fecit: sed q̃ ostẽdit. quia impij aduersus iustos animũ ostendere possunt sed nõ semper explẽt Jereñ. 1°. ⁊. 15. Bellabũt aduersus te ⁊ nõ preualebũt: quia ego tecũ sum ꝛc. Job. 5. Qui dissipat cogitatiões malignoꝝ ne possint adimplere manus eoꝝ quod ceperant. Qui apprehendit sapiẽtes in astutia eorũ et consilium praauorũ dissipat. ¶ Deinde cũ dicit. Reddet ei dominꝰ ꝛc. ponit penã eius futurã. Sed nota q̃ non ponit verbuꝫ optatiuũ reddat: sed dicit reddet. quia significat penam esse paratã a deo. quod preuidebat apostolus ex eius pertinacia. ps. Quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera eius. Tamen cũ hoc q̃ reseruat ei pena in futuruꝫ ecclesia debet etiã eum punire excõmunicando. Unde subiungit. Quem ⁊ tu deuita. scꝫ tanq̃ hereticũ. Tyt. 3°. Hereticũ hominẽ post vnã ⁊ secundã correctionẽ deuita ꝛc. Cuiꝰ etiam dicti reddit rationẽ dicens: Valde enim ꝛc. Actuũ. 7°. Vos semper spiritui sancto resistitis ꝛc. ¶ In prima mea. ponit negligentiã non iuuantiũ eũ. et primo reprehendit eorũ culpam. Secũdo petit eis veniam ibi. Nõ illis imputeꝫ. Dicit ergo. In prima mea ꝛc. Silo. dicit q̃ apostolus sepe contra alexandrũ praue docentẽ pugnauit ⁊ in persona nullus ei affuit. sed hic nõ videꝫ esse sensus eius: quia iste alexander nõ erat tantus q̃ apostolus indigeret alijs ad disputandũ cum eo: sed dicendũ est q̃ sicut dicit Actuũ. 25°. Paulus appellãs missus est romã. ⁊ ideo oportuit q̃ presentareꝫ cesari vt discuteret missionis sue causa. ⁊ iudei venerũt contra eũ Et hoc apostolus appellat suã primam defensionẽ. In qua discipuli defuerũt ei: timentes ne a crudeli nerone punirentur. Eccl. 51°. Respiciẽs eram ad adiutoriũ hominũ ⁊ non erat ꝛc. Ysaie. 63. Torcular calcaui solus ⁊ de gentibus non est vir mecum ꝛc. Sed posset dici q̃ hoc fuit: quia a principio nullus sciuit. Sed hoc est falsum. immo ex quadã pusillanimitate recesserũt. ps. Elongasti a me amicũ ⁊ proximũ meum ⁊ notos meos a miseria ꝛc. Job. 6°. Fratres mei preterierũt me ꝛc. sed quia fecerũt ex infirmitate orat pro eis ⁊ nõ excõmunicat. Luce. 6. Orate pro calũniantibus vos. ¶ Deinde cum dicit. Dominus autẽ ꝛc. ostendit quid agit circa eum ex parte dei. cuius auxiliũ primo ponit. Secũdo huius effectum ibi. Et audiãt ꝛc. Dicit ergo. Omnes me dereliquerũt sed vbi deest homo offert se deus. ps. Quoniã pater meus ⁊ mater mea dereliquerũt me. dominꝰ autez suscepit me ꝛc. Unde dicit. Dominꝰ mihi astitit. scꝫ ad adiuuãdum me. Jere. 20. Dominus mecũ est tanq̃ bellator fortis ꝛc. ps. Prouidebã dominũ in cõspectu meo semper quoniã a dextris est mihi ne cõmouear. Et quomõ: fortitudine animi dando: vt nõ stupescerem coram cesare. Ezech. 3°. Manus dñi erat mecũ me cõfortans. Et hoc vt per me ꝛc. quod impleꝫ quãdo ad plures diffundit ⁊ quãdo quod ore dicit: opere impleꝫ. Actuũ. 9. Vas electionis ꝛc. ¶ Deinde cũ dicit. Et audiant ꝛc. ponit effectus auxilij diuini. Et primo quantũ ad preterita. Secũdo quantũ ad futura. Tertio agit gratias. Sed duplex est beneficiũ circa preterita. scꝫ liberatiõis a culpa ⁊ a pena. Dicit ergo. Dominꝰ mihi astitit ⁊ ideo in illa vocatione liberatus fui. quia non fui condemnatus a cesare: sed permissum est mihi q̃ irem quo vellẽ. Et ideo dicit. Et audiant ꝛc. vt scꝫ alij secũ confortenꝫ ad veniendũ. po. Annũciate inter gentes gloriã eius ꝛc. Et vt iudeorum insultatio deprimereꝫ. Et subdit. Liberatus suꝫ de ore leonis. id est de crudelitate neronis. Prouerb. 19. Sicut fremitus leonũ ita ira regis. Prouerb. 28. Leo rugiens ⁊ vrsus esuriens princeps impius super populum pauperẽ. Secũdo liberatus fuit a culpa. Unde dicit. Liberauit me dominꝰ ab omni opere malo. Aliqui vero liberanẽ a pena incidentes in culpã negatiõis a fide. ps. Eripuit me de inimicis meis fortissimis ꝛc. Et hoc per deũ. Sapiẽ. 8. Non possum esse cõtinens nisi deus det ꝛc. ¶ In futuro saluum faciet ꝛc. Ysaie. 45°. Israel saluatus est in domino salute eterna. Et dicit. In regnũ celeste. Luce. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnũ. Math. 5°. Merces vestra copiosa est in celis. Et ideo agit gratias dicens: Cui est gloria. 1ᵉ. tymoth. 1°. Regi seculoꝝ. ¶ Deinde cum dicit. Salutate ꝛc. iniũgit et aliorũ salutationẽ. Secũdo eum salutat ex parte aliorũ. Tertio ex parte sua. Item circa primũ primo iniũgit aliorum salutationẽ. Secũdo determinat tempus veniẽdi. Dicit ergo. Saluta priscã scꝫ que est mulier ⁊ aquilã virum priscę quos premisit quia forte deuotiores. Item onesiphori domũ. Sed quare nõ eum sed domũ? quia forte mortuus erat ⁊ ideo salutat familiã. Vel forte: quia erat cũ eo rome. Determinans tempus: primo ostendit necessitatẽ. Secũdo prosequit propositũ. Necessitas est ꝓpter alios remanẽtes in alijs ⁊ alijs locis. Item ꝓpter turbationẽ maris. ¶ Deinde ponit personas salutantes ⁊ patet. Et modo cõsuto ne corrumpat epistola scribit manu sua. Gratia autẽ vobiscum. Amen.

¶ Explicit deuotissima postilla sanctissimi doctoris thome de aquino ordinis fratrum predicatoꝝ super secũda epistola beatissimi apostoli Pauli ad tymotheũ.

Incipit pulcherrima expositio eiusdem angelici doctoris beati Thome de aquino: ordinis fratrum predicatoꝝ super epistola eiusdem gloriosi doctoris gentium apostoli Pauli ad Tytum.

Prologus.

Jsciret paterfamilias ꝛc. Luce 12. ꝓper patrẽfamilias significat̃ platus ecclesie ꝓpt̃ tria que oꝫ exhibere. s. generationẽ ad fidẽ eruditionẽ ad salutẽ. custodiam ad securitatem. Primũ quidem quia sicut est vita corpalis per aiam: ita spiritualis per fidem. Abachuc. 2. Justus autẽ meus ex fide viuit. Et sicut ad vitã carnalẽ generaꝫ quis per emissionẽ seminis corporalis: ita ad vitã spiritualẽ per infusionẽ seminis spiritualis: quod est verbum dei. Math. 13. ⁊. 1ᵉ. cozint. 4. ꝓper euangeliũ ego vos genui. Item per eruditionẽ. Eccl. 7. Filij tibi sunt eruditi illos. Ysaie. 48°. Ego dominus deus tuus docens te vtilia. Item protectionem ad tutelam. Deutro. 32. Circumdurit eum ⁊ docuit ꝛc. ¶ Cuilibet enim prelato committit̃ cura subditorum. 3. Regũ. 20. Custodi

in epistolam ad Titum I

virũ hunc qui si lapsus fuerit: erit anima tua pro anima eius ꝛc. Et habeo. 13. Ipsi perpigilãt quasi rationẽ reddituri pro animabus vestris. Sed ad hanc generationẽ requirit̃ scientia. Osee. 4. Quia tu scientiã repulisti ⁊ ego repellaꝫ te ne sacerdotio fungaris mihi ꝛc. Et ideo dicit. Si sciret. Requirit̃ enim q̃ sciat. Item ad eruditionẽ requirit̃ q̃ sit sollicitus. Ro. 12. Qui preest in sollicitudine. Luce. 2. Pastores erãt in regione eadẽ vigilantes ⁊ custodiẽtes vigilias noctis supra gregem suũ. Ad custodiã vero fortitudo requirit̃ ad protegendũ. 1. Macha. 3. de iuda machabeo. Induit se loricã sicut gigas ⁊ succinxit se arma bellica sua in prelijs ⁊ ptegebat castra gladio suo ꝛc. Et ideo dicit̃ Et nõ sineret ꝛc. id est ecclesiã. 1ᵉ. tymoth. 3. Ut scias quomõ oporteat̃ te conuersari in domo dei que est ecclesia dei ꝛc. Hec domus est dei sicut dñi. ⁊ prelati sicut famuli. Heb. 3. Moyses qui dem erat fidelis in tota domo illius tanq̃ famulus ꝛc. xpus vero tanq̃ filius in domo sua. Hec perfodit̃ a fure. id est heretico. Abdie. ca. vnico. Si fures introissent ad te. si latrones per noctẽ quomõ conticuisses? Qui dicit fur? qui occulte venit ⁊ gradit̃ in tenebris. Unde fur a furuo dicit̃: quod est obscurus. Sicisti per obscura dogmata. Prouer. 9. Aque furtiue dulciores sũt ⁊ panis absconditus suauioꝝ ꝛc. Item ex peruersa intentiõe: qz intendũt occidere. Joh. 10. Fur non venit nisi vt furet ⁊ mactet ⁊ perdat. Item ex modo intrãdi quia nõ per hostiũ. 1ᵉ. Joh. 4°. Et oĩs spiritus qui soluit iesum ex deo nõ est. ⁊ hic est antixpus ꝛc. Sic ergo ex premissis trahitur cõuenienter intẽtio huius epistole. in qua apl̃us instruit tytũ quomõ regat ecclesiã. vt patet in argumẽto.

Capitulum primũ.

p Aulus seruus dei: apostolus autem iesu xpi scõm fidem electoꝝ dei: ⁊ agnitionem veritatis que scõm pietatem est in spem vite eterne: quam promisit qui non mentitur deus ante tempa secularia. Manifestauit autem temporibus suis verbum suũ in predicatione. que credita est mihi scõm preceptũ saluatoris nostri dei. Tyto dilecto filio fm communẽ fidem: gratia ⁊ pax a deo patre ⁊ xpo iesu saluatore nostro.

Hec epistola diuidit̃ in salutationẽ ⁊ epistolarẽ narrationẽ ibi. Huius rei ꝛc. In prima primo ponit̃ persona salutans que notificaꝫ tripliciter. scꝫ ex noie cũ dicit. Paulus. qõ significat humilitatẽ. 1ᵉ. coz. 15. Ego sum minimus apostoloꝝ ꝛc. Item ex cõditione cũ dicit. Seruus ps. Dñe ego seruus tuus. Contra. Joh. 14. Jam nõ dicam vos seruos ꝛc. Respondeo: sancti quãdoq; dicũtur serui: quãdoq; nõ: sed filij. Duplex emi est seruitꝰ. Una est ex timore que nõ cõpetit filiatiõi dei. sed condiuidit̃ cõtra eam. Ro. 8. Non accepistis spiritũ seruitutis iterũ in timore ꝛc. Alia ex amore que consequit̃ filiationẽ dei Et ratio hꝰ distinctiõis est. qz liber est causa sui qui operatur quod vult. seruus vero est qui est causa alterius. Sed triplex est causa que est pncipiũ operis: scꝫ finalis formalis ⁊ efficiens. Si ergo ꝓpter causaꝫ finalẽ sic omnes sancti sunt serui dei: quia oĩa per deũ faciũt. 1ᵉ. coz. 10. Siue manducatis siue bibitis vel aliud quid facitis oĩa in gloriã dei facite. Et hoc est ex amore a q̃ pcedit q̃ oĩa opemur ꝓpter deũ. Si vero ꝓpter cãm mouentẽ q̃ est extrinseca ⁊ ꝓpellit sic est seruitus timoris. ⁊ est malo rũ. Si ꝓpter cãm formalẽ sic est habitus inclinãs. Et sic quidã sunt serui peccati. quidã serui iusticie: quia scõm habitũ inclinant̃ ad malũ vel ad bonũ. Item ex auctoritate cũ dicit. Apostolus. Luce. 6. Elegit scꝫ super omnes fideles duodecim ex ipis quos etiã apostolos nominauit. Ephe. 4°. Primũ quidẽ apostolos. Et describit̃ primo ab actore cũ dicit. Jesu xpi. quia ab ipo est electꝰ Gal. 1. Non ab hominib⁹ neq; per hominẽ: sed per iesũ xpm ꝛc. Item quia solũ xpm annũciabat. 2ᵉ. cozinth. 4. Non enim nosmetipos predicamus: sed iesum xpm dominũ nostrũ. nos autẽ seruos' vestros per iesum ꝛc. Itez legatus xpi cuius auctoritate vtebat. 2ᵉ. cozint. 5. Pro xpo ergo legatione fungimur. Ephes. 6. Legatiõe fungor in cathena. 2ᵉ. cozinth. 2°. Si quid donaui ꝓpter vos in persona xpi ꝛc. Item secũdo ex ydoneitate. Hãz apostolus est annũciator. Math. vlti°. Docete omnes gentes ꝛc. Doctor aũt debet habere fundamentũ doctrine ⁊ doctrine perfectionẽ. Primũ pertinet ad quẽlibet. Secũdum vero pertinet ad predicatores ⁊ ad doctores Et sicut in alijs sciẽtijs sunt principia sic in hac sunt articuli fidei qui innotescũt cuilibet fideli scõm lumen infusũ. ⁊ articuli sunt fundamenta fidei que sunt subiãta rerũ sperandarũ ꝛc. Hebreo. 11°. Et ideo dicit. Scõm fidem electoꝝ dei. Item requirit̃ perfectio doctrine. Unde dicit. Et agnitionem veritatis. Duplex autẽ habet cognitio veritatis. scꝫ perfecta in patria. scꝫ quãdo videbimus facie ad faciem. ⁊ imperfecta per fidem quã habent sancti. Joh. 8°. Cognoscetis veritatẽ ⁊ veritas liberabit vos. Sed cuius veritatis? Jn agnitiõe eius que est scõm pietatẽ. Religio emi ⁊ pietas scõm tullii sunt partes iusticie ⁊ differunt. quia religio est cultus dei. Sed quia deus nõ solum est creator: sed etiã ⁊ pater ideo non solũ debemus ei cultũ vt creatori sed amoꝛẽ ⁊ cultum sicut patri. Et ideo pietas quandoq; pro cultu dei sumit̃. Job. 28. Ecce pietas ipa est sapientia scõm aliam translationẽ vbi nostra sic se habet. Ecce timor dñi ipse est sapiẽtia ꝛc. ¶ Tertio describit̃ ex fine. ⁊ primo ponit ipm finem. Secũdo eius dignitatẽ ibi. Quã promisit ꝛc. Finis autẽ est spes vite eterne. quia ⁊ si moyses posset dici apostolus quia a dño missus. Exod. 4°. sed tamen non in spem vite eterne. sed terre euei ⁊ amozrei. sed paulus est apostolꝰ in spem vite eterne. Joh. 6. Hec est voluntas patris mei qui misit me. vt omis qui videt filiũ ⁊ credit in eum habeat vitã eternam. 1ᵉ. petri. 1°. Regenerauit nos in spem viuã ꝛc. Rom. 5. Gloriamur in spe glorie filiorũ dei. Promissio autẽ hec est firma dupliciter. Primo ex parte promittẽtis. Unde dicit. Qui nõ mentitur. Deus emi veritas est cuius contrariũ est mendaciũ Numeri. 23°. Non est deus quasi homo vt mentiat ꝛc. Secũdo ex diuino ꝓposito dandi. Unde dicit. Ante tẽpora secularia Seculũ scõm philosophũ est mensura durationis vniuscuiusq; rei. Tempora ergo secularia sunt tempora distincta scõm diuersas successiones rer. Quasi dicat. Anteq̃ tempus successiuũ inciperet esse. Et qz incepit hoc tempus cum mũdo: ideo fuit ante principiũ mũdi. Alia littera habet eterna. id est antiqua. Sic emi aliquãdo accipit̃ eternũ. id est antiquũ. Vel eterna non scõm veritatẽ sed scõm ymaginationẽ. Et ante ista promisit hoc: quia hec sunt successiua. Sed promittere est verbo nũciare suam voluntatem de dando. Et deus ab eterno protulit verbũ suũ in quo erat vt sancti haberent vitã eternã. Ephe. 1. Elegit nos ante mũdi ꝓstitutionẽ. ¶ Confirmaꝫ aũt hec spes ex manifestatiõe ꝓmissionis. Unde dicit. Manifestauit aũt suis tpibus ꝛc. Et describit̃ hec manifestatio tripliciter. Primo ex tpe vnde manifestauit qñ verbum suũ incarnari constituit. Unde dicit:

Explanatio sancti Thome

in epistolam ad Titum I.

Temporibus suis. id est tempore cōgruo quo homo esset cōuictus de superbia per quā peccauerat. Et sic primo medicus cōuincit egrotū vt eū cōgruentius sanet. Homo enī superbiebat de sciētia: sed cōuictus est de ignorātia ante tempus legis vbi peccauit in ydolatria ⁊ vitijs contra naturā. Item de virtutibus ⁊ de his cōuictus est tempore legis. Hal. 4. At vbi venit plenitudo temporis misit deus filiū suū ⁊c. Item secūdo ex modo: qz per publicā predicationē. Marci vlti. Euntes in mundū vniuersum predicate euangeliū omni creature ⁊c. Unde dicit. In predicatiōe. 1ª. cozint. 9. Dispensatio credita est mihi. Item tertio ex actore. Unde dicit. Secundū precepti ⁊c. Matth. 1. Ipse enī saluū faciet populū suū a peccatis eoz. Actu. 9°. Vas electiōis est mihi iste vt portet nomen meū ⁊c. ¶ Persona salutata ponit cū dicit. Tyto quē describit tripliciter. Primo ex nole. Secūdo ex dilectiōe. Tertio ex filiatiōe. Filius ergo est per dilectionē ⁊ fidem que debet esse cōmunis vt idipm dicant omnes. Et ideo dicit. Cōmunē que etiā dicit catholica. id est vniuersalis. Unde dicit Ephes. 4. Una fides vnus dns ⁊c. ¶ Bona vero optata sunt gratia ⁊ pax. hec sepe coniūgit quia oīm spiritualiū donoꝝ principiū est gratia ⁊ pax finis. ps. Qui posuit fines tuos pacē ⁊c. a deo ⁊c.

Lectio secunda.

h Hius rei gratia reliqui te crete vt ea que desunt corrigas. ⁊ cōstituas per ciuitates p̄sbyteros sicut ⁊ ego disposui si qs sine crimine est vnius vxoris vir: filios habēs fideles: non in accusatione luxurie: aut non subditos. Oportet enī episcopū sine crimie esse sicut dei dispensatorē non superbum. non iracundū. non vinolentum. non percussorem. non turpis lucri cupidum: sed hospitalē. benignū. sobrium. iustum. sanctum. continentē.

Accedit ad narrationē. Et sicut dictū est intendit munire ecclesiā contra hereticos. Et primo monet tytū qz alios instruat ad resistendū hereticis. Secūdo docet quomodo ipe eis resistat ibi. Tu autē loquere ⁊c. capit. 2°. Item primo monet vt instituat episcopos qui hereticis resistāt. Secūdo ostendit necessitatē huius cōmissionis ibi. Sunt enī multi ⁊c. Item primo ponit cōmissionē tyto factā de instituēdo episcopo. Secūdo ostendit quales debēt esse episcopi ibi. Si quis sine crimine ⁊c. Tertio manifestat que dixit ibi. Oportet enī ⁊c. quia ergo apostolus habuit vniuersalē commissionē ecclesie gentiū ⁊ non poterat solus per se oīa exequi Ideo dicit. Huius rei gratia reliqui te in creta scz insula vt loco apostoli ecclesie cretensi officiū pastorale gerat. Prouerb. 18. Frater qui iuuat a fratre quasi ciuitas firma ⁊c. Sed qz dicit. Ut corrigas ⁊c. videtur qz deberet dicere suppleas. Respondeo. Dicendū est qz glo. sic supplet vt oīa que sunt in malis corrigas ⁊ que desunt in bonis addas. 1ª. thes. 3°. Impleamus ea que desunt fidei vestre. Uel dicendū est qz est quoddā peccatū omissionis: ⁊ quoddam transgressionis. ⁊ vtrūq; indiget correctiōe. In sanctis autē ⁊ perfectis sicut tytus fuit: nō abundauerūt transgressiones. Et ideo nō dicit transgressiōes corrigas: sed que desunt. id est omissiones. Ut cōstituas p̄sbyteros id est episcopos. Unde inferius dicit. Oportet episcopū ⁊c. Et vtik indifferenter nomīe episcoporꝝ ⁊ p̄sbyterorū. Unde sumpsit occasionē hereticus qui ambiuit episcopatū quē quia nō poterat adipisci diuisit se ab aliis: ⁊ multa falsa docuit. Inter que dixit qz episcopi in nullo differūt a sacerdotibus qō est contra dyonisiū in libro de ecclesiastica hierarchia. Utik ergo apostolus eodē nomine in vtroq; per idemptitatē rei: quia p̄sbyter dicit senior. ¶ Item quia pertinet ad superiores episcopū cōstituere licet eū canonici eligant. Et dicit cōstituas non in villis sed per ciuitates. Sicut enī in republica reges sunt tantū in ciuitatibus: sic in spirituali regimīe episcopi. 1ª. petri. 2°. Regale sacerdotiū. ¶ Item debēt seniores esse. Eccl. 10. Ue tibi terra cuī rex est puer ⁊c. Itez senes nō solū etate sed ⁊ moribus Rume. 11. Congrega mihi septuaginta viros de senioribꝰ israel quos tu nosti qz senes sint populi ac magistri ⁊c. ¶ Item scōm formā ecclesie. Unde dicit. Sicut ego disposui tibi. Prouer. 3°. Fili mi ne effluāt hec ab oculis tuis ⁊c. ¶ Deinde cū dicit. Si quis sine crimine ⁊c. describit eos tripliciter. scz quantū ad seipos. quantū ex parte vxoris: ⁊ ex parte filioꝝ. De primo dicit. Sine crimine. Sed qs talis erit 1°. Johā. 1°. Si dixerimus: quia peccatū non habemus ipi nos seducimus. Dicendū est qz aliud est crimē aliud est peccatū. Peccatū dicit quodcūq; siue magnū siue parū siue occultū. Crimen autē magnū ⁊ infame. ps. Dne quis habitabit in tabernaculo tuo ⁊c. Et post ea subdit Qui ingredit sine macula ⁊c. Non qz q̄ moztaliter peccat post baptismū non posit eligi sed qz nō sit infamis. ¶ Quo ad secundū dicit. Unius vxoris virū quod oriē tales sic exponūt. id est qz nō habeat simul duas vxores sicut quozūdam est cōsuetudo. Sed scōm hoc non esset necessariū qz apostolus hoc diceret: quia scōm leges romanas quibus apls scribebat etiā ante fidem nō licebat simul habere plures vxores. Item. 1ª. tymoth. 5. Dicit de vidua que fuit vnius viri vxor: ⁊ tamen nunq; licuit qz vna plures viros simul posset habere. Et hoc modo vult istud etiā de vidua. scilicet qz nō habuerit nisi vnū virū. Sed hieronymus dicit oportere qz vnā tantū vxorem post baptismū habuerit ⁊ qz nō est vis si ante baptismū alias habuisset. Sed augusti. ⁊ ambro. dicūt qz per baptismū delent omnia crimina sed qz per baptismū matrimoniū non delet. ergo scōm hos dicendū est ⁊ rectius qz vnā tantū et non plures: licet habuisse ante vel post. Scōm quosdā autē ratio huius est: quia signū esset incōtinentie si plures habuisset. Sed hoc nō est vez: quia nihil repugnaret si plures habuisset meretrices: que sunt magis incōtinentes. Sed est alia ratio altior significato scz quia ipe est dispensator sacramentoꝝ. ⁊ ideo nullus defectus sacramentoꝝ debet esse in eo. sed sacramentuz matrimonij est significatiuū cōiunctiōis xpi ⁊ ecclesie. ergo vt signū respondeat signato sicut xps est vnus ⁊ ecclesia vna sic ⁊ hic quidē deficeret si epus plures vxores haberet. In veteri autē lege patriarche significabāt coniunctionē hanc nō vt coniūctaz xpo sed coniūgendā: sed ecclesia erat futura ex multis Et ideo tūc nō vna sed plures habebanꝫ. Et ideo multitudo vxoꝝ ipoꝝ hoc signifi cabat. ¶ Quantū autē ad tertiū scz ex parte filioꝝ subiūgit dicēs: Filios habens fideles nō in accusatione ⁊c. Epūs enī ꝑstituit vt superintendat ⁊ qui ꝑstituit ad aliquid debet esse exercitatus in illo. als nō prudēter instituereꝫ. Presumit aūt esse bene exercitat⁹: si bene alios rexit. Episcopus autē constituit ad tria. Primo vt fidē doceat. Mat. vlti. Docete oēs gentes ⁊c. Et ideo dicit. Fideles. Secūdo requirit qz populū instruat ad virtutes. Eccl. 7. Filij tibi sunt eruditi illos. Peccata autē lasciuie magis abstrahūt a virtute. Eccl. 20°. Alcius ⁊ impudens nō seruabūt tempus. Et ideo dicit. Nō in accusatiōe luxurie. 1. Regū. 3. Hely condemnāt quia filios de hoc non correxit. Tertio oportet qz pertinaces corrigat. Unde dicit. Aut non subditos. id est non obedientes. Eccl. 30. Equus indomitus euadit durus ⁊ filius remissus euadit preceps ⁊c. ¶ Deinde cum dicit. Oportet enī ⁊c. exponit qō dixit. ⁊ primo qz dixit. Sine crimine. Secūdo sine quibus debet esse. ibi. Non superbū ⁊c. Causa aūt primi est: quia debet dispensare diuina Eccl. 10°. Scōm iudicē populi sic ministri eius ⁊c. ps. Ambulās in via imaculata hic mihi ministrabit. ¶ Deinde cū dicit. Non superbū ⁊c. ostendit a quibus debet esse munis. ⁊ primo ostendit a quibus crimīnibꝰ. Secūdo quibus virtutibus luceat ibi. Hospitalē. Peccatoꝝ autē quedaz sunt carnalia quedā spiritualia. De primis nō facit mentionē: quia omnino debent mūdi esse ab eis Ephes. 5. Fornicatio autē ⁊ omnis imunditia aut auaricia: nec nominet in vobis sicut decet sanctos ⁊c. Sed tantū de spiritualibꝰ que sunt quinq; quoꝝ duo non habēt locū in prelatis. scz inuidia qō est peccatū paruuloꝝ Job. 5. Paruulū occidit inuidia ⁊c. Prelatꝰ aūt est in summo. Item nec accidia quia oīnia ei ad vtū succedūt sed superbia: quia est in summo. ⁊ ira ⁊ cupiditas occasione temporaliū quoꝝ est dispensatoꝝ. Quantū ad primū dicit. Non superbū. ps. Superbo oculo ⁊ insatiabili corde cū hoc non edebā ⁊c. Eccl. 32. Rectorē te posuerunt noli extolli ⁊c. Quantū ad secundū. Primo excludit iram cū dicit. Non iracundū. Secūdo incentiuū ire quod est vinū dicens: Non vinolentū. Prouer. 23. Cui suffusio oculoꝝ: nōne his qui commorant in vino? ⁊c. Tertio sequelā ire quod est percussio. Ideo dicit. Non percussorē. id est nō crudelē. Esa. 50. Corpus meū dedi percutientibus ⁊c. Uel nō percussorē. id est nō percutientem cōscientias aliorum prauis moribus. 1ª. cozinth. 8°. Et percutientes conscientiam eorum infirmum. Quātum ad tertiū dicit. Non turpis lucri ⁊c. 1ª. tymoth. 3°. Non turpe lucrū sectantes. Sap. 15°. Sed estimauerūt lusum esse vitā nostrā ⁊ cōuersationē vite compositā ad lucrū ⁊ oportere vndecūq; etiā ex malo acquirere. ¶ Deinde ponit bona que debet habere. Et primo que pertinent ad conuersationē vite. Secūdo que ad veritatē doctrine ibi. Amplectentē ⁊c. Et patent omnia.

Lectio tertia.

a Mplectentē eum qui scōm doctrinam est fidelem sermonez: vt potēs sit exhortari in doctrina sana. ⁊ eos qui contradicūt arguere. Sunt enim multi etiam inobedientes. vaniloqui ⁊ seductores maxime qui de circūcisione sunt: quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt: docentes que non oportet turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta. Cretenses semper mendaces. male bestie ventris pigri. Testimoniū hoc verum est.

Sicut ſupra dictū fuit lex vetus ex tribus habuit auctoritatē. ſcilicet ex angelo. ex moyſe. et ex aaron pontifice. Apoſtolus antē ſupra pretulit chriſtū actoreꝫ noui teſtamenti angelis per quos lex data fuit: hic intendit ipſum preferre moyſi qui fuit prōlgator et quaſi legiſlator ve teris teſtamenti. Et circa hoc facit duo. Primo eñ pre fert chriſtum moyſi. Secundo concludit ex hoc q̄ ſit ef ficaciſſime obediendus chriſto ibi. Qua propter ſicut di cit ſpiritusſanctus ꝛc. Circa primū tria facit. primo pre mittit dignitatē xp̄i. Secundo oſtendit quid ſit commu nē chriſto t moyſi ibi. Qui fidelis eſt ei ꝛc. Tertio pre fert chriſtum moyſi ibi. Ampliorꝭ autē gloze ꝛc. Circa primū duo facit. quia primo ponit conditionem eoꝝ ad quos loquitur. Secundo conditionē eius de quo loqui tur ibi. Conſiderate apoſtolū ꝛc. Illos autē ad quos lo quit deſcribit tripliciter. Primo ex charitate. Unde di cit Fratres. quaſi diceret. q̄ ex ſemine abrae fratres eſt; et chriſti inter vos adinuicē Matth. 23. Omnes vos fra tres eſtis ꝛc. Item fratres xp̄i. ſupra. 2. Non confundit eos vocare fratres. Hanc autē fraternitatem facit cha ritas. pſ. Ecce q̄ bonū t q̄ iocundū ꝛc. Secundo etiā de ſcribit eos ex ſanctitate cū dicit Sancti. Et hoc propter ſacramentoꝝ perceptionē. 1. cozinth. 6. ſed abluti eſtis: ſed ſanctificati eſtis ꝛc. Tertio deſcribit eos ex vocatio ne cum dicit Uocationis celeſtis participes. Iſta autem vocatio dupliciter poteſt intelligi celeſtis eſſe. Uel quia vocati ſunt ad celeſtia regna. 1. theſ. 2. Uocauit nos ad ſuū regnū t gloziā. Uel vocauit nos vocatione celeſti. q̄ non humana adinuentione ſed celeſti gratia. Galath. 1. Uocauit per gratiā ſuā Ro. 8. Quos autē predeſtina uit hos t vocauit ꝛc. Eſa. 41. Quis ſuſcitauit ab orien te iuſtum vocauit eum vt ſequeretur ſe? ¶ Conſequenē deſcribit illū de quo loquitur cum dicit. Cōſiderate ꝛc. infra. 12. Aſpicientes in actoꝛē fidei t conſummatoꝛē ie ſum ꝛc. Sed quem? Apoſtolum inquit et pontificē con feſſionis ꝛc. Apoſtolus eñ in ſequentibus prefert chri ſtum moyſi t aaron. t ideo aſcribit ei vtriuſq̄ dignitatē moyſi. ſcilicet q̄ miſſus fuit a deo pō. Miſit moyſes ſer uum ſuum. Aaron vero qui pontifex fuit. Exo. 28. Ap plica quoq̄ ad te aaron ꝛc. Chriſtus autē excellenti⁹ mi ſſus fuit apoſtolus t̄ moyſes Exo. 4. Obſecro domīe mitte quem miſſurus es. Quaſi dicat Alium dignioꝛez miſſurus es. Itē ipſe eſt pontifex t ſacerdos. pſ. Tu es ſacerdos in eternū ſm ordinē melchiſedech. Quaſi er go premittit hic conditionē ſuam principalē dicens: Un de id eſt ergo fratres cōſiderate apoſtolū. Quaſi dicat. Preterimittatis conſiderare illū apoſtolum id eſt miſſuz moyſen et pontificem aaron et conſiderate apoſtolum et pontificem confeſſionis noſtre. id eſt illum quem nos cō fitemur. Hoc eñ eſt neceſſariū ad ſalutē vt confiteamur eum. Ro. 10. Corde creditur ad iuſticiā: oꝛe autē confeſ ſio fit ad ſalutem. Uel confeſſionis. id eſt ſacrificij ſpiri tualis. Omnis eñ ſacerdos ordinatur ad ſacrificia offe renda. Duplex autē eſt ſacrificium. ſcilicet corporale vel tempozale. Et ad hoc inſtitutus fuit aaron. Aliud autez eſt ſacrificiū ſpirituale: quod eſt in fidei confeſſione. pſ. Sacrificiū laudis honorificabit me. Et ad iſtud ſacrificiū inſtitutus eſt chriſtus: non ad thauros Eſa. 1. holocauſta arietū et adipē pinguiū t ſāguinē vituloꝝ t agno rum et hyrcoꝝ nolui. Et paulo poſt ibidē ſequit. Ne oſ feratis vltra ſacrificiū fruſtra. ¶ Deinde cū dicit. Qui fi delis ꝛc. Cōparat xp̄m moyſi. De aaron infra facit men tionē ſpecialē. t ponit primo hic vt dictū eſt illō in quo conueniunt. ¶ Sciendū eſt autē q̄ totū hoc q̄ hic dici tur de moyſe fundatur ſuper illud q̄ habetur Numeri 12. vbi dominus oſtendit excellentiā moyſi poſtq̄ iur gati ſunt contra ipſum aaron t maria. vbi ponuntur hec verba que apoſtolus hic allegat. Ibi enim dicitur ſic. At non talis ſeruus meus moyſes qui in omni domo mea fi deliſſimus eſt. Hoc autem poteſt conuenire et chriſto et moyſi. De moyſe eñ patet ex ipſa hiſtoria allegata. De chriſto etiā intelligitur. quia ipſe ſcōm q̄ homo fidelis ē ei qui fecit eum. ſcilicet deo patri quem ſcōm humanita tem fecit Romanoꝝ. 1. Qui factus eſt ei ex ſemine da uid ſcōm carnem. ſcōm eñ q̄ deus non eſt fact⁹ nec crea tus ſed genitus. Fidelis autem fuit deo patri. quia glo riam eius querebat non ſuam Johannis. 8. Ego gloziaz meam non quero. Et. 7. dicitur. Qui querit gloziam eius qui eum miſit hic verax eſt et iniuſticia in illo nō eſt Fidelis ergo eſt chriſtus ei qui fecit eū ſicut moyſes. et hoc in omni domo eius: que domus eſt vniuerſitas fide lium de qua. pſ. Domum tuam decet ſanctitudo domi ne ꝛc. ¶ Deinde cum dicit: Ampliozis enim gloze ꝛc. Prefert chriſtum moyſi t hoc quantuz ad duo. Primo quantū ad poteſtatē. Secundo quantū ad conditionem. ibi Et moyſes quidem ꝛc. Cōmendando autē chriſtum cōmendat ipſum habuiſſe honorez in omni domo. ſed q̄ chriſtus ipſum excellat oſtendit. Ubi primo ponit ratio nem. Secundo manifeſtat ibi Omnis nāq̄ domus ꝛc. Ratio autē apoſtoli eſt q̄ maioz gloria debetur illi q̄ fe cit domū t̄ illi qui eam inhabitat. chriſtus autē fabrica cauit domū. pſ. Tu fabricatus es auroꝛā t ſolē. puer. 9. Sapientia edificauit ſibi domum. id eſt eccleſiaz. Ipe enim xp̄s per quē gratia et veritas facta eſt tanq̄ legiſla toꝛ edificauit eccleſiam. Moyſes autē tanq̄ legis pnun ciato. t ideo ſolum vt pronunciatoꝛi debeꝫ gloria moy ſi. Unde et reſplenduit facies ei⁹ oe qua Exo. 34. et. 2. cozinthioꝝ. 3. Ita vt non poſſent filij iſrael intendere in faciem moyſi propter gloziam vultus eius. Continuaē ergo ſic littera. Tu dicis q̄ chriſtus eſt fidelis ſicut moy ſes. quare ergo dimittemus ne conſideremus? Certe q̄ ampliozis gloze dignus eſt habitus pre moyſe. quanto ampliozem gloziā habet dominus domus qui fecit illam Quaſi dicat. t ſi moyſes multuz ſit honorabilis: tamen chriſtus honorabilioꝛ eſt. ſicut fabricatoꝛ domus. t ſicut legiſlatoꝛ principalis Job. 36. Ecce deus excelſus in foꝛ titudine ſua: et nullus ei ſimilis in legiſlatoꝛibus. Si er go debetur gloria moyſi: ampliori dignus eſt chriſtus. 2 cozinthioꝝ. 3. Si miniſtratio damnationis in gloza eſt: multomagis miniſterū iuſticie erit in gloria. ¶ Conſe quenter probat minorem ſue rationis cuz dicit. Omnis nanq̄ domus ꝛc. Minoꝛ autez eſt q̄ chriſtus fabricauit domū iſtā. et hoc probat primo. quia omnis domus in diget fabricatoꝛe. Secundo quia iſta domus de qua lo quitur a chriſto fabricata eſt ibi. Qui aūt omnia ꝛc. Pri mo ergo probat q̄ iſta domus ſicut et quelibet alia indi get fabricatoꝛe. quia diuerſa non coniunguntur niſi ab ali quo vno. ſicut patet de domo artificiali in qua ligna t la pides ex quibus compoſita eſt vnuntur ab aliquo. Ag gregatio autē fideliū que eſt in eccleſia: et domus dei ex diuerſis collecta eſt. ſcilicet iudeis t gentib⁹: ſeruis t li beris. Et ideo eccleſia ſicut et omnis domus ab aliquo vniente fabricatur. Huius rationis ponit tm̄ concluſiōz ſupponens veritatē premiſſarū ex facti euidentia. 1. Pe tri. 2. Ipſi tanq̄ lapides viui ſupedificamini domos ſpi rituales ꝛc. Epheſ. 2. Superedificati ſuper fundamen tum apoſtolorum et prophetaꝝ ꝛc. ¶ Deinde cum dicit Qui autē creauit ꝛc. Probat q̄ chriſtus ſit iſtius dom⁹ edificatoꝛ. Deus eñ qui fecit omnia ꝛc. Et ſi hoc intelli gitur de toto mundo planū eſt. pſ. Ipſe dixit et facta ſūt ꝛc. Eſt autē creatio ſpiritualis que fit per ſpirituz. pſal. Emitte ſpiritū tuū et creabuntur. t renouabis faciē ꝛc. Et hoc fit a deo per chriſtum Jaco. 1. Uoluntarie genu it nos verbo veritatis: vt ſimus initiuz aliquod creature eius Epheſ. 2. Ipſius factura ſumus creati in chriſto ie ſu in operibus bonis ꝛc. Deus ergo iſtam domū ſcilicet eccleſiā ex nihilo. ſcilicet de ſtatu peccati in ſtatuz gratie creauit. ergo chriſtus per quē fecit omnia. ſupra. 1. Per quem fecit et ſecula Johannis. 1. Omnia per ipſum fa cta ſunt: et ſine ipſo ꝛc. Eſt excellentioꝛ vtpote. quia ha bet poteſtatē factoꝛis t̄ moyſes qui ſolum fuit pronun ciatoꝛ. ¶ Deinde cū dicit Et moyſes quidē ꝛc. Prefert chriſtū moyſi quantū ad conditionē. t circa hoc duo fa cit. Primo ergo ponit rationem ſuam. Secundo manife ſtat eā ibi. Que domus ꝛc. Apoſtolus valde diligenter notat verba illa ſcripta de moyſe. in quibus duo dicun tur de ipſo. Uocatur eñ ſeruus. vocatur etiā fidelis nō in domo propria: ſed in domo dei noſtri. Et quantuz ad iſta duo prefert chriſtum moyſi. Primo enim oſtēdit q̄ conueniat moyſi. Secundo quid conueniat chriſto ibi. Chriſtus vero tanq̄ filius ꝛc. Dicit ergo q̄ moyſes fi delis erat tanquā ſeruus. id eſt ſicut fidelis diſpenſatoꝛ. Matthei. 25. Euge ſerue bone et fidelis. quia in pauca fuiſti fidelis: ſupra multa te conſtituam ꝛc. Chriſtus au tem quodammodo ſeruus eſt. ſcilicz ſcōm carnē. Philip. 2. Formā ſerui accipiens. ſed moyſes fuit famul⁹ in ver bis dei proponendis filijs iſrael Ex quo pater. q̄ q̄ erat fidelis famul⁹. illa que dicebat ordinabanē ad altud. ſci licet ad chriſtum⁹. Et hoc erat teſtimonium eoꝝ que di cenda erant. Johannis. 5. Si crederetis moyſi crede retis forſitan et mihi. de me enim ille ſcripſit Actuū 10. Huic omnes prophete teſtimoniū perhibent. Quia ergo erat famul⁹ ideo erat nō in domo propria ſed in alie na. Et quia ea que dicebat erant in teſtimoniū eoꝝ q̄ di cenda erant de chriſto. ideo moyſes omniquaq̄ minoꝛ eſt chriſto. ¶ Deinde cum dicit. Chriſtus vero ꝛc. oſten dit quid conueniat chriſto. quia ſcilicet chriſtus non eſt ſicut ſeruus: ſed ſicut filius in domo patris et per conſe quens ſua. quia heres naturalis. ſupra. 1. Quem conſti tuit heredem vniuerſoꝝ ꝛc. Eccleſia enim eſt dom⁹ chriſti. prouerbi. 14. Sapiens mulier edificat domum. pſ. Dominus dixit ad me filius meus es tu ꝛc. Matth. 3. Filius meus dilectus ꝛc. Eſt ergo non ſeruus ſed filius et in domo ſua. ſed moyſes eſt ſeruus in domo aliena Johannis. 8. Filius manet ineternum. ¶ Deinde cū di cit: Que domus ꝛc. Oſtendit q̄ iſta domus ſit ſua et q̄ ſit. Iſta eñ domus ſunt fideles et ſunt domus chriſti. q̄ credunt in chriſtū. 1. thimoth. 3. In domo dei que eſt ec cleſia. Et etiam quia chriſtus habitat in ipſis Philip. 3 Habitare xp̄m per fidem in coꝛdibus veſtris. Hec ergo domus. ſcilicet nos fideles ſumus. Ad hoc autem q̄ ſi mus domus dei quattuoꝛ requiruntur circa domuz que non ſunt in tabernaculo. Et iſta tangit apoſtolus. Pri mo q̄ ſpes noſtra t fides ſit certa t permanens. taberna culum autē et ſi ſit firmū tamē cito moueri poteſt. Et ſi gnificat illos qui ad tempus credunt: et in tempoze tem ptationis recedunt. Et ideo dicit: Si retinea mus fiduci am. dictum eſt ſupra q̄ fiducia eſt ſpes cum expectatiōe firma opinione. 2. cozinthioꝝ. 3. Fiduciam talem habe mus per chriſtum ad deum. Secundo q̄ ſit ordinate diſpoſita. Et ideo dicit. Spei gloziā. id eſt ad gloziam dei ordinate. ita q̄ contēptis alijs gloziemur in ſpe glorie. Jereñ. 9. In hoc gloziē qui gloziatur ſcire et noſce me Tertio q̄ ſit pſeuerās. Unde dicit Uſq̄ in finē Mat. 10 Qui perſeuerauerit vſq̄ in finem hic ſaluus erit. Quan to q̄ ſit firma. vt ſcilicet nulla aduerſitate moueatur. Un de dicit Firmā. infra. 6. Confugimus ad tenendā propo ſitam ſpem quā ſicē anchoraꝫ habem⁹ anime tutā t firmā.

Lectio ſecunda.

Ua propter ſicut dicit ſpiritusſanc tus. Hodie ſi vocez eius audieritis nolite obdurare coꝛda veſtra: ſicut in exacerbatione ſcōm diem temptatiōis in deſerto. Ubi temptauerunt me patres veſ

pbauerunt et viderunt opera mea quadraginta annis. ꝓpter quod offensus fui generationi huic: et dixi semꝑ hi errant coꝛde. Ipſi autē non cognouerunt vias meas: quibus iuraui in ira mea: si introibunt in requiem meam.

Supra ꝓbauit apostolus ꝙ xps est maioris excellētie ꝙ moyses: hic concludit ꝙ magis est obediendū christo Et hoc facit ꝓpter auctoritatē ꝓphete dauid in .ps. Ubi tria facit. qꝛ ꝓmo ꝓponit auctoritatē q̄ cōtinet quādam exhortationē. Secūdo exponit eam ibi Videte fratres ꝛc. Tertio ex auctoritate et expositiōe arguit. 4. ca. ibi Timeamus ergo fratres ꝛc. Circa ꝓmuꝫ tria facit. Primo eīm insinuat auctoritatē verboꝝ sequentiū. Secundo ponit exhortationē que est in auctoritate ibi. Hodie si voce eius ꝛc. Tertio ponit quandā similitudinem ibi. Sicut in exacerbatiōe ꝛc. Auctoritas verboꝝ est ex hoc ꝙ non sunt ꝓlata humana adinuentione: sed a spiritusancto. Unde dicit. Qua ꝓpter sicut dicit spiritus sanctus. Ipse autē verba veteris testamenti allegat ꝓ nouo ne credatur ꝙ tm̄ sint referenda ad vetus testamentum. immo etiā ad nouū et ad aliud tempꝰ referri debēt. Et sunt verba spirituſſancti. qꝛ vt dicitur. 2. ꝑe. 1. Nō humana voluntate allata est aliquando ꝓphetia sed spiritusancto inspirati locuti sunt sancti dei homies Ihe eīm dauid dicit. 2. reg. 23. de seipso. Spiritus domini locutus est per me. In hoc ergo ostendit auctoritatē eē veram. quia scilicet est a spiritusancto contra manicheum. ¶ Deinde cū dicit. Hodie si voce ꝛc. ꝑōit monitionez vbi facit tria. Primo eīm describit tempus cū dicit: Hodie. Secundo subdit beneficium ibi Si vocem eius ꝛc. Tertio subiungit monstionē suam ibi Nolite obdurare ꝛc. Tempus est hodie scilicet tempus dei. Tempus eīm legis veteris dicebatur nox. quia erat tempꝰ vmbre. infra. 10. Umbram eīm habens lex futuroꝝ bonoꝝ Sed tēpus noui testamenti. quia repellit vmbram noctis legis dicitur dies Ro. 13. Abijciamus opera tenebrarū et induamur arma lucis ꝛc. Et in hac die exhibetur nobis beneficium. quia audimus vocē eius quod non erat in veteri testamento in quo audiebantur tm̄ verba ꝓphetarum. supra. 1. Olim deus loquens patribus in ꝓphetis. nouissime vero diebus istis locutus est nobis in filio ꝛc. Esa. 52. Propter hoc sciet populus meus nomē meum in die illa. qꝛ egoipse qui loquebar ecce adsum. Canticoꝝ. 2. Sonet vox tua in auriboꝰ meis ꝛc. In hoc enim exhibetur nobis beneficiū tantū desideratum Luce. 19. In hac die tua que ad pacē tibi ꝛc. ¶ Si ergo tm̄ beneficiū ecce monitio. Nolite obdurare coꝛda vestra. Coꝛ durum sonat in malum. Durum est qō non cedit sed resistit impellenti. Et sic dicitur coꝛ hominis durū quando non cedit diuine iussioni. Eccl. 3. Coꝛ durū male habebit in nouissimo. Ro. 2. Scōm duritiā tuā ꝙ coꝛ tuū ꝑenitens thesaurizas tibi irā in die ire. Hec autē induratio ex duobus causatur. Ex vno quasi negatiue. scilicet ex deo non apponente gratiā Ro. 9. Cuius vult deus miseretur et quē vult indurat. Ex alio vero positiue. et hoc modo indurat seipsum non obediendo deo et non aperiendo coꝛ suum gratie Zacha. 7. Coꝛ suum posuerunt vt adamantem ne audirent legem et verba que misit dns exercituū spiritu suo per manū ꝓphetaꝝ ꝓioꝝ. Nolite ergo obdurare coꝛda vra. i. nolite coꝛda claudere spūlsco. acē. 7 Vos semꝑ spūlscō rstitistis. ¶ Cōsequnt pōit similitudtez cum dicit Sicut in exacerbatione ꝛc. Intentio autē apostoli est ex factis ꝓioꝝ concludere per similitudinē suam ꝓpositū. quia vt dicitur Ro. 15. Quecunq; scripta sūt ad nostram doctrinā scripta sunt. Facit autem duo circa hoc. quia ꝓmo ꝓponit exemplū in generali ponendo culpam. Secundo in speciali ibi. Ubi temptauerunt me patres vestri ꝛc. Et autē sequamur expositionē apostoli oꝑtet ponere in ista lra sensum qui cōueniat expositiōi Legimꝰ autē inter alia duas culpas filioꝝ israel grauissime punitas. Una fuit inobedientia quā habuerūt in facto explorationis de quo Numeri. 13. ꝙ. 14. Ꝓpter quo factō indignatus dns voluit totū populū delere. Unde iurauit ꝙ nullus intraret terrā ꝓmissionis exceptis duobus scilicet Caleph. et Josue. Aliud autē vocat specialiter exacerbationē. quia licet per alia peccata offendissent deum tamen per illud exacerbauerunt ipsum. quia sicut fructus acerbus qui opponitur maturo non est aptus ad cibum sic tunc ira dei fuit inflexibilis. Baruch. 4. Exacerbastis eū qui fecit vos. Aliud peccatū fuit peccatū tēptationis. Frequenter eīm temptauerunt deū. quia quandoq; ꝓ aqua. quandoq; ꝓ carnibus. quandoq; vero ꝓ pane ita ꝙ decies temptauerunt ipsum. Posset autē aliqs putare ꝙ idem esset peccatū. exacerbatio et tēptatio. ita ꝙ vellet apostolus dicere. Nolite obdurare coꝛda vestra sicut in exacerbatione que fuit in die temptationis. Sed hoc est contra expositionē apostoli. Sed dicendus est sic Nolite obdurare coꝛda vestra sicut in exacerbatiōe. ꝛ ite rum sicut in die tēptationis. ita ꝙ sint duo peccata. Unde ps. Conuersi sunt et temptauerūt deū et sanctū israel exacerbauerunt. ¶ Consequenter prosequitur culpas in speciali cum dicit. Ubi tēptauerunt me patres vestri ꝛc. Et circa hoc duo facit. quia ꝓmo ponit peccatū temptationis. Secundo peccatū exacerbationis ibi Et dixi semper hij ꝛc. Circa ꝓmū tria facit. Primo eīm ponit peccatū tēptationis. Secundo ostendit eius grauitatem ibi Probauerunt ꝛc. Tertio ponit penā ibi ꝓpter qō offensus fui. Dicit ergo Peccatū temptationis. quia scōm diem temptationis inquit in deserto. Temptare autē est experimentū sumere de re quam quis ignorat. Unde ꝙ quis temptat deum procedit ex infidelitate. Sed sciēdū est ꝙ aliquando aliquis tēptat deum non cum intentione tēptandi et experiendi. verūtamen se habet ad modum temptātis. Qui enim vtitur re sua ꝓpter utilitatē non temptat ꝓprie. puta si aliquis fugiēs currat super equum suum et si temptat: non tamē cum intentione tēptandi. Sed quando ad nihil vtile est quod facit. tūc tēptat. Item si aliquis exponat se alicui periculo compulsus necessitate sub spe diuini auxilij non temptat deum Si autem sine aliqua necessitate tūc temptat deū. Et sic dicit ipse Mat. 4. Nō temptabis dominū deū tuū. quia necessitas nulla erat ꝙ mitteret se deorsum. Sic isti temptauerunt dominum. quia dubitauerūt de potestate dei clamantes contra moysen: ac si deus non posset eis dare cibum. ¶ Deinde ponitur grauitas culpe cū dicit: Probauerunt me ꝛc. Quanto enim aliquis maiora beneficia dei recipit et maiorē certitudinē diuine potestatis tanto grauius postmodum peccat. Isti vero viderunt signa et prodigia in terra egypti. apertionē maris et alia miracula et tamen non cessauerunt Unde numeri. 14. Homines q̄ viderūt maiestatē meā et signa q̄ feci in egypto ꝙ in solitudie ꝙ tēptauerūt me iam ꝑ decē vices ꝛc. Et ideo dicit ꝓbauerūt. id est expiri voluerūt. et viderūt. id est experti sūt opa mea. id est effect q̄ nō poterāt esse nisi virtute infinite eēt ille q̄ opa faciebat. Et hoc totū nō vno die: sed 40. ānis qbꝰ. s. māserūt i deserto. qꝛ semꝑ habuerūt mānā ꝙ colūnā ignis ꝙ nub. vl ꝓbauerūt ꝙ viderūt me qꝛ. s. i nullo defeci eis. Illis tm̄ qō dicit q̄draginta annis fm intentionem apostoli refertur ad ꝓiora: sed fm intentionē psalmiste refertur ad sequentia: vt dicatur ꝙ offensus vel infensus eis fuit quadraginta annis. Et sic habet lra Ihronymi. ¶ Deinde cum dicit. Propter quod offensus fui ꝛc. ponit pena peccati ꝙ est duplex lra scz offensus vt proximus: ꝙ idem est ꝓpter quod id ē ꝓpter peccatū fui offensus id ē indignatus non ꝙ ira sit in deo nisi similitudinarie quia punit sicut iratus. de qua pena frequenter habetur ꝙ in Exodo ꝙ in libro numeroꝝ. Sepe enim prostrati sunt. Unde ꝑme Coꝛ. 10. agit de pena istiꝰ peccati. Vel proximus fui scz puniendo ipos. Quādo enim dominus subuenit bonis ꝙ punit malos. tunc ē ꝑpe ipsos: sed quando dissimulat peccata hominū ꝓpter penitentiam ꝙ dissimulat afflictionem iustorum vt crescat ipoꝝ meritum: tunc videtur esse longe. Job. 22. Nubes latibulum eius nec nostra considerat ꝙ circa cardines celi perambulat. Vel proximus quantum ad diuinā misericordiam quia hocipsum ꝙ punit eos tēporaliter magnum misericordie signum est. ¶ Deinde cum dicit. Et dixi, ꝛc. ponit peccatum exacerbationis. Et hoc patet ꝑ hoc quod infra dicitur Quibus autem iurauit nō introire ꝛc. Et circa hoc facit duo. Primo enim ponit culpam Secundo subdit penam ibi. Quibus iurauit in ira mea ꝛc. Culpam autem duplicem ponit. Una ē in obstinatiōne in malo. Alia est in recessu a bono. Et istaꝝ ponit ibi Ipsi vero non cognouerunt vias meas. Dicit ergo Ego sic fui eis ꝓximus scz puniendo eos: ꝙ dixi scz ꝓuisione eterna: hi errant coꝛde semper. Deutero. 31. Semper cōtentiose egistis contra dominū. Jere. 13. Si potest ethiops mutare pellem suam ꝛc. Sic ergo vno mō aliqs exacerbat deum quando obstinate adheret malo. Alio modo quando contemnit bonum. Unde dicit. Ipsi vero nō cognouerunt vias meas: hoc ē non quantum ad simplicem ignorantiam sed ad affectatam. Job. 21. Scientiam viarum tuarum nolumus. ps. Noluit intelligere vt bene ageret. Vel non cognouerunt id ē non approbauerunt sicut dicit apostolus. 2. Thy. 2. Cognouit dominus qui sunt eiꝰ. ¶ Consequenter ostendit penam cum dicit Quibus iurauit ꝛc. In qua vero ponit immobilitatez in hoc ꝙ vult iuramenta firma. quando enim deus vel angelus inueniuntur iurare signum ē immobilitatis eius: de quo iuratur. ps. Jurauit dominus ꝙ nō penitebit eū ꝛc. Uerumtamē aliquando non iurat nisi sub conditiōe quia scz non peniteant hec mala eueniēt eis. Ponit etiā ꝙ pena ista non est ad cōminationē sed magis ad exterminationem quia dicit in ira. ps. Domine neq; in ira tua coꝛripias me. Jurauit ergo in ira si introibunt ꝛc. Constructio est defectiua ad modum irati qui truncat verba sua. Et accipitur ly si ꝓ non id est non introibunt in requiem meam. Est autem triplex requies. Una est tēporalis. de qua Luc. 12. Habes multa bona reposita i annos plurimos requiesce ꝛc. Secunda ē requies cōscientie. Eccl. 51. Modicum laborauī ꝙ inueni requiē multam. Tertia est requies glozie eterne. ps. In pace in idipsum dormiam ꝙ requiescam. Ipsi vero nec in terrā ꝓmissionis nec in requiē fruitionis eterne introierunt.

Lectio tertia.

V Idete fratres ne forte sit in aliquo vestrum coꝛ malum incredulitatis discedendi a deo viuo. Sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies donec hodie cognominatur: vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati Participes enim christi effecti sumus: si tamē initium substantie eius vsq; ad finem firmuꝫ retineamus: dum dicitur. Hodie si vocē eiꝰ audieritis nolite obdurare coꝛda vra: quēadmodū in illa exacerbatione. Quidā enim audientes exacerbauerunt: sed nō vniuersi qui ꝓfecti sunt ab egypto per moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis: Nonne illis qui peccauerunt quoꝝ cadauera ꝓstrata sunt in deserto. Quibꝰ autem iurauit non introire in requiem ipi nisi illis qui increduli fuerunt: Et videmꝰ quia non potuerunt introire in requiē ipi ꝓpter incredulitatem.

Supra apostolus per auctoritatem psalmiste ostēdit ꝙ firmiter obediendum ē christo. In auctoritate vero posuit scz monitionē culpam ꝛ penam: hic exponit ista tria ꝑ ordinem. Primo facit hic. secundū ibi. Quidam enim. ꝛc. Tertium ibi. Quibus autem iurauit ꝛc. In admonitione vero sunt duo scz ipa monitio. ꝛ ipius monitionis conditio. Unde ista duo exponit. Primo primum hic. Secundo secundum ibi. Participes enim xpi ꝛc. In prima vero admonitione ad duo hortatur scz ad sollicitam cōsiderationē. Secūdo ad mutuā admonitionē ibi. Sed adhortamur ꝛc. Dicit ergo. Videte ꝛc. Unusquisq; eīm in se dz cōsiderare in quo statu sit. Gal. 6. Opus suū ꝓbet vnusquisq;. Jere. 2. Vide vias tuas in cōualle. Videte ergo frēs quātū ad quēlibet in se qꝛ quilibet ē pars socieratis ꝙ vnicuiq; mādauit deꝰ de ꝓximo suo. Eccl. 17. Videte. i. ꝓbate vnus alium ne forte sit in aliquo vestrū ꝛc. Quasi dicat. Multi inter vos sunt in statu perfecto tamē ꝓpter fragilitatem ꝙ arbitrij libertatē posset eē malū in aliquo vīm. Job. 4. Ecce qui seruiunt ei nō sūt stabiles ꝙ in angelis suis reperit prauitatē: quanto magis hi qui habitant domos luteas ꝙ terrenū habent fundamentū. Job. 6. Mōne ego duodecim vos elegi ꝙ vnꝰ ex vobis diabolus ē. Non ergo aliquis sit tm̄ sollicitus de se sed etiā de quolibet sue societatis. Sed quid: Ne sit in aliquo vestrum coꝛ malū incredulitatis. Ecce malum de quo loquit apostolus scz coꝛ incredulum. i. nō firmū in fide in quo consistit malitia anime: qꝛ sicut bonū anime in adherēdo deo ē ps. Mihi āt adherere deo bonū ē Mō scz ē ꝑ fidē: ita recedere a deo ꝑ incredulitatē ē malū hoīs. Jere. 2. Scito ꝙ vide istꝝ qꝛ malū ꝙ amaꝝ ē reliquisse te dīm; ꝛc. Et iō dicit discedēdi q; ꝑ incredulitatē recedit a deo. Jere. 2. Me dereliq̄runt fontē aque viue. ꝛc. Si ꝙ inueniaꝫ istud malū in aliquo nunq̄ desperandū ē: Nō. sed magis dz adhortari. i. admoneri. Iō dicit Sed adhortamini vosmetipos ꝑ singulos dies. i. continue. s. discutiendo ꝓsciam suā ꝙ inducēdo ad bonum: donec hodie cognoīatur. i. donec durat ꝑns tps grē qō est totū sicut vnus dies. Jo. 9. Me dz operari opa eius q̄ misit me donec dies ē ꝛc. Et hoc iō vt nō obdurēt qs ex vobis fallacia peccati. Sicut eīm supra dictū ē. Coꝛ obduratur ꝑ obstinatiōez in malū. Sz ꝑ hoc aliqs firmiter inheret peccato quia fallit. Naturale enī ē appetitui adhere bono: sed recedit a bono quia decipit. Prouer. 14. Errāt q̄ operāt malū. ꝙ Prouer. 13. fm aliā lraz. Alie do

lose errāt ī petis. Sap. 5. Ergo errauim⁹a via veritatis. ¶Consequenter cum dicit. ℙarticipes ꝛc. Exponit cō ditionem monitionis. Quasi dicat. Ista conditio magis est efficax ꝙ illa quia illic tantum audierunt: nos autem participes facti sumus christi ꝛc. Et loquitur propie qz in veteri testamento erat tantum auditus nec confereba tur gratia ex opere operato: sed in nouo testamento ꝛ est auditus fidei ꝛ datur gratia ipsi operanti. Unde sumus facti participes christi. Joh. ℙmo. De plenitudine eius accepimus omnes ꝛc. Sumus autem participes gratie ℙrimo per susceptionem fidei. Ephe. 3. Habitare chri stum per fidem in cordibus vestris. Secundo per sacra menta fidei. Hal. 3. Quicunqꝫ in christo baptizati estis xꝝm induistis. Tertio per participationem corporꝭ xꝝi. ℙme Cor. 10. ℙanis quem frangimus, nonne partici patio corporis domini est. ¶Sciendum autē ꝙ duplex ē participatio christi. Una imperfecta que ē per presentiā ꝛ vi sionem rei: ꝓximam iam habemus in re: sed secūdam in spe. Tamen cū hoc spes habet hanc conditionem sez si perseueram⁹. Unde dicit. Si tamen initium substantie eius ꝛc. Quicunqꝫ enim in xꝝo baptizatur suscipit quā dam nouam naturam ꝛ formatur quodāmodo christus in ipo. Hal. 4. Filioli mei quos iterum parurio donec formetur in vobis xꝝs. Hoc quidem nobis vere perficie tur in patria: sed hic tantum initium: ꝛ hoc per fidem fo matam quia infozmis mozuta ē. Jac. 2. Fides sine ope ribus mozua ē. Unde ista non ē nobis initium partici pationis xꝝi sed fides formata: infra. 10. Est autem fides sperandarum substantia rerum id est fundamentū ꝛ qua si initium. Dicit ergo. Sumus participes xꝝi: si tamen tenemus vsqz in finem firmū initium substantie eius sez fidem formatam. Sed contra videtur ꝙ timoz magis sit initium: quia. dicit ps. Initiū sapiētie timoz dñi. Respō deo dicendū ē ꝙ fides formatur per charitatem. Charis tas autem non est sine timoze casto. Et ideo fides forma ta semper habet timozem istum secum annexum. Unde ꝛ fides ꝛ timoz sunt initium. Illud autem qō addit dum dicitur hodie ꝛc. totum expositū ē. ¶Deinde cum dicit. Quidam enim audientes ꝛc. exponit qō dixerat de cul pa illoz. Quasi dicat. Vos estis effecti participes xꝝi: si non obdurauerit is corda vestra: sicut isti qui audierūt sed exacerbauerūt non tamen omnes. Duo enim sez ca leph ꝛ iosue permanserūt vt habet Numeri. 14. Et ali os etiam confortabant. Et per hoc datur intelligi ꝙ ꝙ uis nō tota ecclesia cadat: sed tantū aliqui ꝙ nihilomi nus mali punientur sicut in istis duob⁹. tertij Regꝭ. 19. Reliqꝫ mihi, septē milia viroꝝ q̄ nō curuauerūt genua sua baal. Ro. 11. Relq̄e ꝼm electionē dei salui fierēt. ¶De inde cū dicit. Quib⁹aūt ꝛc. exponit illō qō dixerat de pe na. Et primo illud qō dixerat offensus fui. Secūdo illō qō dixerat. Jurauit in ira. ꝛc. Quib⁹ autem iurauit ꝛc. Dicit ergo. quibus autem ꝛc. Ex quo patet ꝙ istud qō supra dixit quadraginta annis refert ad illō offensus fui Unde dicit ꝙ fuit eis offensus per illos quadraginta an nos. Unde sciendum est ꝙ omnes qui egressi sūt de egy pto mortui sunt in deserto sicut dicitur Josue. 5. Nō ta men omnes prostrati sunt sed aliq̄ vel a deo sicut ꝙ aper ta ē terra ꝛ deglutiuit datan et abiron: sicut dicit in ps. Et de hoc habetur Numeri. 16. Aliqui vero prostrati sūt a moyse sicut patet in conflatiōe vituli: sicut patet Exo. 22. Aliqui vero ab hostibus: sicut patet in pluribus lo cis. Et ista satis habentur. ℙme Cor. 10. Aliqui vero morte propria mortui sunt. Nō ergo omnes prostrati sūt Unde nō fuit pena generalis: sed pena generalis fuit qz nullus ꝓter illos duos qui dicti sunt introierunt terrā promissionis. Et de ista dicit. Quibus autem iurauit id est firmiter statuit non introire in requiem nisi illis sez q̄ fuerunt increduli verbis explozatozum. Unde patet ꝙ propter incredulitatē non potuerunt intrare. ꝛ propter hoc dicit ꝙ experti sunt ꝙ ꝓpter incredulitatem suam non potuerunt intrare. Vel videmus nos sez penam illā generalem que dicta ē.

Capitulū quartum.

Timeamus ergo: ne forte relicta
t pollicitatiōe introeūdi in requiē
eius existimeꝯ aliquis ex nobis
deesse. Etenī ꝛ nobis nūciatū est
quemadmodum ꝛ illis: sed nō profuit illis
sermo auditus non admixtus fidei ex his
que audierunt. Ingrediemur enim ī requi
em qui credidimus quemadmodum dixit.
Sicut iurauī in ira mea. si introibunt in re
quiem meam. Et quidem operibus ab in
stitutione mūdi perfectis: dixit enī in quo
dazloco de die septima sic. Et requieuit de
us die septima ab omnibus operibus suis.
Et in isto rursum. Si introibunt in requi
em meam. Quoniam ergo supereſt introi
re quosdam in illam: ꝛ hi quibus ꝓiozibus
annunciatum est: non introierunt ꝓpter
incredulitatem: iterum terminat diē quen
dam hodie in dauid dicendo post tantū tē
pozis sicut supza dictum est. Hodie si vocez
eius audieritis nolite obdurare corda vſa:
Nam si eis iesus requiem prestitisset: nūq̄
de alia loqueretur post hac die.

ℙremisit supza apost olus auctoritatem, dauid ꝛ expo suit: nūc autē arguit ex ipsa. Et circa hoc facit duo. ℙrimo enim inducit sollicitudinem introeundi. Secūdo mo net ꝙ ꝓperemus ingredi ibi. Festinemus ergo ingredi. ꝛc. Circa primum duo facit. ℙrimo enim incutit sollici tudinem timoris. Secundo ostendit ꝙ de hoc debet sol licitudo imminere ibi. Etenim nobis ꝛc. Dicit ergo: vi ctum ē ꝙ infensus est illis qui non crediderunt ꝙ iura uit ꝙ nō introibūt in requiem eius ergo ꝛ nos timeam⁹ sez timoze casto ꝛ sollicitudinis. ℙrouer. 28. Bea⁹ ho mo qui semper ē pauidus. Sed quid timere debemus? Me forte ꝛc. Beatitudo enim sive felicitas in hoc consi stit vt homo ingrediatur illa. Tob. 13. Beatus ero si fu erint reliquie seminis mei ad videndum claritatem hie rusalem. Infra. 12. Contemplantes ne forte quis desit gratie dei. Quia vt dicit Chrysostomus. Maioz est pena damnatis de hoc ꝙ sunt exclusi a visione dei ꝙ ꝙ alie pene: quas habent. Et dicit. Existimetur scilicet diuino iudicio. Matth. 25. Ite maledicti in ignē eter num ꝛc. Vel existimetur ꝼm humanam opinionē Ephe. 5. Hoc scitote intelligentes ꝙ omnis fornicator aut im mundus aut auarus quod ē ydolorum seruitus non ha bet hereditatem in regno christi ꝛ dei. Timendum est

ergo ne aliquis ex vobis existimetur deesse: quia vobis facta est promissio intrandi. Eſa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie ⁊ in requie opulenta. Apocalip. 14. Amodo iam dicit spiri ritus vt requiescant a laboribus suis. Timendum est er go ne propter culpam nostram non ingrediamur relicta pollicitatione id est promissione quā relinquimus dese rendo spem fidem ꝛ charitatem per quam possumus in troire. Et hoc fit per peccatum mortale. ¶Consequen ter cum dicit. Etenim nobis hoc nunciatum est ꝛc. ostē dit ꝙ nobis imminet ista sollicitudo. Et circa hoc facit duo. ℙrimo enim proponit intentionem suam. Secun do probat eam ibi. Ingrediemur enim ꝛc. Circa ꝓmum duo facit: quia primo ostendit ꝙ nobis facta est ista pro missio. Secundo ꝙ ista promissio non sufficit ibi. Sz nō profuit ꝛc. Dicit ergo. Etenim ꝛc. id est nobis promissū est. Unde sciendum est ꝙ illa que in veteri testamento promissa sūt tempozaliter: intelligēda sunt spiritualiter. Omnia enim in figura contingebant illis. ℙme Corin. 10. ⁊ Roma. 15. Quecunqꝫ scripta sunt ad nostram do ctrinaz scripta sunt. ¶Deinde cum dicit. Sed non pro fuit ꝛc. ostendit ꝙ non sufficit promissio quin nihilomi nus debeam⁹ esse solliciti. Unde dicit ꝙ sermo audit⁹ ꝛ non creditus in nullo eis profuit. Nō enim auditores legis iustificabuntur sed factores. Roma. 2. Et dic. Nō admixtus fidei quia sicut ex intellectu ꝛ intellecto fit vnū ita ex corde credentis ꝛ ipa fide formata fit vnum. ℙme Cor. 6. Qui adheret deo vnus spiritus est. Illud autē ꝙ dicit ex his que audierunt potest esse ratio quare ser mo non est admixtus fidei. Hoc enim fuit ex his que au dierunt ab explozatoribus quibus fuerūt increduli Vel potest esse determinatio fidei. que debet esse ex his que audierunt. Fides enim ex auditu. Roman. 10. Verba enim dei sic sunt efficacia ꝙ statim audita debent eē cre dita. ps. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. ¶Deinde cum dicit. Ingrediemur enim ꝛc. probat pro positum. ꝛ circa hoc facit tria. ℙrimo enim ostendit ꝙ nobis est necessarium credere sicut ꝛ illis. Secundo ad ducit duas auctoritates ad probandum intentum suum ibi. Et quidem operibus ꝛc. Tertio ex illis arguit ibi. Quoniam ergo supereſt ꝛc. Dicit ergo. Nobis factus est sermo sicut ꝛ illis quia ingrediemur in illam requi em. ps. In pace in idipsum dormiam ꝛ requiescaz Job. 11. Requiesces ꝛ nō erit qui te exterreat. ꝛc. Est autem duplex requies. Una in bonis exterioꝛib⁹ ꝛ ad istā egze dittur homo a requie mentis. Alia est in bonis spiritua libus que est intima: ꝛ ad istam ingreditur. Matth. 25. Intra in gaudium domini tui Canti. ℙmo. Introduxit me rex ī cellaria sua. ¶Deinde ponit auctoritatē. Sicut iurauī ꝛc. ꝛ hoc expositum est. ¶Deinde cum dicit. Et quidem operibus ꝛc. ponit duas auctoritates. Una le gis que habetur Genes. 2. Aliam que frequenter posi ta est que habetur in ps. Dicit ergo quantum ad primū: et quidem operibus ab institutione huius mundi perfe ctis dixit ꝛc. Hoc potest legi dupliciter. Uno modo ꝙ non sit ibi enim: sed dixit in quodam loco ꝛc. Et est plā nū: littera vt sit sensus. Dico ꝙ ingrediemur in requi em que prefigurata est ab institutione mundi de qua re quie prefigurata per diem septimam dixit scilicet spirit⁹ sanctus qui loquitur in scriptura quia spiritu sancto in spirati locuti sunt sancti dei homines. scōe ℙet. ℙmo. In quodam loco famoso scilicet Genes. 2. de die septia. Et sic requieuit deus ab operibus suis. Operibus inq̄ ab institutione mundi perfectis. Vel dixit spiritus san ctus in quodam loco de die septima: ꝛ hoc dixit post ꝙ narrauerat opera sex dierum perfectis ab institutōe mun di. Si vero sit ibi. Dixit enim sic est defectiua cōstructio ꝛ est sensus. Nunciatum est nobis ꝙ ingrediemur ꝛ hoc operibus ab institutione mundi perfectis: sed quando ꝛ quomodo nunciatum est quia dixit in quodam loco ꝛc. Dicit autem operibus perfectis ad denotandum opera sex dierum que fuerunt perfecta. Dicit vero ab instituti one mundi: quia primo constitutus est mundus: et post sex dies distincte perfectus ē in singulis partibus suis. De distinctione autem istorum dierū diuersimode loquū tur sancti. Aliter enim accipit eos Augustinus ab alijs sanctis: sicut patet prima parte summe qōne. 74. arti culo secūdo ꝛ tertio. Tamen quōcunqꝫ dicatur manife stum est ꝙ opera illa perfecta fuerunt. Est enim in ipis duplex perfectio. Una ꝼm partes mundi que sunt celuꝫ ꝛ quatuoꝛ elementa. Et hec attenditur penes eaz essen tias sicut habet in ℙma parte sūme. q. vbi supra. Et hoc fuit per opus creationis qō fuit prima die. Et per opus distinctionis qō fuit secunda ꝛ tertia die. Et in hoc con cordat Augu. cum alijs. Alia perfectio ē ꝼm singulas partes. Et hec perfectio pertinet ad opus ornatus. Et iste ornatus quantum ad superiora fuit quarta die. quan tum ad mediam scilicet aerem ꝛ aquam quinta die quā tum vero ad terram que ē infimum elementuꝫ fuit sexta die. Ista perfectio conuenit numero senario qui consur git ex suis partibus aliquottis simul sumptis que sunt vnum duo ꝛ tria. quia sexies vnum sunt sex. similiter ter bis. ꝛ bis ter. ꝛ vnum duo tria sunt sex. quia ergo senari us ē primus numerus perfectus. quia licet ternarius cō ueniat aliqualiter his que dicta sunt quia ter vnum tria sunt. ꝛ vnū ꝛ duo tria sūt. tū bis vnū nō faciūt tria: sili⁹ se mel duo nō faciūt tria sed tū duo. Jō ꝙ ipsū senariū dess gnatur perfectio rerum. ℙost perfectionem vero ꝓmit titur quies que nulli datur nisi operanti. Et sic in septi ma die qua mutatus ē⁹ mundi sicut in qualibet alia erat quedam variatio. Unde in ipa incepit ꝛ status ꝓpa gatiōis ꝓpter quod ꝛ cōnumeratur alijs. ideo in septi ma mundi est status quiescentium. Scōm augꝰ. tamen ista septia dies nihil aliud est ꝙ cognitio angelica relata ad quietem dei ab operibus. Sed contra si quieuit die se ptima quis ergo fecit eam si non est opus dei. ℙreterea Joh. 5. ℙater meus vsqz modo operatur ꝛ ego operoꝛ. Respondeo est dicendum ꝙ accipitur ibi quies non ꝼm ꝙ opponitur laboꝛi: sed ꝼm ꝙ opponitur motui. Deus enim ꝛ si producendo non moueatur: tamen quia de ipo non loquimur nisi ꝑ sensibilia in quibus non ē operatio sine motu: ideo omnis operatio large loquendo dici tur motus: ꝛ sic dicit quieuisse quia cessauit nouas spe cies producere: quia illa que postea facta sunt fuerunt in illis rebus tunc productis. Vel ꝼm virtutem actiuam si cut in animalib⁹ perfectis vel ꝼm rones seminales. Vel ꝼm materiam sicut mineralia. Ideo tunc non fuit mortu us suscitatus. Sed fuit factum corpus quod posset suscī tari. Quidam autem fuerunt tunc ꝼm similitudinem vt anime rationales que tātuꝫ fiunt a deo. Sic ergo requie uit deus ab operibus producendis quia omnia aliquo modo processerunt vt dictum est: tamen vsqz modo ope ratur conseruando ꝛ gubernando que condidit. Et sic septimā diem deus fecit sicut quamlibet aliam: quia tūc fuit aliquid additum: quia tunc incepit stat⁹ ꝓpagatio nis. Quelibet autē additio variabit statū mundi vt dī ctum ē ꝛ faciebat vnum diem. Vel ꝼm augꝰ. nō dicit sim pliciter requieuit ꝛ requieuit ab operib⁹ suis. Ab eter no enim requieuit in seipo: sed tunc etiam requieuit non in operibus sed ab operibus Aliter enim operatur deus

Explanatio sancti Thome

in epistolam ad Hebreos IIII

t quilibet alius artifex. Artifex enim agit propter indigentiam suam sicut domificator facit domum vt in ipsa quiescat. Similiter faber facit cultellum propter lucrum Unde desiderium cuiuslibet artificis quietatur in opere suo. Sed non sic est de deo quia non agit propter indigentiam suam sed propter bonitatem communicandā Unde non quiescit in opere sed ab opere producendo et quiescit tantum in sua bonitate. ¶ Consequenter autem ponit auctoritatem dauid que iam exposita est. ¶ Cō sequēter cū dicit. Quō ergo superest ꝛc. arguit ex premissis. Et circa hoc facit duo. Primo enim accipit sensum secunde auctoritatis illius. Si vocez eius audierit ꝛc. Secundo arguit ex primo ibi. Itaqꝫ relinquitur ꝛc. Circa primum duo facit: quia primo trahit duo a secunda auctoritate. Secundo ostendit qꝫ hec duo intelligūtur in ipa ibi. Naz si eis iesus ꝛc. Accipit ergo duo quorum vnum per se manifestum ē scilicet qꝫ antiqui patres non introierunt. Aliud ē qꝫ tempore dauid adhuc restabat alia quies prestanda. Licet enim ipis fuisset ꝓmissa requies prestanda in terra promissionis: tamen per hoc qꝫ post longum tempus dicit. Hodie si vocem ꝛc. ostendit qꝫ alia requies restat. Aliter em̄ nō faccret mentionē de requie dicens. hodie ꝛc. Est ergo quedaz requies i q̄ nobis intrandū est in quam illi nō intrauerunt propt̄ incredulitatem. Et ideo quoniā illi nō intrauerunt: restat ergo quosdam intrare quibus promissio facta ē: quia his quibus ꝓius nunciatum ē nō introierunt scz iudei quibus ꝓmissio facta ē; ꝛ ideo termiat. i. determinat nobis diem septimā id est diem gratie dicendo in dauid. Hodie si vocem ꝛc. Et repetit auctoritatē que reposita est.

¶ Sciendū est autem qꝫ deus homini ꝓparauit beatitudinem ꝓ requie nec vult istam preparationē eē frustra: sed si vnus nō intrabit: alius intrabit sicut ostendit in illa parabola de nuptijs. Mat. 22. Unde Apo. 3. Tene qō habes vt nemo accipiat coronā tuā. Quasi dicat. Si tu nō accipias alius habebit. Job. 34. Cōteret multos ꝛ innumerabiles ꝛ stare faciet alios ꝓ eis. ¶ Deinde cum dicit. Nam si eis iesus ꝛc. ꝓbat qꝫ supsit alios intrare: qz si iesus nāue iosue filijs israel finalem requiem ꝓstitisset non ināneret nobis alia requies nec de aliquo ꝓpheta dauid loqueretur post illam diem. Ex manifestum ē qꝫ illa requies fuit signum requiei spiritualis.

Lectio secunda.

i Taqꝫ relinquit sabbatismꝰ populo dei. Qui em̄ ingressus ē requiē eiꝰ etiā ipe requieuit ab operibus suis sicut ꝛ a suis deꝰ. Festinemꝰ ergo ingredi i illā requiem vt ne in idipsum quis incidat: incredulitatis exemplū Uiuus ē em̄ sermo dei ꝛ efficax ꝛ penetrabilior oī gladio ancipiti: ꝛ pertingens vsqꝫ ad diuisionē aime ac spūs: compagū quoqꝫ ac medullaꝫ ꝛ discretor cogitationū ꝛ intentionū cordis. Et nō est vlla creatura inuisibilis in cōspectu eius: oia autē nuda ꝛ aperta sunt oculis eiꝰ ad quem nobis sermo.

Angelis xps minor fuit q̃tũ ad carnis infirmitatẽ ⁊ ma ior quantũ ad gr̃e plenitudinẽ. ad Heb. 1. col. 8. ¶. 1.

Angeli inquantũ illuminant dicunt nuncij q: annunci ant q̃ sunt i corde domini sui. ad Heb. 5. col. 10. ¶. j.

Angeli quidã exequunt quidã quasi preceptores precia piũt que agãtur. ad Heb. 1. col. 18. ¶. j.

Angeli supiores scz seraphin: cherubin: troni: ⁊ domi natiões nũq̃ scõm alios mittunt. ad Heb. j. co. 18. p⁹ me.

Angeli sortiunt nomina aliquando angelorum a quib⁹ mittuntur. ad Heb. j. col. 18. ¶. j. post finem.

Ab angelis dicitur christus minozarus non quantum ad diuinitatem nec quantum ad animam sed quantũ ad corpulentam substantiam. ad Heb. 2. col. 5. ¶. j.

In angelis est duplex cognitio. ad Heb. 8. col. 6. ¶. 2.

Anima potest adherere deo dupliciter hic scz ⁊ in patria ad ꝓhilip. 3. col. 5. ¶. 3.

Anima christi non fuit verbum sed aĩa rõnalis ꝓtra arrium ⁊ appollinarẽ. ad Roma. j. col. 5. ¶. j.

Anima inquantum intendit cure corporis scz vegetare nutrire dicitur anima. In quantum autem intendit co gnitioni dicitur spiritus. j. Cor. 15. col. 20. ¶. 2.

Anima q̃diu est separata a corpore dicitur imperfecta sm Augustinũ. j. Cor. 15. col. 25. post principiũ.

Anima rationalis figuram corpoream non habet necmẽ bra corporea put tertulianus hereticꝰ dicebat. 2. Cor. 4. col. 8. post principium.

Anime pueniunt quatuor ex corpore. scz esse: cõseruari: decorẽ bñe ⁊ moueri. j. Cor. 15. col. 19. ¶. 1.

Anime in homine nõ differunt sm essentiam sed sm po tentiam et in hoc idez est spiritus ⁊ anima. j. ad Thes. 5. col. 6. ¶. 2. Et ad Heb. 4. col. 7. ¶. 3.

Anime beatorum non retardant nec; in ãtrijs tenentur vsq; ad diem iudicij sed diuino conspectui presentantur. 2. Cor. 5. col. 5. in prin.

Anime naturale desideriũ ẽ esse vnitã cũ corpe ⁊ alioq̃ mors penalis nõ eẽt. 2. Cor. 5. col. 2. circa finem.

Anime in principio non sunt simul create sicut origenes dixit in periarchon. ad Heb. 1. col. 12. ¶. 1.

Animales homines dicuntur quantum ad vim' apphen siuam aut quantũ ad vim appetitiuam ⁊ isti non pcipiũt que spũs sunt. 1. Cor. 2. col. 9. in pn. ⁊. ¶. sequentibus

Ante annos quatuordecim dicit se paulus raptum quõ aliqui diuersimode exponãt. 2. Cor. 12. post. prin.

Antixps quõ dicatur filius perditionis: ⁊ quo possit eẽ peior q̃ erit. 2. ad Thes. 2. col. 3. post principium.

Antixps erit de tribu dan: ⁊ secundũ quosdam sub eo iu dei reedificabunt templũ. 2. ad Thes. 2. col. 3. ¶. 1.

Antixps occidet a michaele archangelo in mõte olueti 2. ad Thes. 2. col. 5. ¶. 1.

Antixps erit homo ⁊ habebit liberũ arbitrium. sed dia bol⁹ intrabit i illũ sicut iudã. 2. ad Thes. 2. co. 2 ¶. 2.

Antixps decipiet homines per potentiam secularem ⁊ p virtutem miraculorum ⁊ per munerum collationem. 2. ad Thes. 2. col. 5. ¶. 2. ⁊. 3. ⁊ sequeñ.

Ap

Apparebit xps aliquibus qui nõ nominant in euãgelio 1. Cor. 15. ¶. 1. ⁊. 2.

Apo

Apostolatus dicit duo scz altitudinẽ, potestatis. ⁊ claritatem sapientie. 1. ad Timo. 1. col. 2. post textum.

Apostolatus cõmendatur ex tribus: vtilitate: amplitu dine: ⁊ plenitudine. ad Roma. 1. col. 9. circa finem.

Apostolatus est prima dignitas qui fuit in primitiua ec clesia. 1. ad Cor. 1. col. 2. ¶. 2.

Apostoli sunt preferendi ceteris sanctis omnibus: qua cunq; prerogatiua prefulgeant: propter spiritum sanctũ qui datus fuit eis abunde. ad Ro. 8. col. 15. in prin.

Apostoli suam doctrinã habuerũt a spũ sancto hinc eozũ mandatis subduntur fideles. 1. Cor. 14. col. 15. ¶. 2.

Apostoli dicuntur maiores ministri in ecclesia. Eorum autem auctoritas erat gubernare: docere: miracula face re. 1. Cor. 12. col. 11. ¶. 2. ⁊ sequentibus.

Apostoli dicuntur ministri christi quantus ad sacramẽ torum ministrationem. 2. Cor. 1. in prologo.

Apostoli consolantur: tribulanẽ: ⁊ exhortantur accipiẽ do passiue. 2. Cor. 1. col. 4. ¶. 1.

Apostoli sunt medij inter deum ⁊ pplm. ⁊ Cor. 5. col. 7. post medium.

Apostoli maledicebantur ⁊ blasphemabantur. 1. Cor. 4. col. 7. ¶. 1.

Apostoli post missionem spiritus sancti peccare poterãt venialiter non autem mortaliter. ad Hal. 2. col. 7. ¶. j. 2. ⁊ sequentibus. Et cap. 5. col. 5. ¶. 5.

Apostoli stulti reputati sunt a pseudo pphetis ⁊ malis corinthijs. 1. Cor. 9. col. 6. ¶. 1. 2. ⁊ sequentibus.

Apostoli si predicassent crucem cum legalibus: nullam persecutionem habuissent. ad Hal. 6. col. 6. ¶. 2.

Apostoli sunt vsi sortib⁹ in electiõe spirituali. ad Ephe. 1. col. 10. ¶. 1. circa finem.

Apostoli dicuntur fundamenta inquantum eorum do ctrina annunciat christum qui est firma petra huius edi ficij. ad Ephe. 2. col. 14. ¶. 1. 2. ⁊. 3.

Apostoli suam doctrinam immediate habuerunt a xpo ⁊ nõ in figuris: ⁊ ipsi huius fuerũt executores ad Ephe. 3. col. 2. ¶. j.

Apostoli priuilegiati erant in omnibus donis christi. ad Ephe. 4. col. 6. post textum.

Apostoli sathan sunt pseudo: qui sepe ad decipiendum transformant se in angelum lucis. 2. Cor. 11. co. 7 ¶. 2.

Apostolis nullus sanctus comparari pot: excepto san cto sanctorum et virgine gloriosa qui excellunt. Et te merarium est quãtũcunq; sanctũ eis cõparari. ad Ephe. 3. col. 8. ¶. 1. ⁊ col. 15. post medium.

Aplis mysterium fidei clarius fuit demonstratũ q̃ pro phetis ⁊ patriarchis. ad Ephe. 3. col. 2. ¶. 1.

Aplo imponebat q̃ pfens humilis foret: abiens aũt au ster⁹ 2. Cor. 10. co. 1. ¶. 4. Idẽ ad Hal. 4. co. 11. p⁹ tex.

Apostolo imponebatur a pseudo: q̃ ideo non acciperet sumptus a galathis: quia non diligeret eos. 2. Cor. 11. col. 6. ¶. 2.

Aplin se dicit paulus: quia a xpo missus ⁊ fructũ missio nis. j. Cor. 9. col. 1. ¶. 1. 2. 3. ⁊ sequeñ.

Aplorum pdicationem nõ deuenisse ad omnes: duplici ter intelligi pot. ad Ro. 10. col. 8. ¶. 1.

Aplorum tria sunt officia: scz gubernare: docere: miracu la facere. 1. Cor. 12. col. 11. ¶. 3.

Apostolorum doctrina cõmendatur in quatuor: scz anti quitate: cõmunitate. virtute: ⁊ vtilitate. j. Cor. 15. col. j. post textum.

Apostolorum sapientia non fuit vt scirent naturas rerũ ⁊ syderum cursus: sed notũ facere sacramẽta. ad Ephe. j. col. 8. ¶. 2. ⁊ sequentibus.

Apostolus scribens romanis dixit se seruum. Scribens corinthijs se dicit apostolum. 2. Cor. j. col. j. post prin. et ad Hal. j. col. 2. ¶. j.

Apostolus prima sua epistola quam misit corinthijs quã nos non habemus promisit venire ad eos qõ tamen nõ fecit. 2. Cor. j. col. 7. in fine.

Aplis non potuit mentiri quia xps erat in eo ⁊ cum eo. 2. Cor. 2. col. 9. ¶. 1. ⁊ sequeñ.

Aplis sciuit artem scenofactoriã ⁊ laborabat nocte in do mo aquile ⁊ pscille. 2. Cor. 5. col. 2. circa finem.

Aplis dicebat se missum ad predicandum a tota trinita te. ad Hal. j. col. 2. ¶. j.

Aplis paulus par erat petro in auctoritate pdicationis: nõ aũt auctoritate regiminis. ad Hal. 2. col. 7. ¶. 1.

Aplis quando scripsit epheſ. erat in vinculis rome ten tus. ad Ephe. 3. col. 1. ¶. 1.

Apostolus gratis predicauit corinthijs: quia erant aua ri vt expelleret pseudo qui questũ quesierũt. 2. Cor. ii. col. 3. ¶. 1.

Apostolus ⁊ si infirmos multos sanauerat ⁊ mortuos su scitauerat: timotheũ tamen consilio sanare' curauit. i. ad Timo. 5. col. 8. post prin.

Aplis se nominauit pdicatorem: aplin: ⁊ magistrũ. 2. ad Timo. i. col. 5. post textum.

Appollo quidã fuit iude⁹ ⁊ doctor: pdicauitq; in achaia 1. Cor. 16. col. 3. ¶. 2.

Ar

Archa testamenti i se habuit tria: scz vrnã aureã: virgã aaron. tabulas testamẽti. ad Heb. 9. col. 2. ¶. 1. ⁊ sequñ.

Archana que nõ licent homini loqui: de quib⁹ testatur aplis quõ cõstruat ly homini. 2. Cor. 12. col. 6. ¶. 1.

Argumenta. ⁊ soluuntur a beato thoma in epistola. i. ad Cor. 8. col. 5. ¶. 3.

Argumentum ẽ rõ rei dubie faciens fidem vel quasi ar guens mentem. ad Heb. ii. col. 3. circa medium.

Aries herens cornib⁹ inter vepres: xpi humanitas cru ci affixa fuit: tamen diuinitas mortẽ euasit: que tñ eũ nec; mortuũ nec; sepultũ derelinq̃t. ad Heb. ii. col. 15. ¶. 3.

Armor spũalũ ẽ triplex effect⁹: destruũt rebelles. con uertunt infideles: corrigũt peccãtes. 2. Cor. 10. col. 2. ¶. 1. 2. 3.

Armorum spiritualium est triplex genus. quibus nunc iubet apls pugnare. ad Ephe. 6. col. 7. ¶. j.
Artifices sunt in duplici genere: scz manu exequentes ⁊ frenifactiue precipientes. ad Hеb. 1. col. 18. ¶. 1.
Artifex cōmendatur ab arte: ⁊ nō potest conqueri opus de opifice. ad Ro. 9. col. 14 ¶. 2. ⁊ sequeñ.

As

Ascensio christi ⁊ descensio quomō intelligatur. ad Ro. 10. col. 3. ¶. 2.
Ascēdendo christus captiuam duxisse dicitur captiuitatem. ad Ephe. 4. col. 5. ¶. 1.
Aspiciens a longe hoc resposoriū qō cantak in pria dominica aduentus sumptum videt ex Ysaia. 30: ⁊ quare ad Hеb. 11. col. 13. ¶. 4.

Au

Auaricia notak in duobus scz in tenacitate ⁊ cupiditate ad Hеb. 13. col. 2. ¶. 2.
Auaricia comparat apostolus ydolatrie: quia quando honor soli deo debitus impendit creature vel ydolatria ⁊ tū vera ydolatria tan tū nō ē. ad Ephe. 5. co. 3. p⁹ tex.
Auditus ē duplex scz interior ⁊ ille ē a deo. Exterior: et ille ē a docente. ad Ro. 10. col. 6. ante medium.
Auxilium diuinū nō ē implorandum vbi suppler humanum. 2. Cor. 11. col. 15. in medio.

Ba

b Arbari dicūk q̄ deficiūt in rōe ⁊ sūt rigorosi in corpore. 1. Cor. 14. col. 6. ¶. 1. 2. 7. 5. ⁊ ad Col. 3. col. 5. post prin.
Barnabas cōmendatur ab apl̄oꝝ pro ecclia multū laborauerit. 2. Cor. 8. col. 6. ¶. 2.
Baptizabant apli in primitiua ecclesia in nomine christi: quia nomen illud odiosum erat: vt sic in consuetudinē ⁊ reuerentiā veniret. 1. Cor. 1. col. 7. circa finem.
Baptizabant greci isto modo baptizet seruus xpi. M. in nomine ꝛc. 1. Cor. 1. col. 6. ¶. j.
Baptizati gloriabantur vnus de petro alius de apollo. alius de paulo. 1. Cor. 1. col. 6. ¶. 1. 7. 2.
Baptizatos omnes in nube fuisse ⁊ in moyse apostolus dicit. 1. Cor. 10. col. 1. post principiū.
Baptizauit apls domum. 1. familiā st ephane cuiusdam matrone. 1. Cor. 1. col. 8. ¶. 2. 7. 3.
Paul⁹ nō multos baptizauit: ⁊ agit gras deo q̄ corinthios nō baptizauit. 1. Cor. 1. col. 8. ¶. j. 2. 7. 3.
Baptizatus ordinat⁹ ⁊ confirmatus si fuerit resuscitat⁹ postea nō ē rebaptizandus ordinandus ⁊ confirmandus ad Hеb. 11. col. 23. ¶. 1.
Baptizat⁹ imergit ter: q: xps trib⁹ dieb⁹ ⁊ trib⁹ noctib⁹ fuit sub terra in sepulchro. ad Col. 2. col. 6. ¶. 2.
Baptismatum nouē sunt genera: accipiendo large baptismū. j. Cor. 10. col. 3. ¶. 4.
Baptismata calicū ⁊ vrceoꝝ seruabāt iudei. ad Hеb. 9. col. 6. ¶. j.
Baptismi forma ē. Ego te baptizo in noīe patris ⁊ filij. ⁊ spiritus sancti. 1. Cor. 1. col. 6. ¶. 1.
Baptismū xps instituit ⁊ in noīe suo. pris ⁊ spūs sancti. baptizari fecit. ad Ro. 6. col. 2. ¶. 1. 7. 2.
Baptismus ē triplex. scz fluminis: flaminis: ⁊ sanguis. ⁊ nō sunt tria sacra sed vnū. ad Hеb. 6. col. 3. post pn.
Baptismus nō reiteratur: q: ē quedā configuratio mortis xpi. ad Hеb. 6. col. 5. ¶. 2.
Baptismus xpi habet virtutem duplicem: vnam diuinā aliam humanam: ⁊ consistit in quattuor. 1. Cor. 1. col. 7. post principium.
Baptismus non valet receptus p alio sed solū p seipso ⁊ sit opus bonū. 1. Cor. 15. col. 13. post prin.
Baptismus habet efficaciam ex passione xpi ⁊ ex virtute nominis eius. 1. Cor. 1. col. 7. ¶. j.
Baptismus a quocunq; conferat vniformē habet virtutem. ad Ephe. 4. col. 3. ¶. 1.
Baptiste virtus in baptizatis nihil operatur sed christi. 1. Cor. 1. col. 6. ¶. 1.

Be

Beati quomodo dicuntur isti: quorum deus tegit peccatum originale: actuale: mortale: ⁊ veniale. ad Roma. 4 col. 3. ¶. 2. ⁊ 3.
Beati dicuntur qui psecutionē patiuntur ꝓpter iusticiā 1. Cor. 13. col. 3. post medium
Beati vellent nō spoliari corporibus: vt ⁊ ipa gloriā perciperent. 2. Cor. 5. col. 2. circa prin.
Beati a viatoribus non docentur: quia immediate verbum conspiciunt qō est speculuz sine macula. ad Ephe. 3. col. 7. post prin.
Beatitudo ē operatio perfecta que est supreme virtutis operatiue: optime vispositiue: ⁊ hec est nostra. j. ad Timotheū. 6. col. 7. post prin.
Benedicendo sacerdos eucharistiā: nō benedicit corp⁹ xpi sed materiam sacramenti. ad Hеb. 7. eo. 6. p⁹ prin.
Benedicere ē bonum dicere: enunciando: impando: et optando. ad Roma. 12. col. 9. ¶. j.
Benedicere deum: ⁊ deum benedicere nobis quomodo intelligatur. 2. Cor. 1. col. 2. ¶. j. 1
Benedictio est factio bonitatis in nobis ⁊ ē in pnti vita impfecta: in futura aūt pficiet. ad Hеb. 6. col. 6. ¶. 2.
Benedictio dñi diuites facit ⁊ multitudinē filioꝝ ⁊ bonoꝝ ⁊ malorum ꝓcurat. ad Hеb. 6. col. 9. ¶. 3.
Benedictionē paupes de lugduno mali sacerdotis iusso laico nihil ꝓdesse autumabant: sed potius econuerso. similiter ⁊ bicardi. ad Ephe. 7. col. 5. ¶. 5. in fine.
Benedictionem abraam quando a melchisedech recepit non mox habuit: sed per fidez firmiter expectauit. ad Hеb. 7. col. 5. ¶. 5.
Benedictionem prestans iacob duobus filijs ioseph ephraim. s. ⁊ manassen cancellat⁹ manib⁹ bñdixit. Quia reges ꝓferendi sunt aliis hoibus. ad Hеb. 11. col. 16. ¶. j.
Benedictiones in missa quare non fiant in vulgari. 1. Cor. 14. col. 8. ¶. j.
Beneficia nobis exhibita a xpo sunt sex quib⁹ homo iustificatur. ad Ephe. 3. col. 3. ¶. 2. ⁊ 3.
Beneficiū xpi ē triplex: scz iustificationis: resurrectiōis: ⁊ ascēsionis. ad Ephe. 2. col. 4. ¶. j.
Benignitas est amor interior ꝓfundēs bona ad exteriora. ad Titum. 3. col. 3. ¶. 2.
Benignitas idem est qō bona igneitas. ad Col. 3. col. 6 in principio.
Bestie male dicebantur cretenses propter eorum crudelitatem ⁊ gulositatem. ad Titū. j. col. 7. ¶. 2.

Bi

Bigamiam contra naturam: Ianech septimus ab adam qui pessmus fuit prim⁹ introduxit. ad Hеb. 11. col. 7. post principium.
Bicardi ⁊ pauperes de lugduno dicunt q̄ omnis iustus est sacerdos. ad Hеb. 7. col. 5. ¶. 6.

Bla

Blasphemia quātūcunq; fiat subito si percipiē est petm̄ mortale. ad Col. 3. col. 4. ¶. j.

Bo

Bona duo accepimus a christo: scilicet spē vite eterne ⁊ facultatē accedendi ad patrē. ad Ephe. 3. col. 6. ¶. 2.
Multa reperiunt bona opera que solū sunt bona hominibus: non autem deo. ad Phil. 1. col. 2. ¶. 4.
Bona facta in charitate mortificata per peccatū. per penitentiā reuiuiscūt. 1. ad Thessal. 3. col. 2. ¶. 1.

Boni in repromissione significank per stellas. mali vero per arenā maris. ad Hеb. 11. col. 12. ¶. 1.
Boni operis principiū non est ex nobis: sed ex deo. ad Phil. 1. col. 2. ¶. 4.
Boni sibi cōmunicare debēt bona spiritualia. ad Phil. 2. col. 2. ¶. 2.
Bonitas ministri non requiritur ad collationē sacramenti: quia nullus est certus de alute. nec sciret se esse baptizatum vel absolutum. ad Hеb. 7. col. 5. in fine.
Bonitas offerentis facit vt acceptetur oblatio nō sacramentalis. ad Hеb. 11. col. 6. post principiū.
Bonū non potest totaliter destrui vel corrūpi a malo. 2 ad Thes. 2. col. 3. post principiū.
Bonū tam perfectū nullus se estimare debet: quasi nullum defectū habeat. nec ita malū vt nihil sit in eo boni. ad Phil. 2. col. 2. ¶. 4. in fine.
Bonū nostrū consistit principaliter in fide spe ⁊ charitate. ad Colos. 1. col. 3. ¶. 1.

Ca

c Adere nos multa facitūt atq; in precipitiū ponūt. 1. Cor. 10. col. 5. ¶. 1.
Calix quot modis sumat. ⁊ quid significet. 1. Cozinth. 10. col. 6. post principiū.

Calix in cōsecratione (hic est) cū dicit figura anthonomica cōmittit. 1. ad Cor. 11. col. 10. ¶. 2.
Cantare debemus vt deū mente ⁊ voce ad misericordiā ꝓuocemus. ad Ephe. 5. col. 9. ¶. 1.
Capiti ineſt perfectio sublimitas influentia ⁊ ꝓfomitas 1. Cozinth. 11. col. 3. post principiū.
Capitulū dicit bzeuis cōplexio continens multa. Alio modo dicit capitulū a capite. ad Hеb. 8. post textū.
Caput nostrū est xps ⁊ nos sumus ei⁹ mēbra: similiter ⁊ alter alterius. ad Ro. 12. col. 5. ¶. 1.
Caput omniū dicit xpus tam angeloꝝ q̄ hominū: ⁊ ecclesie tantū. ad Ephe. 1. col. 18. post textū. ⁊ ¶. sequēti.
Caput gentiū dicitur xpus. ⁊ quomodo certe prophetie de vocatione gentiū intelligantur. ad Rom. 15. col. 3. ¶. 3. et sequētibus.

Car

Caritas efficit vt bona que homo habet non sibi soli retineat. ⁊ quomodo facit abstinere a malo ⁊ facere bonū. 1. Cozinth. 13. col. 4. ¶. 1. 2. et sequētibus.
Caritas in patria nō cessabit: sed perficiet cuz apparuerit gloria. 1. Cor. 13. col. 8. ¶. 2. ⁊ in fine.
Caritas patiens est. benigna est. non emulatur. non inflat. non cogitat malum. 1. Cozinth. 13. col. 4. ¶. 1. 2. et sequentibus.
Caritatem habens potest peccare cuz non vitur ea. Si aūt vtat peccare non potest. 1. Cor. 13. col. 6. post textū.
Caritatē non habens. etiā si loquat lingua angeloꝝ et distribuerit omnē substantiā suaz nihil prodest. 1. Cor. 14. col. 1. ¶. 2. et sequētibus.
Caritatem maiorem xpus ostendit in eo q̄ pro inimicis mortu⁹ est. ad Ro. 5. col. 3. ¶. 2. Et col. 4. ¶. 1. 2. ⁊ 3.
Charitatez xpi scire est scire oīa mysteria incarnatiōis ⁊ redēptiōis. ad Ephe. 3. col. 12. post principiū.
Caritatis vnitas consistit in duobus. scz interius in affectu. ⁊ exterius in effectu. ad Phil. 4. col. 2 ¶. 3.
Caritatē fraternitatis habere debemus si ad celeste regnū peruenire volumus. ad Hеb. 13. col. 1. circa pncia.
Carnalia peccata quidā dicebant non esse peccata vt sacillus decipere possent. ad Ephe. 5. col. 4. ¶. 1.
Carnē concupiscere aduersus spiritū ⁊ econuerso: quomodo intelligat. ad Gal. 5. col. 5. ¶. 2. circa finem.
Carnē sequere est sequi mortē. sequere spiritū est sequi vitā ⁊ pacem. ad Ro. 8. col. 4. ¶. 2. et. 3.

Carnē nō māducare ⁊ vinū nō bibere dic apls ad vitādū scādalū: ⁊ ad ablgēdā luxuriā. ad Ro. 14. col. 11. ¶. 2.
Caro potest dupliciter cōsiderari. scilicz in se ⁊ sic nō est odienda. vel ꝓout est impeditiua salutis. ad Ephes. 5. col. 12. ante mediū.

Cas

Castitatē volens habere necesse habet laborare vigiliis insistere ⁊ macerare corpus per ieiuniū. 2. Cozinth. 6. col. 4. in principio.
Castigatiōis verbū cōmuniter accipit in pueris ⁊ in cōcupiscentia. ad Hеb. 12. col. 5. ¶. 4.

Cau

Cauteriū est corruptio in carne per ignē: ex qua egredit putredo. 1. ad Tymoth. 4. col. 1 ¶. 1.

Ce

Cecilia cōuertit virū suū ad fidē. 1. Cor. 7. col. 7. ¶. 3.
Celū tertiū tripliciter potest accipi. scz scōm ea que sunt infra animā. aut scōm ea que sunt in anima. aut scōm ea que sunt supra animā. Et potest accipi celū aereū. ydereū. ⁊ empirreū. 2. Cor. 12. col. 3. ¶. 1.
Ceremonialia in vetere lege erant quattuor. scz sacrificia. sacra. sacra. ⁊ obseruātie. ad Col. 2. col. 8. post tex.

Ci

Cibi aliqui in vetere lege erāt phibiti: quia figurabant xpm. 1. ad Tymoth. 4. col. 2. ¶. 1.
Cibus anime dicit sacra doctrina: quia cibat intellectū ⁊ potat affectū. ad Hеb. 5. col. 6. ¶. 3.
Circūcisio post legē gratie nihil prodest. Ante legē aūt gratie erat ordinata cōtra originale. ad Rom. 2. col. 13. ¶. 1. 2. 3. et sequēti.
Circūcisio fuit signaculū iusticie per fidē in signū federꝭ vsq; ad xpm. ad Ro. 4. col. 5. ¶. 1. et. 2.
Circūcisio ꝗre fuerit instituta. quā vim habuerit. ⁊ quare fuerit mutata. ad Ro. 4. col. 5. ¶. 3.
Circūcisio spūalis quō fiat a xpo in corde ⁊ in aīa. ⁊ quare per cultellū fiebat. ad Ro. 4. col. 6. post prin.
Circūcisio erat signū iusticie ⁊ non cōferebat gratiā: sed auxiliū gratie ad recte agendū. Nota satis pulchra. Ad Rom. 4. col. 6. circa mediū.
Circūcisio est duplex. Una carnalis. ⁊ illa fit manu. alia spiritualis. ad Ephe. 2. col. 8. ¶. 1.
Circūcisionis xps fuit minister ad cōfirmandū ꝓmissiones patrū. ad Gal. 3. col. 12. ¶. 2.
Circūcisus fuit tymotheus ab apl̄o. Et vtruz paulus fecerit ad obseruandū legalia. vel solū ne scādalizarer conuersos est dra inter augusti. ⁊ hieron. ad Gal. 5. in pn.
Cirographus est scriptura manualis. ⁊ ꝓprie fit in cautiōe contractuū. ad Colos. 2. col. 7. ¶. 3. et. 4.
Ciuitas est ciuiū vnitas. Et est duplex. vna terrena. alia celestis. ad Gala. 4. col. 14. ¶. 2.

Cl

Clamat esaias ꝓpheta ꝓ conuersiōe iudeoꝝ. Osee aūt gentiliū. ad Ro. 9. col. 18. ¶. 1.
Cloes est nomē vnius ville cozinthioꝝ iurisdictiōi subiecta. vel est nomē vni⁹ matrone. 1. Cor. 1. col. 6. ¶. 1.

Co

Cognitio dei est nobis necessaria hic ⁊ in pria. ad Eph. 3. col. 10. ¶. 2.
Cognitio qua homo intelligit fit duobus modis. ꝙ per vim mentalē que est intellectus. ⁊ corporalē que est sensus. 2. Chozinth. 12. col. 3. post principiū.
Cognitio nostra in patria non equiparat cognitiōi dei: sed (ly sicut) importat similitudinē ⁊ non equalitatē. 1. Cozinth. 13. col. 10. ¶. 2.
Cognitio nostra oīs oztū habet. aut a supernaturali ꝓncipio. aut naturali lumine. 1. Cor. 14. col. 5. post. prin.

Collectio pecuniarū quā paulus corinthijs et galathis imposuit pro necessitatibus fratrū. 1. Corinth. 16. col. 1. post principiū. ℣. ¶. 2. ℣. 3.
Collegiū fideliuz in scripturis qñqz vocāt domus. qñqz ciuitas. ad Ephe. 2. col. 13. ¶. 1. ℣. 2.
Colere debemus deū ℣ nō ydola vt hermes. varro. poete ℣ sequaces. ad Ro. 1. col. 24. ante mediū.

Com.

Comedere que ydolis oblata sunt ꝓpter scandalū prohibet apostolus. 1. Corinth. 10. col. 10. in principio. et ¶. sequētibus.
Cōfessatiōes dicunt superflue ℣ nimis acurate cōmestiones ℣ potatiōes. ad Ro. 13. col. 11. ¶. 2.
Cōunicātes debent esse ieiuni. Et q̄d si biberint aquā solā. aut aliquid quod sero dentibus inhęserat. ℣ hoza. 1. Corinth. 11. col. 11. ¶. 2. ℣ sequētibus.
Complementū sanctoꝝ est cōmunis societas multoꝝ miliū angeloꝝ assiduitas. ad Heb. 12. col. 13. ¶. 4.
Comprehēdere idē est qđ concludere vel attingere. ad Phil. 3. col. 6. ¶. 1. et. 2.
Comphendere homo nō potest rationē diuinoꝝ iudiciorū. ad Rom. 11. col. 14. ¶. 1. 2. et sequēti.
Comprehendere deū nemo potest: quia trāscendit quicquid in creaturis est cōprehensibile. 1. ad Tymoth. 6. col. 7. post mediū.
Compūctio est duplex. scz ꝑ peccatis. ℣ qua aliquis dolet de bono alterius. ad Rom. 11. col. 3. in fine.

Con.

Conceptus miraculosi in veteri testamēto conceptū xpi ineffabilē: non tamē ex equo figurabāt. ad Heb. 11. col. 12. circa principiū.
Concordia cōsistit in hoc vt homo doleat de malo alterius. ℣ gaudeat de ꝓsperitate eius. ad Ro. 12. col. 10. ¶. 1. ℣ sequēti.
Concordiā destruit superbia ℣ presumptio. ad Rom. 12 col. 12. ¶. 1.
Concupiscētia prava se habet cōmuniter ad oīa peccata. ad Rom. 7. col. 4. ante mediū.
Concupiscētia manet in baptizatis. vnde dicit paulus. Accipiat vnusquisqz vxorē suā. 1. Cor. 7. col. 2. ¶. 1.
Confessio est triplex. scz iniquitatis. misericordia dei beneficia prestantis. ℣ diuine veritatis. ad Rom. 10. col. 5. ante mediū.
Confidere in aliū aliquis potest dupliciter. vel quia ad eu3 pertinet sua defensio. aut quia paratus est quomodocūqz eū defendere. ad Ephe. 6. col. 4. post textū.
Conscientia bona consistit in duobus. scz vt que facit sint bona. ℣ vt recta intentiōe fiāt. 2. Cor. 1. col. 6. post ter.
Conscientia erronea obligat ad obseruantiā eoꝝ de quibus est cōscientia erronea in his in quibus homo nō est perplexus. ad Gal. 5. col. 2. ¶. 2.
Conscientia erronea quomō oriat ab actu voluntatis: qz voluntas ferē in id quod ei vis apphensiua representat sine bonū sine malū. Et quomō conscientia erronea liget Nota pulcherrima. ad Romā. 14. col. 8. ¶. 1. Et. col. 12. ¶. primo.
Contendere est cū vnusquisqz partiale bonū querit. 1ᵉ. Cor. 1. col. 5. ¶. 4. Idem col. 6. ¶. 1. 2. 3. et. 4.
Contentio est impugnatio veritatis cū confidētia clamorū. ad Rom. 13. col. 12. ¶. 1.
Contempnūt peccatores deū eo qz nō immediate punit eos: sed suffert patiēter. ad Ro. 2. col. 3. ¶. 1.
Conuenire aliquid alicui potest intelligi tripliciter. scz essentialiter. participatiue. ℣ causaliter. ad Colossen. 1. col. 9. ¶. primo.

Cor.

Corinthū erat ciuitas metropolis maritima: vbi multi erant mercatores qui auari esse solent. ꝓpterea apostolus ab eis sumptus nō accipiebat. 2. Corinth. 11. col. 6. ¶. 1. in fine.
Corona est duplex. quedā est principalis. quedā secūdaria. 2. Tymoth. 4. col. 5. ¶. post prin. ℣ ¶. sequēti.
Corpora nostra sunt mēbra xpi. ℣ templū spiritussancti. 1. Corinth. 6. col. 8. ¶. 1. 2. ℣ sequēti.
Corpora duo simul esse in eodē loco nō contingit ex dote: sed ex virtute diuina. ℣ miraculose. 1. Corint. 15. col. 18. ante finem
Corporalē exercitationē ad modicū esse vtilē quō intelligāt. 1. ad Tymoth. 4. col. 4. ¶. 2.
Corporalis materia nō magis obedit substātie intellectuali ꝙ qualitatibus actiuis ℣ passiuis. in natura cōtra auicennā ad Gal. 3. col. 2. post principiū.
Corpus nostrū magnificāt per xpm: ministeria eius corporaliter exequēdo. vel corpus nostrū exponēdo ꝓ ipso ad Phil. 1. col. 6. ante finem.
Corpus naturale tria habet ad inuicē connexa. scz cōpactionē mēbroꝝ ꝛc. ad Ephe. 4. col. 10. ¶. 1.
Corpus xpi sumit indigne dupliciter. scz in alio pane ꝙ tritico. aut in alio liquore ꝙ vino. vt nō confessus non cōtritus. 1. Cor. 11. col. 23. ¶. 1.
Corpus xpi mysticū est tota ecclesia. ℣ hoc ꝓbat per corpus naturale. 1. Cor. 12. col. 8. ¶. 1. 2. et sequēti.
Corpus est factū propter aīam ℣ nō econuerso. ad Eph. 1. col. 19. ¶. 2.
Corpus macerare docet apls. nō occidere. suū ℣ nō alienū. 1. Corinth. 9. col. 11. ¶. 1.
Corpus nostrū exhibere debemus iusticie sicut exhibuimus iniquitati. ad Ro. 6. col. 7. ¶. 2.
Corpus naturale hominis nō est vnū membrū: sed multa. Sic de corpore mystico. 1. Cor. 12. col. 8. ¶. 1. et. 2.
Correctio diuina ℣ humana sic differunt. quia humana est transitoria. ℣ ꝓ transitorijs ℣ falli potest. diuina autem nō. ad Heb. 12. col. 6. ¶. 2.

Cre.

Creatio est motus ex nihilo ad esse. Et est duplex. scz nature ℣ gratie. 2. Cor. 5. col. 10. ¶. 1.
Creatura dicunt aliquādo homines iusti. aliquādo humana natura. aliquādo elementa huius mūdi. ad Ro. 8. col. 12. ¶. 1.
Credere homo debet que pertinēt ad incarnationē. trinitatē. mortem. sepulturā. resurrectionē. ℣ apparitionē xpi. 1. Cor. 15. col. 2. ¶. 1.
Credere nolentes peiores dicunt demonibus ex specie operis. non autem quo ad effectū. ad Habath. 5. col. 4. circa principiū.
Credenti in deū si nō habuit tempus bonū operandi qz fides est prim⁹ actus iusticie quā deus in eo operat. sufficit sibi ad salutē. ad Ro. 4. col. 3. ¶. 1.
In fide duo sunt. scz id quod creditur. et ille cui creditur. 2. ad Tymoth. 1. col. 6. ¶. 2.

Cri.

Cristus est vna persona ℣ ypostasis in vtraqz natura cōsistens. ℣ nō est nisi vna ypostasis vtriusqz. 1. Corinth. 2 col. 5. ¶. primo.
Cristus predicauit iudeis principaliter. gentibus autē perfunctorie. ad Gal. 4. col. 2. post textū.

Cru.

Crucis scandalū euacuare ꝙ circūcisionē quō intelligāt ad Galat. 5. col. 5. ¶. 2. circa finem.
Crux xpi quomō dicit stultitia apud iudeos qui semper signa videre volebāt. ℣ gentiles qui in eloquētia gloriabant. 1. Cor. 1. col. 1. ¶. 3. 4. et sequētibus.

Crux xpi habuit latitudinē longitudinē sublimitatē et ꝓfunditatē. ad Ephe. 1. col. 12. ¶. 2.

Cu.

Cupiditas sumit tripliciter. scz pro auaritia. pro inordinato appetitu. ℣ ꝓout est quedam inordinatio animi. 1. ad Tymoth. 6. col. 4. ¶. 3.
Currere quō debemus vt premiū accipiamus. 1ᵉ. Cor. 9. col. 10. ¶. 1. 2. 3. 4. 5. ℣ sequētibus.

Da.

Damnatoꝝ pena non finiet contra origenem in perarchon. 1. Corinth. 15. col. 11. ¶. 1.
Dānati magis volēt de priuatiōe diuine essentie ꝙ de quacūqz alia pena. ad Heb. 4. col. 1. post textū.

De.

Decime sacerdotibus debent ꝓprie: leuitis aūt ex ministerio: quia eis ministrare debent. ad Heb. 7. col. 4. ¶. 2. circa finem.
Decimas recipere nullus cogit si dans scandalizet. ad Heb. 7. col. 5. ¶. 2.
Decimas recepit melchisedech nō alligatus legi sed ꝑ ꝓpria auctoritate. ad Heb. 7. col. 5. ¶. 4.
Decimas dedit abzaā melchisedech ꝓ se ℣ leuitis qui erāt adhuc in lūbis eius: tamē melchisedech erat minor eis. ad Heb. 7. col. 6. ¶. 2. 3. ℣ 4.
Non decere proximū suū sed cognoscere deū minimū et maximū quō intelligāt. ad Heb. 8. col. 6. ¶. 2.
Demones quare nō comparent cherubin ℣ seraphin sicut principatibus ℣ potestatibus. ad Ephes. 6°. col. 5. ¶. 2. in fine.
Demones ne decipiāt in specie angeli sic cognoscunt. 2 Corinth. 11. col. 7. ¶. 3.
Demōes ꝓpter nō salnabunt ꝙ in noe iesu genua curuare dicunt cōtra origenē. ad Phil. 2. col. 7. circa ꝑn.
Demones a nobis nō sunt diligendi quia nō sunt amici sed hostes nō diligibiles. ad Ro. 13. col. 8. post mediū.
De demonibus qui sunt in aere est duplex oppinio. ad Ephe. 2. col. 2. ¶. 1. 2. et. 3.
Descēdisse xpm primū ad inferiores partes terre quō intelligāt. ad Ephe. 4. col. 5. ¶. 3. ℣ sequēti.
Deus dicit deus abzaā. deus ysaac. ℣ de⁹ iacob. ℣ quare. ad Heb. 11. col. 14. ¶. 1. 2. et. 3.
Deus quomō cognitus sit a sapientibus gentilū. ℣ quomodo scriptū erat athenis in quadā ara ignoto deo. ad Rom. 1. col. 18. ¶. 2. 3. et. 4.
Deus duobus modis manifestat se homini. scz infundendo lumē ℣ per sensibiles creaturas. ad Rom. 1. col. 19. ¶. 1. et. 2.
Deus ꝓgnoscit tribus modis. scz per causalitatē. ꝑ ex cellentia. ℣ per negationē. ad Ro. 1. col. 19. ¶. 3.
Deus non solū est deus iudeoꝝ: sed etiā gentiliū. qz vines est in oēs. ad Rom. 10. col. 5. ¶. 1.
Deus dicit principaliter eoꝝ qui habent fidem ℣ devotionē. 1. Corinth. 1. col. 3. ¶. 1.
Deus dicit deus totius consolatiōis ℣ quomō consolat suos. 2. Corinth. 1. col. 3. circa principiū.
Deus dicit inuisibilis qz nullus intellectus creat⁹ potest attingere ad eius essentiā. ad Colos. 1. col. 7. post ꝑnc.
Deū non esse acceptorem personarū declarat. ad Rom. 2. col. 7. ¶. 2. et. 3.
Deus dicit esse in oībus rebus dupliciter. scz per participationē vel per amorē. ad Colos. 2. col. 4. ¶. 2.
Deus est tribus modis in rebus. scz cōmuni. per gratiā ℣ per singularitatē. ad Colos. 2. col. 5. circa mediū.
Deus dicit tripliciter. scz naturaliter oppinatiue ℣ participatiue. 2. ad Thes. 2. col. 3. ¶. 1.
Deus aliquādo apparuit in visione corporali: aliquādo in imaginaria: aliquādo in intellectuali. ad Heb. 1. col. 2. ¶. primo.
Deus est causa oīs subsistentie: qz oīa efficit. gubernat. ℣ conseruat. ad Heb. 1. col. 5. ¶. 3.
Deus dicit esse in mūdo per essentiā presentiā ℣ potentiā. ad Heb. 10. col. 2. ¶. 2.
De deo potest haberi noticia multiplex. scz per xpm iudeos ℣ antiquos phes. ad Heb. 11. col. 7. ¶. 3.
Dextera pars dicit potissima in animali ℣ significat bona spiritualia. ad Heb. 8. col. 1. ¶. 1.
Dextera dei nō dicit aliqua pars corporalis sed similitudinaria. ad Colos. 3. col. 1. ¶. 2.

Di.

Diacones nō debent esse litigiosi nec vinolenti nec bilingues. 1. ad Tymoth. 3. col. 5. ¶. 4.
Diaconissa dicit non quia ordine sacro fungat: sed quia certo misterio deputat. 1. Tymoth. 3. col. 7. post prin.
Dicere aliquid in spiritusancto est dicere ex instinctu ei⁹ 1. Corinth. 12. col. 2. ¶. 1.
Dies comparat future glorie: ℣ quō nox eam precesserit ad Rom. 13. col. 10. ¶. 1. post mediū.
Dies dñi dicit venire in nocte: ℣ quare dicat dies dñi. ad Thes. 5. col. 1. ¶. 1. et. 2. Et iterū. 1. ad Corinth. 3. col. 9. ¶. 1. ad Thes. 2. col. 2. ¶. 1.
Dij multi dicunt participatiue in celo ℣ in terra in ꝓlogo. ad Heb. in principio.
Dignitas apostolatus est precipua in ecclesia catholica ad Rom. 1. col. 2. ¶. 2.
Dilectio debet esse ad se. ad proximū ℣ ad deū. ad Ro. 12. col. 7. ¶. 1. 2. 3. et. 4.
Dilectio qua homo se diligit debet esse vera pura ℣ honesta. ad Rom. 12. col. 7. ¶. 1.
Dilectio est via ad pacem dei. ad Ephe. 2. col. 11. ¶. 3.
Dilectionē parentū quare aliquādo non sequat longeuitas vite. 1. ad Tymoth. 4. col. 5. post prin.
Dilectio dei est duplex. scz cōcupiscentie ℣ amicitie. ad Phil. 1. col. 7. ¶. 2. in fine.
Dilectio inimicoꝝ quō requirat a nobis ℣ quō debeat esse. ad Rom. 12. col. 9. circa finem.
Diligentes se solent quattuor cōsolare de quib⁹ gloriabat apostolus. 2. Corinth. 7. col. 3. post textū.
Diligere se dicebat apostolus plus corinthios ꝙ corinthij ipm ℣ ꝙ pseudo prophete ipos. 2. Corinth. 12. col. 14. ¶. secūdo.
Diligentes se inuicē tria consueuerūt habere. scz mutuū societatis auxiliū. mutuū amorē. ℣ beneficiū ostendere. ad Galath. 4. col. 9. ¶. 1.
Diligit aliquādo aliquid ꝓpter aliud: aliquādo ꝓpter seipm. ad Ephe. 1. col. 6. post textū.
Dimittere nō debet fidelis infidelez si sine periculo anime cohabitare possit: consilium est nō preceptū. 1. ad Corinth. 7. ¶. 9. ℣ sequētibus.
Dispensari ꝓtingit in diuersis: temporibus diuersis. ad Heb. 7. col. 8. post mediū.
Distinctio personarū in diuinis: ℣ quare paulus non fecit ibi mentionē de spiritusancto. ad Galath. 1. col. 2. ¶. 1. circa mediū.
Diuisiones gratiarū diuerse sunt ℣ quomō differāt ℣ co ordinatio earundē. 1. Corinth. 12. col. 3. ¶. 1.
Diues dicit deus quia miserek omniū ℣ dat largiter omnia. Ephe. 2. col. 3. post textū.
Diuitie sunt nō habentibus temptatio habētibus autē laqueus. 1. ad Tymo. 6. col. 4. post textū.

Do.

Docens aliū non debet esse fur nec adulter nec blasphemus. ad Rom. 2. col. 12. ¶. 1.

Doctores dicunt a docendo. quia ꝓpriū eox officiū est docere. ad ephes. 4. col. 7. ¶. 2.
Doctori duo sunt necessaria. scz lectio in qua acquirit scientia ⁊ exercitiū in quo efficit ꝓmptus. 1°. ad tymot. 4. col. 7. ¶. 2.
Doctor sacre scripture potest uti auctoritb⁹ quozūcunq; p elucidanda veritate. 1. ad tymoth. 1.
Docuit scriptis aliquādo oraculo vocis: sed nō oīa que docuit scripta fuerūt ad thessal. 2. col. 7. ¶. 5.
Doctor nō debet respondere ad oēs questiones: sed ad vtiles. ad Tyt̄ū. 3. col. 5. ¶. 2.
Doctrina in veteri testamēto est duplex. Una apta: alia sub velamine ad heb. 1. col. 4. ¶. 2.
Doctrina est triplex scz angelox philosophox ⁊ euangelistarū. ad Galath. 1. col. 6. ¶. 2.
Doctrina ead ē est ꝓponēda paruulis ⁊ ꝓuectis: sed aliter ⁊ aliter. ad hēb. 5. col. 7. post ꝓinci.
Doctrina est duplex. scz terrena qua homo inheret terrenis: alia celestis que docet celestia. ad hēb. 6. col. 6. post mediū.
Dominicā in memoriā resurrectiōis seruamus sicut hebrei requietiōis. ad heb. 11. col. 4. ¶. 2.
Dominus dupliciter dicit grauare seruos suos. ad col. 3. col. 9. ¶. 3.
Dom⁹ nostre habitatiōis dicit corruptibilis quantū ad corpus nō quātum ad animā. 2. coz. 5. col. 1. ¶. 2. ⁊. 3.
Dona gratuita reducit paulus ad tria. scz linguarū prophetiā ⁊ largitionē rerū temporaliū. 1. coz. 13. col. 1. ¶. 1.
Dona gratiarū non dantur ꝓ meritis: sed ꝑm volūtatē dei. ad colos. 1. col. 5. ¶. 2.
Dona in hoīes non veniūt mediātibus substātijs separatis immediate. ad colos. 2. col. 5. ¶. 1.
A donis gentiles denoīabant deos. vnde apl's dicit dei pacis. 2. coz. 13. col. 6. ¶. 2.
Donis magis vtilibus ⁊ fructuosis debemus uti ⁊ non curare multa dona inutilia. 1. corinth. 14. col. 12. ¶. 1.
Donec intrauerit plenitudo quomō intelligāt. ad Ro. 11. col. 11. post ꝓinci. ⁊. ¶. 1.
Donec hec dictio potest intelligi duobus modis. scz ꝓ tempore finito ⁊ ꝓ tempe infinito. 1. corinth. 15. col. 11. post principiū.
Dotes corporū resurgentiū sunt impassibilitas. claritas agilitas. ⁊ subtilitas. 1. coz. 15. col. 18. post ꝓinci

Du.

Dubitauit sanctus paulus vtruz fuisset raptus cū corpe solū vel anima ⁊ corpore. 2. coz. 12. col. 5. in ꝓinci.

Eb.

Ebrietas est causa multox malox: quā apostolus vitare iubet tanq̄ singulare nocumentū. ad Ephes. 5. col. 8. post textū.
Ebrietas est peccatū mortale. quādo quis frequēter inebriat. 1. coz. 5. col. 6. ¶. 2. in fine.

Ec.

Ecclesia habet ꝓlatos. habet et subditos qui se debēt habere coadunati sicuti mēbra in corpore. 1°. Corinth. 12. col. 8. ¶. 1. 2. ⁊. 3.
Ecclesia coparat castro. que tripliciter impugnat in prologo. ad Colos. 10. col. 1. in ꝓinci.
In ecclesia est triplex diuersitas. scz bonox ⁊ malox. bonox ⁊ melioz. malox ⁊ peiox. 2. ad tymoth. 2. col. 7. ¶. 2. in fine.
In ecclesia primitiua post verbū dei ex diuina dispensatiōe vt fides cōfirmaret: fiebāt signa manifesta ab aplis per spiritūsanctū. ad Gal. 3. col. 3. post textū.
Ecclesiastice vnitati duo sunt necessaria. scz vt ideꝫ omnes sapiāt per fidem. Et q̄ habeant pacē per dilectionē 2. corinth. 13. col. 6. post principiū.
Ecclesiā persecutus est dyabolus: aliquādo manifeste ꝑ tyrannos ⁊ potestates. Aliquādo occulte per hereticos 2. corinth. 11. col. 2. ¶. 1.

Ed.

In quolibet edificio quattuor requirunt. scz fundatio. constructio. augmētatio. ⁊ cōsumatio. ad Ephe. 2. col. 15. in principio.

Ef.

Efficacia euangelij cōsistit in duobus. Quia perficit et abbreuiat. Et quō dicāt abbreuiare veteris legis cerimonialia. ad Rom̄. 9. col. 18. ¶. 1.
Omnia quecūq; sunt in effectu: latent in virtute in suis causis. ad Ephe. 3. col. 5. ¶. 1.

El.

Elatio est species superbie. ⁊ sunt quattuor. 2. ad tymo. 3. col. 1. ¶. 2.
Electio respicit tria. scz ordinē electox. finē electiōis. ⁊ modū ꝓsequēdi finem. 2. ad thes. 2. col. 7. ¶. 1.
Electio ⁊ probatio consistit in duobus. Et quare deus quosdam indurat. et quozūdam miserek. ad Rom̄. 9°. col. 14. ¶. 2.
Elegit xp̄s non sapientes: neq; potentes: sed stulta ⁊ ignobilia. Et de vocatione ad fidem. 1. corinth. 1. col. 14. in principio. ⁊. ¶. 1. ⁊ sequēti.
Elemēta dicunt principia grāmaticalia. Sic principia fidei. elemēta decalogi. ad hēb. 5. col. 6. ¶. 2.
Elementa quomō dicunt egena ⁊ infirma. ad Gal. 4. col. 7. ¶. 2.
Elemosyna facta ab infidelibus dicit immūda. similiter alia bona opera: quia carēt debito fine. ad Tyt̄ū. 1. col. 9. ¶. scdo.
Elemosyna debet dari cū hylaritate: vt retributio fiat in dilectiōe. 2. corinth. 9. col. 1. ¶. 1. ⁊ sequētibus.
Elemosyna valet ex duobus. scz ex intentione bona. et ex quātitate dati. 2. corinth. 8. col. 2. ¶. 2.
Ad elemosynā quattuor requirunt. scōm possibilitatē. vt scz det pluribus. vt subueniat necessitati ꝛc. 1°. Corinth. 13. col. 3. ¶. 3.
Elemosynā sabbatinis diebus paulus corinthijs ⁊ galathis iniūxit his qui in necessitate erant constituti. 1°. corinth. 16. col. 1. post principiū. et. ¶. 1. ⁊. 2.
Elemosynā libenter dare debem⁹ exemplo xp̄i: qui omnia sua dedit ꝓpter nos. 2. coz. 8. col. 3. post textū.
Elemosynā dans indigenti nō egebit: sed lucrū inde habebit. 2. coz. 9. col. 3. post textū. ⁊. ¶. sequēti.

Em.

Emphatica locutio est quādo totū quod est in effectu dependet a causa. ad Ephe. 2. col. 9. ¶. 1.
Emulatio ꝓut dicit zelū. est quidā motus cā boni vel mali. 2. corinth. 11. col. 1. post textū.

Ep.

Episcopalis dignitas excedit omnes alias dignitates. ad heb. 5. col. 2. ¶. 2. ⁊ sequēti.
Episcopi nō consecrāt papā: nec suffraganei archiepm. Sed (hunc hominē) vt sit papa vel archiepiscopus. ad heb. 7. col. 6. post principiū.
Episcopo non sufficit q̄ in sacra scriptura studeat: sed oportet q̄ etiā instruat. ad Tyt̄ū. 1. col. 6. circa ꝓin.
Episcopos canonici eligūt: sed seniores ꝓstituūt. Et multa de epis. ad Tyt. 1. col. 4°. ¶. 1. 2. 3. 4. ⁊. 5.
Episcopox nomina ⁊ ꝓsbyterox sunt ꝓmiscua. 1. ad tymoth. 4. col. 2. ante fine3.
In consecratiōe episcopox ⁊ si plures cōueniant: vnus tamen est principalis. Et alij dicunt cossistentes. 1. ad tymoth. 4. col. 8. in principio.
In primitiua ecclesia nullus assumebat in epm̄ nisi esset electus a deo. 1. ad tymoth. 4. col. 7. ¶. 2.
Episcopus debet esse irreprehensibilis. et de perfectiōe Et quō debent esse solliciti circa gregem. 1. ad tymoth. 3. col. 3. in principio.
Episcopus debet habere honestā familiā. ⁊ filios quos habuit ante ꝓlaturā corrigere. 1. ad Tymoth. 3. col. 4 post textū. et ¶. sequētibus.
Episcop⁹ debet esse benignus ⁊ pius: seipm̄ considerās ad hēb. 5. col. 2. ¶. 3. ⁊ sequētibus.
Episcopus potest dimittere ecclesiā sibi cōmissam quādo omnes sui subditi sunt mali ⁊ incorrigibiles. 1. Cor. 16. col. 3. ¶. 2.
Epistola ad phil'. est scripta primo anno incarceratiōis apostoli. ad Phil. 1. col. 8. ¶. 2.
Epistolā ad heb. scripsit paulus ⁊ nō alius ꝑm dyonisiū ⁊ hieronymū in ꝓlogo. ad hēb. col. 1.
Epistolarū omniū cōmemoratio ⁊ earundē subordinatio atq; institutio. in ꝓlogo ad Ro. col. 3. ¶. 1.
Epistolas quas scripsit paulus Romanis: partim scripsit athenis. ⁊ partim in corinthо. in ꝓlogo ad Rom̄. col. 3. ¶. 3.

Eq.

Equalitas est duplex. scz absolute quātitatis. ⁊ proportiōis. 2. ad Thes. 1. col. 3. ¶. 4.

Er.

Errare aliquos permittit deus. ⁊ quare. 2. ad Tymot. 2. col. 7. ¶. 2.
Error manicheox qui dicebāt visibilia a malo deo creata. inuisibilia vero a bono. ad Colos. 1. col. 8. ¶. 2.
Error manicheox per paulū confutat. qui negabāt deum veteris testamenti fuisse patrem xp̄i. ad Romān. 1. col. 5. ¶. 3.
Error manicheorū asserentiū xp̄m habuisse corpus fantasticū. Valentini qui dicebat de celo xp̄m detulisse corpus suū. Nestorij qui aliū posuit esse filiū dei. ⁊ filiū hominis. Arrij qui posuit xp̄m esse minorē patre. ad Ro. 9. col. 4. in medio.
Error manicheox qui diuersitatē eox que hominibus accidūt ascribūt horę natiuitatis. ad Ro. 9. col. 6. ¶. 2.
Error arrij qui dicebat deū ꝓprie esse inuisibilē. filiuz aūt visibilē. ad Colos. 1. col. 7. ¶. 1
Error arrij qui dicebat xp̄m esse primā creaturā. ad Colossen. 1. col. 7. ¶. 2.
Error arrij qui dixit xp̄m non fuisse dei filiū per naturā. ad Gal. 4. col. 5. post textū.
Error origenis qui dicebat animas omnes esse cū angelis creatas. ad Ro. 9. col. 2. ¶. 2.
Error origenis qui dicebat a principio deū fecisse oēs creaturas spirituales. ⁊ omnes equales. Postea vero meruisse vel demeruisse. ad Ro. 9. col. 8. ¶. 1.
Error nestorij qui dicebat verbū solū habitasse in xp̄o. ⁊ nō vnitū. ad Colos. 2. col. 5. post mediū.
Error nestorij qui dicebat beatā virginē nō fuisse matrē dei sed filij hois. ad Gal. 4. col. 3. ¶. 1.
Error ebeonis qui dicebat xp̄m ex semie ioseph natū. ad Gal. 4. col. 3. ¶. 1. circa finē.
Error valentini qui dixit xp̄m non sumpsisse corpus de virgine: sed attulisse illud de celo. ibidē.
Error platonicox qui dicebāt in rebus diuersas esse perfectiones. ⁊ quomodolibet attribuebāt vni primo principio. ad Colos. 1. col. 8. ¶. 2.
Error quozūdam dicentiū deū non habere curā rex hūanarū aut sufficere fidē solā ꝛc. 1. Cor. 6. col. 4. ¶. 4.
Error ozīē ex duobus. scz ex superbia ⁊ intellectu ꝓprio. ad Tymoth. 6. col. 2. ¶. 1.

Es.

In esca non est regnū dei: sed in iusticia ⁊ pace ⁊ spūali gaudio. ad Ro. 14. col. 9. ¶. 2. et sequēribus.

Et.

Eternitas est mēsura rei imobilis. Tempus aūt rei mobilis. ad hēb. 1. col. 9. post principiū.

Eu.

Eua seducta fuit per serpentē non violenter: sed astute. 2. Corinth. 11. col. 2. ¶. 1.
Euangelice veritatis cognitio necessaria est oīni homi quia sine ea salus nō est. ad Ro. 1. col. 18. ¶. 1.
Euangelista dicit qui scripsit euangeliuz. vel qui docet seu annūciat illud. 2. ad Tymoth. 4. col. 3. ¶. 2.
Euangeliste dicti sunt. ab euangelio: quia scripserunt et docuerūt euangeliū. ad Ephe. 4. col. 7. ¶. 1.
Euangeliū illuminat. clarificat. ⁊ seruū xp̄i declarat. 2. Corinth. 4. col. 3. ¶. 1. et. 2.
Euangeliū dicit quicquid de xp̄o dicit: siue sit in nouo: seu in veteri testamēto. ad Gal. 1. col. 7. ¶. 1.
Euangeliū cōmendat quadrupliciter. Antiquitate. firmitate. dignitate. ⁊ modo tradendi certitudinē. ad Romān. 1. col. 2. ¶. 1. Et iterū. 1. Corinth. 15. col. 2. in principio post textum.
Euangeliū adhuc viuentibus apostolis dicit diuulgatū per totū mundū saltim fama. in prologo. ad Colos. col. 1. in principio.
Non excusant in siluis cōmorantes a peccato euangeliū non audiētes. ad Ro. 10. col. 8. in fine.
Euangelizādi auctoritatē dicit se aplūs non habere ab homine. ad Gal. 1. col. 8. post textū.
Eucharistia debet sumi sine cōscientia peccati mortalis 1. Cor. 5. col. 4. ¶. 3. et. 4.
Eucharistia vnit nos cū xp̄o. Similiter ⁊ sanguis xp̄i. 1. Corinth. 10. col. 6. ¶. 2.
Eucharistia instituta est sub duplici specie: qz panis confortat. ⁊ vinū letificat. 1. Cor. 11. col. 15. ¶. 2.
Utrū eucharistia nutrire possit. ⁊ sanguis inebriare pulcerrima declaratio. 1. Cor. 11. col. 13. ante mediū.
Eucharistie sacramentū xp̄s instituit in aliena specie ne homines abhorrerēt ne infideles deriderēt. ⁊ vt fides inanis nō esset. 1. Cor. 11. col. 15. ¶. 1.
Eucharistie sacramentū vocat cena. ⁊ qñ fuerit institutū 1. Cor. 11. col. 14. ¶. 1. 2. 3. et. 4.
Nota differentiā inter sacramēta alia. ⁊ sacramentū eucharistie. ⁊ quō ista verba Accipite ⁊ māducate: nō sunt de forma ꝓsecratiōis. 1. Cor. 11. col. 16. ¶. 1.
Hoc est corpus meū: quomō diuersi diuersimode exposuerūt. Nota pulcherrima. 1. Corinth. 11. col. 16. ¶. 2. Et col. 17. ¶. 1. et sequētibus.
Trāssubstātiatio panis ⁊ vini in corpus xp̄i ⁊ sanguinē differt ab omnibus cōuersionibus que sunt in natura. 1. Corinth. 11. col. 16. ¶. 2.
Fractio huius sacramenti quomodo fiat. ⁊ quid frangat ⁊ quid significet. 1. Cor. 11. col. 17. in ꝓin.
Corpus xp̄i: ⁊ si cōsecret ante sanguinē tamē sine sanguine nō est. 1. Cor. 11. col. 18. post textū.
Corpus xp̄i sumit duobus modis. scz spūaliter ⁊ sacramētaliter. 1. Cor. 11. col. 25. ¶. 1.
Probare se homo debet antequā ad sacraz cōmunionē accedat. 1. Cor. 11. col. 24. ¶. 1. et sequētibus.
Forma cōsecratiōis calicis. ⁊ expositio notabilis omniū verbox. 1. Cor. 11. col. 19. ¶. 1. et. 2.
Poniē aqua ante consecrationē calicis. si aūt post consecrationē sacerdos aduertat non ponat. 1. Corinth. 11. col. 22. ¶. primo.
Euchodia ⁊ synthicen fuerūt due mulieres que ministra

bant sanctis in ciuitate philippensi. ad Philip. 4. col. 2. ¶. secūdo.

Ex.

Excitare deū peccatores ad peccandū ⁊ bonos ad bonū operandū quomodo intelligāt. ad Romāñ. 9. col. 12. ¶ 1. 2. et. tertio.

Excōmunicati ab aplō: mox vexabant a dyabolo. 1. ad Tymoth. 1. col. 10. ¶. 2.

Excōmunicatio quā tulit apostolus ⁊tra angelos ⁊ apostolos quō intelligāt. ad Gal. 1. col. 6. ¶. 3.

Excusationē nullam habuerūt iudei ꝙ non crediderūt euāgelio. ad Ro. 10. col. 9. ¶. 1.

Excusat se aplūs ad Heb. ⁊ nunciū quē misit ⁊ salutiōes cōmendauit. ad Heb. 13. col. 10. ¶. 1. 2. et. 3.

Exemplar p̄mordiale omniū rex ⁊ p̄cessionis est filius dei. 1. Cor. ij. col. j. post cōtinuationē textus.

Ex ipō. per ipm. ⁊ in ipō. ⁊ quid per ex. ⁊ per per. ⁊ p̄ in intelligāt. ad Ro. jj. col. j 5. ¶. 2. et sequētibus.

Exire. separari. ⁊ mundū non tangere triplicit exponit 2. Corinth. 6. col. 9. ¶. 1.

Expectare oportet hominē iustū humanā naturā ⁊ sensibilē creaturā innouationē elementoꝝ. ad Romāñ. 8. col. 12. ¶. 1. 2. et. 3.

Extasis est quādo diuinus amor nō sinit amatorem esse suiipsius: sed rerū amatarū. 2. Cor. j2. col. 2. circa finē.

Extra seipm efficit homo per appetitiuā virtutē ⁊ pgnitiuā. 2. Corinth. j2. col. 2. circa finē.

Fa.

f Fabula est quedā cōpositio ex miris ad inducendū hoīes ad diligendū virtutes. j. ad Tymoth. 4. col. 3. ¶. 2.

Factus hoc participiū quō intelligāt contra sotinū sabelliū ⁊ arriū. ad Ro. j. col. 4 ¶. j. 2. et. 3.

Factus dicit xp̄us ab aplo ex muliere ⁊ nō natus: qz ex volūtate patris. ad Ro. j. col. 5. ¶. 2.

Factus dicit xp̄us ex semine dauid ſm carnē. ad Gala. 4. col. 3. ¶. j.

Falsi testes sunt non solū ꝙ aliqua vana nec false cōtra aliquē hominē fingūt: sed etiā qui falsa cū deo testantur 1. Corinth. 15. col. 7. ¶. 1.

Fascinatio dicit iudificatio sensus per artē magicam ad Galath. 3. col. 1. ante finē.

Fatuus ex vi noīs nō est malū: sed ex parte significationis est p̄hibitū. 1. ad Tymoth. 4. col. 2. ante finē.

Fe.

Femine nō mutant in sexū virilē in resurrectiōe vltima: sed virtiꝝ permanebūt. ad Ephe. 4. col. 8. ¶. 1.

Fermentū habet in se duo. scz sapoꝛez ⁊ corruptionē. 1. Corinth. 5. col. 3. ¶. 1. 2. ⁊ sequētibus.

Fi.

Fides romanoꝝ cōmendat ex certis signis: quia ꝓmpti erāt ad subaudiendū. ad Ro. 1. col. 12. in medio.

Fides importat quandā certitudinē ad id qō nō videt. ad Ro. 1. col. 17. ¶. 1. 2. et. 3.

P̄ropter incredulitatē vnius vel pluriū p̄rogatiua iudeoꝝ nō auferebat sic nec fides nostra. ad Roma. 3. col. 2. ¶. 3. et. 4.

Ex fide remanet firma ꝓmissio ꝓpter virtutē diuine gratie iustificātis. ad Ro. 4. col. 8. ¶. 1. et. 2.

Fides sic reputabat abrae ad iusticiā ita ⁊ nobis si firmā habuerimus. ad Ro. 4. col. 11. ¶. 1.

Fides si recipiat pro eo qō creditur non est virtus si aūt pro habitu sic quādoq̄ est virtus quādoq̄ non. ad Ro. 1. col. 17. ¶. 2.

Fides importat assensū quendā cū certitudine ad id qō nō videt. ad Ro. 1. col. 17. ¶. 1.

Fides recipit aliquādo ꝓut est virtus: aliquādo ꝓut dicit conscientia ⁊ differūt vt particulare ⁊ vniuersale. ad Romāñ. 14. col. 13. ¶. 2.

Fides grano sinapis ꝓparat ⁊ quō scti cū maximi in fide fuerint nullū tamen legimus montes transtulisse. 1. Corinth. 12. col. 2. ¶. 1.

Fides nō est ex nobis quā ꝙ credere sit in nostro arbitrio ad Ephe. 2. col. 6. ¶. 1.

Fides nō dat nobis ex merito operū p̄cedentiū. ad Epō 2. col. 6. ¶. 1.

Fides primo annūciata est in iudea similiter fideliū per secuttoibi p̄mū ē orta. 1. ad Thes. 2. co. 5. ¶. 1. ⁊ seqnti.

Fides est ꝙrendarū substantia rerū argumentū nō apparentiū notabilis expositio. ad Heb. 11. col. 1. in textu.

Fides accipit dupliciter Uno modo ꝓprie. alio modo cōmuniter. Prima est nō visoꝝ. alia excludit omnē certā conclusionē. ad Heb. 11. col. 13. ¶. 1. et. 2.

Fides distinguit ab oppinione dubitatiōe ⁊ suspitione. ad Heb. 11. col. 3. circa p̄in.

P̄er fidem saluat homo sine meritis precedētibus. ad Ephe. 2. col. 6. ¶. 2.

Fidē habens in vniuersali potest errare in particulari. ad Tytū. 1. col. 9. ¶. 3.

P̄ost peccatū primū parētis nemo potuit saluari a reatu culpe originalis nisi per fidē. ad Heb. 11. col. 7. ¶. 2.

Fidē annūciatā contemp̄nēs in eodē genere peccati pl̄ peccat ꝙ ignorās. ad Heb. 10. col. 10. ¶. 1.

Fide enoch ⁊ si translatus sit a cōuersatiōe huius vite tamen aliquādo mozieē cū helya. ad Heb. 11. col. 6. ¶. 2. ⁊ sequentibus.

Fide moyses magnus factus est: qz filiū filie pharaōis se negauit. ad Heb. 11. col. 16. ¶. 4. ⁊ sequētibus.

Fidei actus est credere: ⁊ est actus fidei determinatio ad vnū ex imperio volūtatis. ad Heb. 11. col. 1. ¶. 2. et. 3.

Fideliū ⁊ infideliū peccata distinguūtur. qz fidelis grauius peccat ꝙ infidelis. 1. ad Tymoth. 5. col. 2. ¶. 3.

Fidei certitudo debet esse in corde ⁊ in effectu. ad Ro. 10. col. 3. ¶. 1. et. 2.

Fidē habentiū intellectus nō determinat ad assentiēdū veritati ex necessitate. ad Ro. 10. col. 5. post p̄in.

Ad fidē duo requirunt. s. cordis inclinatio ⁊ credibilis determinatio. ad Ro. 10. col. 7. ¶. 2.

Ad fidē pertinētia in p̄mitiua ecclesia nō erant oīa determinata. ad Ro. 14. col. 12. post mediū.

Difficile est ad fidē ꝙuertere ignaros. s. ꝓpē doctrinā hereticā vel nō plenā cognitionē. ad Ro. 15. col. 6. ¶. 2.

Fidei fundamentū quid sit ⁊ per aurū argentū lignū ⁊ stipulā quid intelligāt. 1. Cor. 3. col. 6. ¶. 4.

Fideles nō debent eligere iudices infideles. 1. Cor. 6. col. 1. ¶. 1. 2. et sequētibus.

P̄er fidem firmā etiā sine charitate miracula fiūt. 1. Corinth. 13. col. 3. post principiū.

Fides nō destātis innitit oipotentie dei per quē miracula fiūt. 1. Cor. 13. col. 3. circa p̄in.

Figura ⁊ res figurate quomō diuersimode intelligūtur de xp̄o. ad Heb. 1. col. 9. ¶. 2.

Figura qn̄ recipit in bono: multo melioꝛ est figurato in malis ecōuerso. 1. Cor. 10. col. 2. ¶. 1.

Filiationē xp̄i quō heretici expugnauerūt videlicet sotinus sabellius ⁊ arrius. ad Ro. 1. col. 3. ¶. 1.

Filios nō debere thesaurizare parentibus: sed ecōuerso quō intelligāt. 2. Cor. 12. col. 14. post p̄in.

